# REVERENDI PATRIS

Dominici Soto Segobienſis theologi ordinis Prædicatorum in inclyta Salmanticenſi academia profeſſoris ac Cæſareæ Maieſtati à ſacris confeſsionibus ſuper octo libros Phyſicorum Ariſtotelis. Quæſtiones.

¶Secunda æditio nuperrimè ab Authore recognita, multiſq; in locis aucta & à mendis quàm maximè fieri potuit repurgata.




*SALMANTICAE,*

*M. D. L. I.*

Cum Priuilegio.

# REVERENDI PATRIS

Dominici Soto Segobienſis theologi ordinis Prædicatorum in inclyta Salmanticenſi academia profeſſoris ac Cæſareæ Maieſtati à ſacris confeſsionibus ſuper octo libros Phyſicorum Ariſtotelis. Quæſtiones.

¶ Secunda æditio nuperrimè ab Authore recognita, multiſq; in locis aucta & à mendis quàm maximè fieri potuit repurgata.

*SALMANTICAE,*

*M. D. L. I.*

Cum Priuilegio.

## Illuſtriſsimo ac Reuerẽdiſsimo. D. D. Ioanni à Toleto, cardinali Burgenſi, ex ordine prædicatorum aſſumpto ſuus frater Dominicus Soto. S.

*NON ſatis rei Phyſicę me admodum feciſſe arbitror, antiſtes reuerendiſsime, niſi commentariis ſuper Ariſtotelem, quæ amplitudini tuę dicaui, volumen hoc diſputationũ adhibeo: quibus quęſito & reſponſo res amplius explicata, quantum meum fert ingenium, elucidetur. Nam cùm dubitationis ſolutio, authore Ariſtotele, veritatis ſit inuẽtio, mirabilem quandam habet ratio hęc diſſerendi indagandę veritatis energiam. Enimuero ratiocinatiuum animal homo verbo ſciſcitandi, vtrum, ſuapte natura excitatur, & ſeſe ad reſpondendum exacuit. Atqui nec ferrum aut aurum, niſi continenti motatione politum, ſplendere vnquam poteſt: neq; ea quę ambigua ſunt & abſtruſa, niſi ingeniorum cõgreſſu vltro citroq; iactata, collucere. Quamobrem, natura certè magiſtra, philoſophorum antiquiſsimi, hunc modum philoſophandi excogitarunt. Quem deinde Plato informauit, Ariſtoteles collimatum exhibuit, & poſteri hactenus obſeruauerunt: ac demum Theologi ante quadringentos hinc annos iure & merito ſuſceperunt: id planè intelligentes, ꝙ quæ patres, doctiſsimè quidem & copioſiſsimè, ſed tamen diffusè ſcripſerant, aliter in ordinem, certamq; ſententiarum ſeriem redigi atque concludi neutiquam poſſent. Quocirca mirari ſatis nequeo, cur huius ætatis nonnulli, alioquin ſcientiarum cultores, hanc quęſtionibus interrogandi diſputandiq; formam eiectam eſſe, atque ab re literaria penitus exploſam velint. Fateor equidẽ (id quod inficias ire nemo poteſt) ſophiſmatibus propemodum infinitis nulliuſque momenti tricis ac neniis, rationem hanc diſputandi hiſce retroactis temporibus indignè fuiſſe obtenebratam, & pene in barbariem verſam: ſed nunquid, ſi oculi optalmia laborant, continuo ſunt cerebro eruendi? ac non potius arcenda corrigendaq; rheumatis exuberantia: vt qui infirmi in cauſa erant doloris, ſani vſui eſſe poſsint? Eſt modus in rebus. Ita profectò portenta illa verborum reuelli eſt operæprecium, vt tamen non ſimul eradicetur & triticum. Tametſi neque integrum nobis fuit, quæ miſſa fieri poterant, vniuerſa reſecarę, quo minus tempori nonnulla concederemus: neque profectò in re Phyſica eam ſemper & rerum & verborum grauitatem ſeruare poſſumus, quin captui nos multorum accommodantes, aliquãdo nos ad minora ſummittamus. Accipe ergo præſul clariſsime, bipertitum opus Phyſicum, quod tui nominis authoritate protectum: in lucem audet fidenter prodire. Vale.*



# Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, in inclyta Salmanticenſi academia profeſſoris ſuper octo libros Phyſicorum Ariſtotelis quæſtiones.

## Prologus.

ADeſt opus alterũ: quod in ipſo ſtatim fronte cõmẽtariorũ ſuper octo libros phyſicorũ Ariſtotelis polliciti ſumus: nẽpe vt queſtionum volumen adhiberemꝰ, quo (id qđ breuitas illiꝰ modiſcꝫ expoſitionis non ſinebat) maiora dubia diſſeramus. In qua quidẽ diſputatione nihil mihi amplius authoritatis arrogari volo, ꝙ ſi eorũ q̃cũcꝫ dixero, aut Ariſtotelis teſtimonio, aut argumentis naturali ratione profectis: fidẽ fecero. Liberũ tantum lectorẽ deprecor: ſane qui in verba magiſtri nõ adeo iurauerit, vt pluris authorũ nomina eſtimet, ꝙ pondus rationum perpendat. Eo preſertim ꝙ nominalium realiumcꝫ diuerſa nomina in opinionibus penitus de vniuerſalibꝰ, ⁊ fere de diſtinctionibus metaphiſicis locũ habent: in reliquis vero que ad naturalem philoſophiã attinent, non ẽſt cur hec factionũ ſymbola fouere cõtendamꝰ. Horſum hec dixerim, ne quis ſcripta nos noſtra ſcholis tantũmodo S. Tho. accommodare putet. Quin potius vt in dialecticis, ita ⁊ hic cunctis in vniuerſum cuiuſcꝫ vie ſtudioſis conſultum iri duximus. Enimuero (vt nuncꝫ non hoc admoneamus) ſcire quid S. Thome, aut cuiuſuis authoris habeat opinio, abſoluta ſcientia non eſt: ſed tum omnino quippiam nos ſcire exiſtimandum nobis eſt, cum rationibus id ex rei cauſis accerſitis habuerimus perſuaſum. Haud verum tamen vitio mihi vertendum eſt, ſi in philoſophia S. Thomam, cui citra inuidiam de hac re primas deferunt, ego etiam propemodum auſcultauerim. Ea modo lege, vt eius, non nuda authoritate nitamur, ſed vim roburcꝫ argumentorum expendamus. Nam ſuperſticioſam illam Pytagoricorum religionem, quibus pro rerum aſſertione ſatis erat, ꝙ magiſter dixiſſet, abolitam iure eſſe voluit, maior quam Pytagoras, Auguſtinus epiſt. 19. ad Hieron. quippe vbi hanc legem preſcripſerit, vt preter canonicos libros, et eccleſie catholice authoritatem, nemini quantalibet ſanctitate, aut doctrina polleat, tantũ deferamus, vt verum quiquam putemus: quia ipſe ita ſenſit: ſed quatenus id, aut per canonicos authores, aut probabili ratione perſuadere potuerit. Igitur, vt rem tandem diuino fauore auſpicemur, de iis que in prologo commentariorum ſuper libros Phyſicorum diximus, nempe philoſophiam naturalem ſcientiam eſſe de ente mobili ſpeculatiuam, mouetur prima queſtio.

### Quæſtio prima.

**VTRVM PHILOSOPHIAE naturalis, quæ ſpeculatiua ſcientia eſt, ſubiectum ſit ens mobile.**

A Parte negatiua arguitur. Et primo cõtra id qđ titulus primũ ſupponit, phiam. ſ. naturalẽ eſſe ſcientiã. Sciẽtia omnis, aut neceſſaria mortalibus eſt, aut ſaltẽ vtilis: nã authore Ariſtote in prologo metaphi. omnis hõ ſuapte natura ſcire deſiderat: ⁊ naturalis hoĩs inclinatio, niſi ad bonũ, eſſe non poteſt: at cognitio rerũ naturaliũ nec neceſſaria, nec vtilis eſt: ergo non eſt ſciẽtia. Probat minor, finis vltimus hoĩs eſt cognoſcere deũ cognitione illa que nos ad viſionem ipſius perducat, ſm illud Ioan. 17. hec eſt vita eterna vt cognoſcant te ⁊c. cognitio vero rerũ naturaliũ parum, aut nihil ad hoc conducit: quippe cũ plurimos ruſticos bonos eſſe videamus, plurimoſcꝫ contra phos, eſſe prauos: quod Pualus ad Rom. 1. teſtatur dicens Philoſophos illos gentiles ſcientiarum naturalium plenos, deumcꝫ naturali lumine cognoſcentes, non ſicut deum glorificaſſe. Quinimo vt ipſorũ id philoſophorum teſtimonio cõprobemus, pter Diogenẽ in vita Socratis, Cicero etiam lib. 1. acade. queſtio. eo (inquit) Socrates philoſophia naturali neglecta ad moralem ſe tranſtulit, quod celeſtia. i. celorũ ⁊ eorũcꝫ ſub illis continetur, natura, aut procul eſt a cognitione noſtra, aut ſi maxime eſſet cognita, nihil tamen ad bene viuendum cõferret. ¶ Et confir. 1. argumentum ꝙ non ſolum phia naturalis ad bene viuendũ non proſit, ſed ſit etiã pernitioſa, Negantibus. n. patrem ⁊ filiũ in diuinis perſonas eſſe diſtinctas eiuſdẽ eſſentie, deum verum vere eſſe hominem, corpꝰ Chriſti in hoſtia latere, virginẽ parere incorrupta manente, mundum eſſe ex nihilo creatum, aliacꝫ id genus, phia hec omnia diſſuaſit, eo ꝙ rerũ naturis videantur cõtraria: cũ tamen ſint ſupra, non contra naturam. Unde apoſtolus ad Coloſſen. 2. Uidete (inquit) ne quis vos decipiat per phiam ⁊ inanẽ fallaciã: ſm traditionem hominũ ſm elementa mundi ⁊c. vbi Hieron. contra philoſophos (inquit) loquitur quorum omnis pene diſputatio de elementis eſt. Unde. 1. Corinthio. 1. illud citat Eſaie. 29. Perdam ſapientiã ſapientum ⁊ prudentiã prudentium reprobabo: adiungens, ꝙ ſtultam fecit deus ſapientiã huius mundi: quia non cognouit mundus per ſapientiam

deum.¶Et.2.confir.Philoſophia ⁊ ſciētie iſte na
turales dicuntur ortum habuiſſe eo tēpore quo
ſeptem illi ſapientes Athenis floruerunt: ſi ta-
men res fuiſſet tam neceſſaria, nunꝗ deus per-
miſiſſet vt tot antea ſeculis fuiſſent homines hu
iuſmodi ſcientiarū ignari: ergo. ¶Secundo prin
cipaliter arguit ꝙ philoſophia non ſit ſcientia.
Scientia enim nō eſt niſi eorum que nō poſſunt
aliter ſe habere.1.poſt.tex.5.vnde infert illic Ari
ſto.tex.43.ꝙ ſcientia non eſt ſenſualium obiecto
rum. Phyſica vero vt aſſerit in hoc prologo Com
men.eſt de rebus ſenſibilibꝰ, ⁊ per cōſequēs eſt
de rebus mutabilibus et que poſſunt aliter ſe ha
bere.v.g.de ortu et occaſu ⁊ coniunctione aſtro-
rum, que nō ſunt ſemper ſed certis temporibus,
et poſſunt deficere, vt patet in fine mundi: et de
eorum defectibus, puta ꝙ hieme ſint frequen-
tes pluuie, ꝙ in ſtate ſint ardentes ſoles, ꝙ ho-
mo naſcatur bipes et ſimilia, que nonnunquam
deficiunt: ergo Phyſica non eſt ſcientia. ¶Et con
fir. ex ipſis antiquis philoſophis, nam hac ra-
tione Heraclitus ⁊ Cratilus. quos. 4. metaphi-
text.22. Ariſtote. commemorat, negabant ſcien-
tiam vllam rerum naturalium eſſe poſſibilem, ꝙ
videlicet res ſenſibiles continuo motui eſſent
ſubiecte. Unde Socrates vt lib. 1. academicarū.
queſt. refert Cicero, inde maxime Socrates pre
alijs omnibus Apollinis oraculo ſapiens enun-
ciatus eſt. ꝙ nihil ſe ſcire dixit, niſi hoc ipſum qđ
nihil ſciebat. Atqui vt Lactantius lib.3. adnota-
uit, propterea Pythagoras noluit ſapiens, ſed
ſapientie ſtudioſus appellari, quod intellexerat
cognitionē rerū naturalium non eſſe ſcientiam.
Quod reuera veteres ipſi philoſophi re ipſa te-
ſtant: qui de rebus naturalibus tam varia tamꝗ
diuerſa placita et cōmenta dixerunt, vt ſatis cō-
probauerint, nullam habuiſſe veram ſcientiam.
¶Tertio principaliter arguitur contra alterum
in titulo ſuppoſitum, ſcilicet Phyſicam eſſe ſcien
tiam ſpeculatiuam. Sciētia practica eſt illa que
nos dirigit ad operandū vt habetur.3.de anima
tex.49.⁊.2.meta.tex.3.ſed talis eſt phyſica: ergo
phyſica non eſt ſcientia ſpeculatiua, ſed practi-
ca. Probaꝫ minor: primo quia phyſica eſt de obie
cto operabili, eſt enim de his que in nobis fiunt,
atꝗ adeo aliqua pars eius eſt de natura actuū
⁊ habituum intellectualium et ſenſualium, qui
in nobis generantur: que in libris de anima po-
ſita eſt. Et preterea quia phyſica oſtendit nobis
deum eſſe primam rerum cauſam vnde nos no-
ſtraꝗ pendent, noſꝗ natura eſſe mortales: que
quidem cognitio in contemptum rerum ⁊ amo-
rem dei, atꝗ adeo ad recte operandum allicere
nos poteſt. ¶Et confirmatur argumentum. Me-
dicina eſt pars quedā philoſophie: tum quia hu
ius ſubiectum eſt corpus ſanabile, quod eſt in-
ferius ad corpus mobile: tum etiā quia tractat
de naturis herbarum, de corporum complexio-
ne ⁊ ſimilibꝰ naturalibꝰ: ⁊ ideo vbi deſinit phyſi-
cus, incipit medicus, de ſenſu ⁊ ſenſato cap.1.ſed
medicina cenſetur a doctoribus eſſe practica, vt
docet S.Tho.opuſ.70.q.5.art.1.ſuper Boetiū: er
go ⁊ phyſica eſt ſcientia practica. ¶Quarto prin
cipaliter arguitur. Phyſice non eſt vnicū ſubie-
ctum: ergo titulus ſupponit falſum. Antecedēs
probatur: quia alias ſequeretur phyſicam eſſe
vnam ſcientiam, quia vt habetur.1.poſt. text.43.
⁊.4.meta.text.2.ex vnitate obiecti ſumitur vni-
tas ſcientie: conſequens tamen eſt falſum: nam
Phyſica idem eſt quod ſcientia naturalis: ſed
res de quibus tractant et Metaphyſica et Ma-
thematice ſunt res naturales: ergo phyſica com
prehendit ſub ſe metaphiſicam et mathemati-
cas, et per conſequens non eſt diſtincta ab illis.
vt prologo commentariorum dictum eſt. ¶Et
confirma. Phyſica etiam vt diſtinguitur a Meta
phyſica et Mathematicis tractat, non ſolum di-
uerſas concluſiones, ſed res diuerſiſſimas, ſcili-
cet de materia, de motu, de loco, de celo, de ani-
ma ⁊c. ergo cōſtat ex pluribus habitibus: et per
conſequens non eſt vna, ſed aggregatum ex plu-
ribus habitibus. ¶Et confir.2. Phyſica continet
in ſe multas opiniones, vt an elementa maneāt
formaliter in mixto, an ſit poſſibile infinitum, an
intēſio fiat per radicationem in ſubiecto ⁊c. ⁊ ta-
men non poteſt vnicus habitus eſſe ſcientia et
opinio: ergo phyſica non eſt vna ſciētia. ¶Quin-
to principaliter arguitur. ꝙ ens mobile non ſit
ſubiectū huius ſcientie. Ens non eſt genus vt in
principio predicāmentorum oſtēdimus, quia eſt
analogum: ergo nō eſt ſimpliciter vnus ɔceptꝰ:
⁊ per conſequēs non poteſt eſſe vnum ſubiectū.
¶Et cōfirmatur ſi ens mobile eſſet ſubiectū phy-
ſice, ſequereꝫ ꝙ phyſica eſſet aut pars metaphy-
ſice, aut ſaltem illi ſubalterna: nam ſi ens mobi-
le accipiatur loco vnius cōceptus ſimplicis ab-
ſoluti, tunc ens mobile eſt inferius quiditatiue
ad ens, ⁊ per conſequens phyſica eſt ſpecies me
taphyſice, ſicut ſcientia de triangulo eſt geome-
tria: ſi autem mobile ſit conditio accidentalis
que additur enti, tunc phyſica eſt ſubalterna me
taphiſice, ſicut perſpectiua que tractat de linea
viſuali eſt ſubalterna geometrie que tractat de
linea: vtrunꝗ tamen eſt falſum, cum ſit ex equo
diuiſa philoſophia in metaphiſicā et phyſicam.
¶Sexto tn̄ et poſtremo arguiꝫ. Corpus mobile,
cōgruētiꝰ poniꝫ ſubiectū phyſice ꝗ̄ ens mobile:
ergo ens mobile nō eſt ſubiectū. Probaꝫ aīs. Pri
mo quia ſi ens mobile ponatur ſubiectum, ſequi
tur phyſicam tractare de intelligentijs, quippe
que ſint entia mobilia localiter: conſequens ta-
men eſt contra Ariſto.2.phy.text.26. vbi ait con-
ſiderationem phyſicam non extēdi vltra formas
que ſunt actus corporum: quare intelligentiarū
conſideratio non eſt phyſica niſi quatenus ſunt
orbium motrices que quodammodo pertinent
ad phyſicā. ¶Et.2.probatur antecedēs. Motus ⁊
quies eſt prima paſſio phyſica: ergo ſubiectum
talis prime paſſionis eſt ſubiectum talis ſcien-
tie: ſed ſubiectum adequatū motus eſt corpus,
vt patet ex Ariſtote. 6. phyſic. textu.32. vbi pro-
bat omne mobile eſſe diuiſibile, ⁊ per conſequēs
corpus: ergo corpus mobile potius quā ens mo
bile eſt ſubiectum huius ſcientie. Quod hic Cō-
men. inſinuat, dicens res ſenſibiles eſſe materiā
huius ſcientie. ¶Et.3.confirmatur idem antece-
dens: quia in tota philoſophia nō tractatur niſi
aut de corporibus, aut de pertinentibus ad cor-
pora: ſcilicet de celis, mixtis, ⁊ de elementis, de
anima inquantum eſt actus corporis, de motu
inquantum eſt eius paſſio: de materia ⁊ forma,
nō certe inquantū ſunt entia mobilia, ſed inquā-
tū ſunt principia entis, id eſt corporis mobilis.
¶Sed in contrariū eſt Ariſ. qui ſexto meta. tex.1.
Phyſica, inquit, eſt circa id genus entis in quo
principium eſt motus ⁊ quietis: ⁊ lib.11.c.3. Phy-
ſica ſpeculatio de ente eſt, non prout ens eſt, ſed
put motu participat: ex quibꝰ locis alijſꝗ ſimili
bus colligiꝫ ens mobile eſſe ſubiectum Phyſice.

¶ Superuacaneū duximus tot
hic queſtiones proemiales, quot in dialectica,
multiplicare: nempe an philoſophia naturalis
ſit neceſſaria, an ſit ſcientia, an ſit vna, an ſit ſpe-
culatiua. In introitu enim illic rationalis ſcien-
tie neceſſarium fuit vniuerſos hos terminos ex-
ponere, quos ſubinde non opus eſt hic iterato
repetere. At ſuppoſitis terminorum illinc expo-
ſitionibus, quas quicunꝗ libuerit reuiſere po-
teſt, ad hec omnia quinꝗ concluſionibus iuxta
ordinem argumentorum que poſita ſunt reſpon
debimus. ¶Prima concluſio. Philoſophia natu
1.cōcluſio. Phia eſt neceſſaria — ralis eſt homini ⁊ ſuapte natura ⁊ ad eius finem
conſequēdum neceſſaria. Dupliciter namꝗ (in-
ter alias acceptiones) diximus illic. q.1. accipi
neceſſarium. ſ. ⁊ intrinſece ex natura rei, ſicut ho
mini neceſſarium eſt eſſe riſibile ⁊ ratione finis,
vel ſimpliciter ad illū adiſpiſcendū, ſicut cibus
ad vitam: vel ad commode conſequendum, ſicut
equus ad iter. Probatur ergo cōcluſio in primo
ſenſu. Omne illud ad quod hoīs natura integra
⁊ incorrupta proprie inclinat eſt illi in intrinſece
neceſſariū: ſed rerum naturaliū cognitio eſt ex
huiuſmodi inclinatiōe naturali: ergo eſt illi ne-
ceſſaria. Minor conſtat ex illo.1.meta. omnis ho
mo naturaliter ſcire deſiderat. Ubi quantū fert
mea opinio nō exprimiꝫ ꝗliſcūꝗ appetitꝰ natura
lis hoīs, vt ſunt comedere, ambulare, ⁊ reliqua
ꝗ ſunt hoī naturalia: aut tāꝗ media ad ſeruādā
vitā, aut tāꝗ officia vite ſꝫ exprimiꝫ vltimꝰ finis,
hoīs, vt quemadmodū vltimus finis graiuū eſt
deſcendere ad centrū: ⁊ leuiū, eſt ferri ſurſum in
quibꝰ locis quieſcunt, ita vltimus finis in quem
hominem natura produxit, eſt, vt rerū veritates
agnoſcat. Quod vel vſus ipſe ſatis teſtatur cum
cognito effectu quocunꝗ, ſuapte natura homo
cupit cognoſcere cauſam: propter admirationē
enim ſuopte ingenio ceperunt homines philo-
ſophari.1.meta.cap.2. Nec tanto moles impetu
ad centrum tendit, quanto homo ad cognitionē
propēdit veritatis. ¶Hinc natura magiſtra, phi,
qui hoc nomine digni cenſentur, in rerum con-
templatione ſummam felicitatem collocarunt,
vt.10.ethic.c.7.⁊.8.author eſt Ariſtot. Unde ma-
nifeſte conſtat non eſſe hominibus tam natura-
lis ⁊ neceſſarius appetitꝰ vidēdi, ꝗ̄ ſciēdi. ¶Hoc
ſepe ſoleo argumento vti in confirmationem hu
Uiſio dei beatitudo — ius, ꝙ hominis beatitudo in viſiōe potiꝰ diuine
eſſentie, quam in amore conſiſtat. Ultima enim
hominis felicitas idem eſt quod eius vltimus
finis: ſed finis vltimus hominis eſt ſcire, qui tūc
ſatiabitur, cum in deo omnia viderit: ergo vide-
re potius deum eſt eſſentia beatitudinis, quam
eum amare. ¶Quod preterea confirmatur: nam
beatitudo conſiſtit in dei comprehenſione iuxta
illud apoſtoli.1.ad Corinth.9. Sic currite vt com
prehendatis: ſed inter potentiam cognitiuam ⁊
appetitiuam hoc intereſt, ꝙ cognitiua eſt appre
henſiua obiecti, appetitiua vero potius trahi-
tur ⁊ teneꝫ ab obiecto amato, quā teneat ipſum:
ergo in actu potius intellectus tenentis deum:
conſiſtit beatitudo iuxta illud Auguſt.lib.de vi-
ta beata. Beatus eſt qui deū habet. Addiderim
nec abs re verbum hoc ad comprobandum finē
vltimum hominis eſſe ſcire. ¶Hoc tamen differt
inter philoſophos illos qui reuelatione Chriſti
ſeruatoris noſtri non fuerunt digni, ⁊ nos Chri-
ſtianos, ꝙ illi non cognoſcentes feliciſſimam il-
lam ſuper naturalem rerum cognitionem in ver
bo, felicitatē collocarunt in contemplatione na-
turali digniſſimarum ſubſtātiarum. ſ. intelligen
tiarum, vel in hoc ſeculo, qui aliam vitam nō co-
gnouerunt, vel qui aliam crediderunt, in ſeculo
vēturo. Fides vero ⁊ religio nr̄a eſt, ꝙ vltimus fi
nis ⁊ hoīs felicitas in intuitiua illa contempla-
tione dei, vbi omnia cognoſcuntur, cōſiſtit. ¶Sꝫ
arguis quid ergo ad rem ad probandum philo- — Phia neceſſaria.
ſophiam eſſe hominibus naturalem? Reſponde-
tur philoſophiam rerum naturalium eſſe homi-
nibus naturalem, non tanquā vltimum finē, ſed
tanquā medium ad illum conſequendum. Unde
notanter ait Ariſto. ꝙ omnis homo naturaliter
ſcire deſiderat: non hoc, aut illud, ſed res vniuer
ſas. At vero.10.ethico. dicit felicitatem vltimam
conſiſtere, non in rerum veritatis inquiſitione,
ſed in rerum potius iam inuentarum cōtempla-
tione. ¶Hinc facile probatur ſecunda pars con-
cluſionis, nempe ꝙ philoſophia ad finem homi-
nis, ſcilicet dei veram cognitionem ⁊ amorē con
ducat. Naturale enim eſt hominibus per cogni-
tionem effectuum ad cognitionem cauſarū per- — Ad duo phia neceſſaria.
uenire, quod Paulus ad Roman. 1. affirmat, di-
cens, inuiſibilia dei per ea que facta ſunt intel-
lecta conſpici: ſed philoſophia naturalis nihil
aliud eſt quam rerum, que ſunt effectus dei co-
gnitio: ergo illa confert ad cognoſcendum deū.
Ad hos namꝗ duos vſus mundus creatus eſt,
⁊ in dominium hominibus traditus. Primo vt
eius miniſterio vita hominis alatur ⁊ conſerue-
tur: ⁊ preterea vt eius contemplatione in dei ho
mo et noticiam perueniat, ⁊ amorem alliciatur.
Per cognitionem enim motus venit Ariſtote. in
cognitionem vnius prime cauſe a qua hominū
vita ſuſpenſa ſemper eſt: et ex intellectus ope-
ratione, que a materia non pendet, cognoſci-
tur anima eſſe immortalis: et ex magnitudine ce
lorum, eorumꝗ affluentia bonorum que in ſub-
ſidium huius vite mortalis nobis diuina proui-
dentia largita eſt, ratiocinari poſſumus, quam
ſint incomprehenſibilia, que in vita illa immor-
tali preparauit diligentibus ſe. Que profecto,
plurimaꝗ alia que longum eſſet recenſere, ho-
mines qui modo ſaxa nō eſſent, in amorem ⁊ ob-
ſequium vnius dei ſatis pelliceret. Et hoc eſt de
quo Paulus philoſophos reprehendit, nempe
ꝙ cum deum cognouiſſent, non ſicut deum glo-
rificauerunt. ¶Adde ꝙ obueniunt mortalibus
a philoſophia naturali multa alia commoda.
Nam cognitio herbarum, temporum ⁊ comple-
xionis humane, medendis corporibus apprime
confert: aliarumꝗ multarum rerū cognitiones
ad alios ſunt hominum vſus maxime vtiles, vt
Ualerius maximus lib.8.⁊ hic Cōmē. ⁊ Themiſ.
commemorāt. ¶Accedit ad concluſionis confir-
mationem ꝙ deus primum parentem nunquā
omnium ſcientiarū genere ornatū creaſſet, ſi ſciē-
tie rerum naturalium non tam eſſent mortalibꝰ — Phie encomium.
neceſſarie. ¶Hinc apud philoſophos tam mul-

tis philoſophia laudibus paſſim effertur, vnde Cicero lib. 1. Tuſculan. queſt. philoſophiam ait donum eſſe, aut inuentum deorum, ⁊ lib. 5. O vite inquit philoſophia dux, virtutis indagatrix, expultrixq; vitiorum, non modo nos, ſed nec omnino vita hominum ſine te eſſe potuiſſet ⁊c. Et Seneca ad Lucillum lib. 2. epiſtola. 16. Philoſophia nos tueri debet, hec adhortabitur, vt libenter deo pareamus, vt fortune contumaciter reſiſtamus. Hec docebit vt deum ſequaris, feras caſum ⁊c. ⁊ lib. 14. epiſtola. 91. Deorum (inquit) immortalium munus eſt, ꝙ viuimus, philoſophie autem ꝙ bene viuimus: vnde tanto plus philoſophie quam dijs deberemus, quanto maius beneficium eſt bene viuere quã viuere, niſi ⁊ philoſophia ipſa munus etiam eſſet deorũ. Loquitur autem Stoicorum more de philoſophia, que ſtudium ⁊ ſapientie et ſimul virtutis eſt: quas adeo coniunctas eſſe cenſebant, vt nomine ſapientie, virtutem intelligerent. Atqui Ariſt. 10. ethi. per philoſophiã inquit homines ſeſe immortales faciunt: cuius delectationes ⁊ firmiſſime ſunt ⁊ puriſſime: quippe cum de rebus ſint, ⁊ incorruptibilibꝰ, ⁊ a ſenſibili materia abſtractis.

Phia propter ſe expetenda.

¶ Quapropter quãq; ad nullũ aliũ finẽ ſtudiũ philoſophie vtile eſſet, at propter ſe tamen eſſet ſupra humana omnia exercitia expetendum. In ſumma Commenta. hic per hyperbolem affirmat nomen, hominis, equiuoce dici de ſapiẽte ⁊ de eo qui ad ſapientiã ineptus eſt. Nec ſolum ab ethnicis teſtimonia petere poſſumus, cum Salomon ille rex cui deus quicqd peteret pollicitꝰ eſt, nihil aliud quã ſapiẽtiã poſtulauit: qua proinde pre oĩbus mortalibus diuinitus donatus eſt: de cuiꝰ ſubinde laudibꝰ duos prouerbiorũ, ac ſapientie integros libros compoſuit.

Ad. 1. principale.

¶ Veruntamen quo amplius concluſio elucidetur, reſpondetur ad primũ principale argumentũ. Cui negatur philoſophiam non conducere ad ei cognitionem: nam ſi philoſophi in lumine naturali deum non glorificauerunt, non fuit ex defectu ſcientie, ſed qꝛ affectiones illorum excecarunt illos ⁊ impedimento fuerunt ne deum, ſicut cognoſcebant, colerent. Et hoc docet apoſtolus. Qua ratione modo ⁊ ſapientiſſimos Chriſtianos prauos eſſe contingit, ſi prauus dignus eſt ſapientie nomine. Et ꝙ econuerſo ruſtici, maxime nunc inter Chriſtianos deum ⁊ cognoſcunt et colunt, id certe fidei catholice debetur, que breuiſſimo compendio tradit nobis veram ⁊ ſupranaturalem cognitionem dei, quam philoſophia naturalis non attingit.

Quõ neceſſaria.

Quocirca ita intelligamus concluſionẽ, vt q̃uis ſingulis perſonis non ſit neceſſaria philoſophia, ſit tamẽ neceſſaria reipublice: nẽpe vt ſint aliqui ſcientijs naturalibus inſtructi, qui reliquo ſint populo velut oculi.

Ad. 2. confir. Phie ortus.

¶ Ad confirmationem primam reſpondetur, ꝙ philoſophia naturalis ad cognitionẽ eorum que deo, inquantum creaturarum principium eſt, conueniunt, ſimpliciter eſt vtilis: puta ad cognoſcendum ꝙ ſit vnicus deus, cui creature obſequiũ debent, ⁊ alia id genus: tñ ad miſteria fidei, licet multũ Chriſtianis conducat, qui fidei reuelatione illuminati ſunt, tñ illis quibꝰ fides non erat infuſa, aut non erãt in ea firmi impedimẽto fuit in primitiua eccleſia ad recipiendã fidem, propterea ꝙ illa que Chriſtus ſupra cognitionem naturalem predicauit, contra naturam eſſe putabant. Et inde hereſes pullularunt: atq; adeo philoſophi naturales hac de cauſa apud ſanctos male audiũt.

Ad. 2. confir. Phie ortus.

¶ Ad ſecũdã confirmationẽ qua petitur ſcientiarũ ortꝰ. Greci hanc ſibi gloriã arrogarũt, vt inuẽtores ſe ſciẽtiarũ predicarent. Unde dialecticã dicũt ortum habuiſſe a Zenone ⁊ perfectã fuiſſe a Platone. Phiam vero moralem a Socrate, quẽ Cicero lib. 5. Tuſculanarum queſt. e celo eam deuocauiſſe aſſerit. Philoſophiã vero naturalẽ a Thalete vno ex ſeptẽ ſapiẽtibꝰ, quẽ Ariſ. 1. meta. c. 3. huius phie principẽ appellat. Quam poſtea Pythagoras auxit, vt ibidem cap. 5. habetur. Unde vt S. Tho. illic lectione. 7. ſed latius Diogenes lib. 1. explicat, duo fuerũt antiquitus philoſophie initia ⁊ capita: alterũ Ionicum a Thalete ſic denominatum, qui fuit Ionicus a Mileto: alterum vero Italicum a Pythagora, qui vt Cicero lib. 1. Tuſcul. queſt. refert, regnante Tarquino ſuperbo in Italiam venit: illamq; oram tenuit, que magna Grecia tunc dicebatur, modo autem Calabria et Apulia.

Phorum capita.

In ſecta Pythagore ſucceſſerunt Xenophanes, Parmenides, Xenocrates, Leucippus, Democritus, vſque ad Epicurum. In ſecta vero Thaletis ſucceſſerunt Anaximander, Anaxagoras, Socrates. A quo tres iam inde celebres vie hoc modo deriuate ſunt, Plato namque diſcipulus fuit Socratis. In quo deſijt iam nomẽ Ionicum ⁊ cepit academia vetus, a nomine Gimnaſij in quo legebat. Tametſi a Socrate exiſtiment aliqui nomen academie incepiſſe: nam potiſſimum dogma, quod academicis aſcribitur, eſt illud Socratis, ꝙ nihil contingit ſcire. A diſcipulis vero Platonis Xenocrate et Ariſtotele, vt lib. 1. academic. queſt. commemorat Cicero, cepit diuiſio academicorum et peripateticorum. Nam Xenocrates cum in eodem gimnaſio ſucceſſiſſet, nomen retinuit ſchole, vt ſcilicet eius diſcipuli dicerentur academici. Ariſto. vero qui in Lyceo cepit docere, nomen ſeruauit deambulandi, quo mõ docebat Plato: atq; adeo dictus eſt peripateticus, quod eſt deambulatiuus. Añ (vt inquit illic Cicero) academici ⁊ peripatetici ſolo nomine in principio differebant. ¶ Alter diſcipulꝰ Socratis fuit Antiſthenes cui ſucceſſit Diogenes ille Cynicus, qui fuit mundi contemptor. Deinde Zeno qui princeps fuit tertie ſecte. ſ. Stoicorũ: cui ſucceſſit Cryſippus.

Stoici.

Dicti ſunt Stoici ab, ſtoa ſtoas, qđ eſt porticus, legebat nãq; Zeno in porticu Poecili. Diogenes vero laer. lib. 7. in vita Zenonis dicit fuiſſe coeuũ ⁊ auditorem Xenocratis. Horum potiſſimum dogma fuit ꝙ nulla cadit in ſapientem paſſio: nam ſapientes appellabãt eos tantum qui habebãt virtutes in gradu heroico: quam viam conſtantiſſime ſecutus eſt Seneca. Hac ergo ratiõe tres vie academicorum, peripateticorum, ⁊ ſtoicorũ, ſeparate ſunt.

Aca. Peri. Stoi.

¶ At vero vt ad ſcientiarũ initium ⁊ ortum redeamus, quemadmodum Ioſephus aduerſus Appionem lib. 1. ⁊ Euſebius de prepa. euang. lib. 10. egregie demonſtrant, ſcientiarum inuentio non a Grecis, ſed a Caldeis ⁊ Hebreis quin potius a deo per Adam dimanauit. Cum enim Adam tanquam nature caput omnium ſcientiarum plenus fuiſſet creatus, veriſimile eſt in eius ſemp poſteritate ſemẽ fuiſſe ſciẽtiarũ. Unde vt Beroſus lib. 3. author eſt, Noe poſtquã Armenos



Armenos ſcientijs ⁊ virtutibus inſtituit, Italiã venit: quam etiam humanarum ⁊ diuinarum cognitionem docuit. Cui Iano appellato antiquiſſimum templum pacis poſt multa tempora Rome dedicarunt. Cuius filius Saturnus ſcientiarum deus, habitus eſt. Unde ſolemnis illa religio perpetui ignis in templo Veſte poſtea ortum habuit. Nã vxor Noe, Heſta, appellabatur. Et quia Iudeis, vt patet Leui. 6. ſolemne erat, vt ignis perpetus nunquã in altari deficeret, inde finxerunt Veſtam fuiſſe deam que hunc ritum puellas ſuas docuit. Hoc enim modo Gentiles fabulas ſuas et ritus ex ſacra hyſtoria confinxerunt, vt recens quidam bonus author in ſua philoſophia peremni docte ⁊ copioſe diſſerit. Poſtmodum vero Abraham, ⁊ deinde Moyſes in Egiptum peregrinantes, aſtrologiam aliaſq; ſcientias eos docuerunt. Quapropter hiſtoriographi ab Egiptijs conſentiunt Aſtrologiam emanaſſe. Unde Diogenes in vita Thaletis ab Egiptijs aſſerit eruditum eſſe precepta geometrice. Et libro. 5. idem affirmat de Pythagora, nempe ꝙ patria relicta literarum amore Egiptum petijt et apud Chaldeos conuerſatus eſt, ibiq; philoſophiam edoctus. Et libro tertio in vita Platonis idem affirmat de Platone, videlicet ꝙ in Egiptum ad prophetas ſacerdoteſq; ſe recepit, ſtudiorum gratia quod itidem in prologo biblie Hieronymus retulit. Quamobrem certum eſt Grecos ab Egiptijs ⁊ Caldeis, qualis fuit Abraam ⁊ Moyſes, literas recepiſſe. Patriarche eñ illi multo antea fuerunt in Egipto q̃ ſeptem ſapientes fuiſſent in Grecia: nam ſapientes, vt refert in de tẽporibus Euſebius ab olimpiada trigeſima octaua, vſq; ad quinquageſimam floruerunt, nempe ſexentos annos ante aduentũ Chriſti, poſt diluuium Theſſalicum ſub Deucalione, quod multo poſt tempora Moyſi deleuit totam Greciam. Sed dicuntur illi ſapientes inuẽtores ſcientiarum, vt Themiſtius ipſe Grecus hic etiã meminit, quia poſt illud diluuium ſtudium philoſophie in Grecia inſtaurauerũt ⁊ excitauerũt. ¶ Hec pluſculis q̃ inſtitueram verbis dicta ſint, vt qui philoſophiam profitentur, deum intelligentes ⁊ authorem primum ſcientiarum, etiam naturalium, fuiſſe, ⁊ vltimum eſſe earum finem ſciant. Philoſophiam aliaſq; naturales ſcientias niſi ad dei amorem ⁊ cultum dirigatur, nihil aliud eſſe quam vnam ex vanitatibus que ſub ſole ſunt, ⁊ laborem, ⁊ afflictionem ſpiritus, vt ſapientiſſimus ille Eccleſiaſtes concionatur. Sed tunc admodum eſſe vtiles: ſi qui ſapientie a timore domini initium ſumant, vt creaturaꝝ cõtemplatione ad amorem creatoris excitati, ad eius tandem felicitatem perueniant.

2. cõcluſio Phyſica ẽ ſcientia.

¶ Secunda cõcluſio. Phyſica eſt vere ⁊ proprie ſcientia. Contrarium fuit dogma academicorum, vt modo dicebamus, inter quos fuit Heraclitus. De quo themate Cicero ſcripſit academicas queſtiones, ⁊ Auguſtin. libros tres compoſuit aduerſus academicos, quibus concluſionem hanc noſtram demonſtrauit: nempe ꝙ ſit poſſibilis ſciẽtia etiam rerum naturalium. Supponatur hic vſque ad quintam concluſionem, nomine rerum naturalium intelligere nos corpora hec ſenſibilia, vt celos, elementa, ⁊ mixta. Item ex ſecunda queſtione proemiali ſuper dialecticam ⁊ ex. 2. latius. poſt. q. 1. ſupponamus nomine ſcientie intelligere habitum concluſionis neceſſarie per demonſtrationem acquiſitũ, videlicet quo cognoſcimus cõcluſionem et eius cauſas. Tunc primo probatur concluſio authoritate Ariſtote. qui. 1. poſt text. 21. ait ꝙ ſcientia non eſt corruptibilium per ſe, ſed per accidens, quales ſunt res naturales: ⁊. 3. phyſ. text. 24. ait ꝙ ſcientia naturalis verſatur circa magnitudines, motum, ⁊ tempus: ⁊. 2. metaphiſi. text. 3. ait ꝙ philoſophiam, ſcientiam veritatis appellare, recte ſe habet. ⁊ lib. 4. text. 23. irridet Heraclitum et alios negantes ſcientiam rerum naturalium: et tandem lib. 6. text. 2. diuidit ſcientiam contemplatiuam, in metaphiſicam, phyſicam, ⁊ mathematicas. ¶ Et probatur pretere a ratione, primo quia vt habetur. 1. poſt. text. 5. ⁊ in hoc libro text. 6. ſcire eſt rei cauſas vſq; ad prima principia cognoſcere: ſed rebus naturalibus cõueniunt paſſiones que ex proprijs rei cauſis procedunt: ergo res naturales ſunt vere ſcibiles, ⁊ per conſequens illarum poteſt eſſe ſcientia. ¶ Secundo. De mathematicis eſt ſciẽtia certiſſima, vt ꝙ omnis triãgulus habeat tres angulos equales duobus rectis ⁊c. ſed tam neceſſarium ⁊ perpetue veritatis eſt hominem eſſe animal, aut ignem ſua ſponte natura eſſe calidum: ergo iſtorum eſt etiam ſcientia proprie. ¶ Item tertio, vt videtur arguere Ariſtotel. 4. metaphiſ. aduerſus Heraclitum. Si aliquid obſtaret quominus de rebus naturalibus poſſet eſſe ſcientia, maxime quia ſunt mutabiles, et quando res mutatur, id eſt acquiritur, tunc non eſt, ſed hoc non obſtat: primo qꝛ ſi res tunc cum mutatur non eſt ſub illa forma ad quam mutatur, iam hoc eſt ſcibile, quod non ſit, ⁊ quod mutatur: imo profecto tam ſcibile eſt, res iſtas ſenſibiles, eſſe mutabiles, q̃ intelligentias eſſe immutabiles: ⁊ per cõſequens ſicut de immutabilitate ſcientiarum poteſt eſſe ſcientia, ita de mutabilitate rerum. Nec obſtat rationi ſcientie totalis ꝙ habeat admixtas aliquas opiniones, vt. q. citata ſuper dialecti. meminimus. et conclu. 4. ſtatim dicturi ſumus. Et preterea de celis manifeſtum eſt eſſe ſcientiam, cum non ſint naturaliter mutabiles generatione, aut corruptione, aut alio motu q̃ locali.

Ad. 2. principale.

¶ Unde ad. 2. principale reſpondent recentiores Dialectici ꝙ ſciẽtia quãq; ſit de rebus corruptibilibus prime intentionaliter, eſt tamen de incorruptibilibus, ſecũde intentionaliter. i. de ꝓpoſitionibꝰ. Atti. 1. poſt. tex. 21. apte mõſtrauimꝰ hunc modũ loquendi nõ ſatis cõſequi mentẽ Ariſt. Nam quãuis ita ſit. ſ. ſcientiã naturalẽ eſſe de propoſitionibꝰ neceſſarijs tanq̃ de obiecto immediato, tamen eſt de rebus tanq̃ de obiecto principali. Et maxime quia iſti non cenſent hanc propoſitionem, omnis ignis eſt calidus, ⁊ ſimiles eſſe neceſſarias, niſi in ſenſu modali, qđ Ariſto. nunq̃ ſomniauit.

Sciẽtia ꝺ incorruptibilibus.

Mens ergo eius illic eſt ꝙ ſcientia eſt de incorruptibilibus per ſe, corruptibilibus vero per accidens. i. de rebꝰ quatenus per intellectum abſtrahuntur a ſingularibus, ⁊ fiunt vniuerſales. Que quidẽ vniuerſalia, inquãtum abſtracta, nõ ſunt corruptibilia: ſed inquantum ſunt in ſingularibus, vt prima queſtione de vniuerſalibus ſuper Porphir. expoſuimus. ¶ De illis vero, ꝙ ſol orit



ſol,

ſol occidit, ⁊ de coniunctionibus ſiderū, iam diximus primo poſt. q. 2. ad. 3. argumentum. ⁊. q. 3. ad primū ꝙ eſt ſcientia de illis, eo ꝙ naturaliter iſta non poſſunt deficere quin certis temporibus cōtingant. Et de pluuijs ⁊ alijs naturalibus, ſcilicet ꝙ tales talibus temporibus contingant etiā eſt ſcientia proprie: nam ad certitudinē ſcientie ſatis eſt ꝙ regulariter ita contingat, licet aliquādo poſſint deficere. Infra latitudinem enim proprie ſcientie, vt illic adnotauimus, ſunt diuerſi gradus certitudinis. Quod expreſſe docet Ariſtot. 2. meta. textu. 16. Certitudinem enim inquit non oportet in cūctis querere, ſed in his que nō habent materiam. Quaſi dicat. In naturalibus ſcientijs que non abſtrahunt a materia ⁊ motu, non eſt tanta certitudo quanta in mathematicis: que abſtrahunt a materia. ¶ Et per hoc patet ad primam particulam confirmationis.

*Ad cōfir.*

In hoc enim Heraclitus ⁊ Cratillus decipiebantur, ꝙ non abſtrahebant vniuerſalia a ſingularibus: cum tamen debuiſſent cōſiderare ꝙ quāuis res ipſe in ſingulari ſint mutabiles (quicunq; enim homo naſcitur ⁊ moritur ⁊ quodcunq; mixtū generatur ⁊ corrumpitur, fitq; modo calidum ⁊ modo frigidum ⁊c.) tamen ꝙ homo ſit riſibilis, ⁊ ꝙ ignis ſit calidus ⁊c. ſemper ſunt perpetue veritatis. ¶ Hinc itē colligitur reſponſio ad illud qđ tangitur in. 1. arg. ſ. ꝙ ſciētia non ſit ſenſibiliū: qđ preter Ariſt. loco citato, etiam aſtruit Auguſ. lib. 83. q. vbi ait ꝙ non eſt expectanda ſinceritas veritatis a corporis ſenſibus. Cuius ratio eſt ꝙ a ſenſu multe fiunt deceptiones. Iudicamus enī per ſenſum ſolem eſſe minorem tota terra, baculū cuius medietas eſt in aqua eſſe fractum, hoſtiam cōſecratā eſſe panē, immo demon pōt multas illuſiones cauſare, vt cum in tētatione ſub forma hominis apparuit, qui tamē non erat homo: ⁊ per magicas artes poteſt fieri vt res appareant vere, q̄ tamen ſunt ſolum apparētes ⁊ ficte.

*Sēſibiliū non eſt ſcientia.*

¶ Non equidem neceſſarium eſt ad ſolutionem argumenti exponere quomodo ſenſus non fallit circa proprium obiectum, vt viſus circa colorem, niſi forte aut ex alteratiōe medij, aut organi vt. 2. de anima text. 152. author eſt Ariſtote. vbi id nos explicabimus: ſed abunde ad argumentū reſpondetur, ꝙ ſolum probat de ſenſibilibus non eſſe ſciētiam ea ſola ratione qua cadunt ſub ſenſu, id eſt in quātum ſunt ſingularia. Non enim habemus ſcientiam ꝙ hoc eſt panis, aut homo, aut album, aut nigrū: quia poteſt aliter eſſe, aut per miraculum, aut arte demonis, aut ex alteratione medij, aut organi: ſed tamen eſt ſcientia in vniuerſali, ꝙ homo eſt riſibilis, ꝙ panis nutrit ⁊c. ⁊ ita colligit S. Thom. 1. p. q. 84. articu. 6. ꝙ hec fuit neceſſitas intellectus agentis, vt ſcilicet a phātaſmatibus. que non ſufficiunt ad generandum ſcientiam, abſtraherentur ſpecies intelligibiles que res vniuerſales repreſentarent, de quibus eſt ſcientia. Et hoc eſt quod dixit Ariſtote. ſenſibilium non eſſe ſciētiam. Non enim negauit, quin ſenſuum adminiculum neceſſarium ſit ad acquirēdas ſcientias: immo. 1. poſt. text. 33. dicit ꝙ deficiente ſenſu neceſſe eſt deficere ſcientiam illius ſenſibilis, ⁊ lib. 2. text. 8. dicit ꝙ non poſſumus cognoſcere quod quid eſt proprie niſi earum rerum quarum per ſe habemus ſenſationem. ¶ Ad vltimam particulam confirmationis qua arguebatur philoſophos antiquos raras habuiſſe rerū veritates: qua de cauſa Socrates phyſicam deſerut, reſpondetur. quod ante Platonem et Ariſtotelem, genus humanum in ſcientijs naturalibus erat ſicut infans, quando homines potius allucinabantur ad veritatem, q̄ȝ illam attingerent: obidq; innumeros habuerunt errores tam de principijs naturalib⁹ q̄ȝ de felicitate morali. Plato vero et preſertim Ariſtote. quantum naturale ingenium valuit, ph̄iam ad verꝫ exegerunt. At vero naturales ingenij vires anteq̄ȝ lumen fidei nobis irradiaret non fuerunt ſufficientes rerum naturas penetrare.

*Lumen fidei ad philoſophiaꝫ neceſſariū*

Cum enim ſcientie etiā naturales a deo deriuentur, iuxta illud pſal. 4. ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine, non ſufficiunt ſine lumine fidei veritatē etiam naturalium attingere, niſi multis erroribus admixtis. Et ideo Ariſtot. non potuit cognoſcere mundum habuiſſe principium, ⁊ alia id genus plurima. Et hac ratione Lactātius lib. 3. eleganter oſtendit illos philoſophos ante lumen Chriſti non habuiſſe perfectas ſcientias.

## ¶ Tertia concluſio. Phyſica eſt ſcientia ſpeculatiua.

*Tertia cōcluſio philoſophia ſpeculatiua.*

Concluſio expreſſa eſt Ariſ. 6. meta. tex. 1. vbi premiſſa diſtinctione inter ſciētiam ſpeculatiuam ⁊ practicam, ſpeculatiuam ſubſecat in Metaphyſicam, Phyſicam ⁊ Mathematicas. Et ꝙ phyſica ſit ſpeculatiua probat illic Ariſtote. ex natura ſpeculatiue ſcientie. Scientia enim ſpeculatiua et practica (vt citatum eſt in tertio argumento) differunt fine. ſ. ꝙ practica eſt propter opus, ſpeculatiua vero ſolū propter veritatem contemplandam: ſed phyſica non ordinatur ad opus: quia finis eius eſt cognitio ⁊ contemplatio veritatis: ergo eſt ſpeculatiua. Minorem probat illic Ariſtotel. quia rerum naturalium principia ſunt in ſeipſis et non in nobis, et ideo non ſunt a nobis operabilia. Principium autem rerum artificialium et moralium eſt in nobis, atque adeo ſunt a nobis operabilia, et per conſequens eorum ſcientie ſunt practice.

*Scientia prac. ⁊ ſpe.*

¶ Ad cuius notitiam videre quicunque poteſt que in quarta queſtione proemiali ſuper dialecticam copioſe de hac re diximus. Nunc vero ſatis eſt verba Ariſtote. exponere. Ad hoc ergo vt ſcientia ſit practica non ſatis eſt ꝙ obiectum eius ſit res factibilis, vt illic expoſuimus, alias omnis ſcientia creaturarum eſſet practica, cum omnes creature ſint factibiles a deo: ſed requiritur ꝙ ſit factibilis a nobis: et hoc eſt quod ait Ariſtote. ꝙ principium talium rerum artificialium non eſt in ipſis, ſed eſt ars que eſt in nobis. Principiū autem rerum naturalium eſt in ipſiſmet rebus. Si enim ſtatuam ligneam viridem ſubtus terram condas, non naſcetur inde ſtatua, ſed lignum: quia natura ipſa ligni ſufficit generare lignum: ſtatuam autem ſolus homo facit. Hinc eſt ꝙ ſcientia de ſtatua eſt practica, cognitio vero ligni eſt ſpeculatiua. Homo enim poteſt cognoſcere naturam ligni, non tamen facere lignum. Quinimo licet deus daret nobis facultatem faciendi lignū, non poſſemus per ſcientiā quā habem⁹ id facere: q2 nō docet modum faciēdi lignū. Dico ꝙ non poſſumus facere res naturales, niſi applicando actiua paſſiuis: aīal enī gn̄at animal ponendo ſemē in loco apto ad gn̄ationem.



tionē. In deo autem non diſtinguuntur ſcientia practica et ſpeculatiua, niſi ſolum ex parte finis. Reſpectu enim rerum que ſunt vel erunt dicitur ſciētia practica, ſed reſpectu earū que nūq; erūt dicitur mere ſpeculatiua. Similiratione phyloſophia moralis eſt practica, quia eſt de rebus cuius principium eſt in nobis. i. de operabilibus a nobis. Principiū enī moraliū actuum eſt electio. Sicut enī ars facit opus bonū. i. laudabile ſecundum intellectū, ita ⁊ electio facit opus bonum ⁊ laudabile moraliter. Et ideo Ariſto. 2. ethi. capi. 2. dicit phyloſophiā moralē nō eſſe ſolū contēplationis gratia, ſed vt boni efficiamur. Cetera de ſcientia ſpeculatiua et practica. q. citata ſatis dicta ſunt.

*Ad. 3. principale.*

¶ Unde ad tertiū principale argumentū negatur minor. ſ. ꝙ phyſica ſit ſcientia practica: et ad primam probationē reſpondetur, ꝙ q̄uis alique res naturales generentur in nobis, vt habitus ⁊ actus intellectus, tamen phyſica nō tractat de illis in quantū operabiles a nobis. Quēadmodū enim phyſica conſiderat naturam nutritionis, augmentationis, ⁊ generationis: non quidem docendo quomodo nos illa faciamus, ſicut ars ſcribendi docet ſcribere, ſed tradendo diffinitiones ⁊ demonſtrando paſſiones earum, ita ⁊ phyſica eſt de habitibus ⁊ actibus noſtris, nō modo operatiuo, ſed modo ſpeculatiuo. Philoſophia moralis et phyſica tractant de actibus et habitibus noſtris. ſ. de temperantia, fortitudine, intentione, ⁊ electione ⁊c. diuerſimode tamē: quia phyſica tractat de illis ſpeculatiuo modo. ſ. ꝙ habitus eſt difficile mobilis, actus vero facile mobilis, ꝙ intētio ſit in intellectu ⁊c. phyloſophia vero moralis tractat de illis practice in quārū ex electione operamur ſm̄ regulas virtutis: vt. ſ. operemur ſciētes ⁊ eligētes ⁊ propter talem finē: et ideo phyſica eſt ſpeculatiua, et moralis, practica. ¶ Ad. 2. probationem, ꝙ cognitio rerum naturalium allicit nos in amorem dei, reſponderet credo Scotus. 4. q. prologi concedendo ſubinde ꝙ ſit practica nā ſimile dicit de theologia quantum ad illas veritates ſpeculatiuas, Deus eſt vnus, Deus eſt trinus ⁊c. Nihilominus negāda eſt conſequentia: non enim ſatis eſt ad rationem ſcientie practice ꝙ mediate eius cognitio excitet voluntatem ad amandū rē nā tunc cognitio ſpeculatiua de nā auri, aut de nā cuiuſcunq; delectabilis cibi, eſſet practica, quod certe eſt falſum: ſed requiritur ꝙ ipſa ſcientia ſit de re operabili ⁊ modo operabili. i. ꝙ per ſe immediate doceat operari, quod phyſice non conuenit.

*Ad cōfir. Medecina.*

¶ Ad confirmationem reſpondetur cum. S. Tho. opuſculo citato in argumento, ꝙ medicina non continetur ſub phyſica ſicut ſpecies ſub genere, vt ſcientia de triangulo cōtinetur ſub Geometria, ⁊ ſcientia de plātis, ſub phyſica, quia corpus ſanabile vt eſt ſubiectum medicine, non eſt inferius quiditatiue ad corpus mobile. Corpus enim ſanabile a natura eſt ſpecies corporis naturaliter mobilis, ſꝫ corpus ſanabile ab arte eſt ſubiectum medicine. At vero quia ars non eſt niſi auxilium nature, hinc eſt ꝙ phyſica tradit propter quid concluſionum medicine: et hac ratione medicina ſubalternat̄ phyſice. Et hoc eſt qđ ait Ariſto. de ſenſu ⁊ ſenſato, videlicet ꝙ phyſici deſinunt in conſideratione corporis ſanabilis a natura, ⁊ inde medicus incipit ſumere ſua principia quib⁹ arte ſanet. Et ideo nihil obſtat quin phyſica ſit ſpeculatiua, et medicina in parte ſit practica. Habet enī medicina duas partes, vna que eſt cognitio nature herbarum ⁊ complexionis humane, ⁊ illa eſt ſpeculatiua et pars phyſice: alia vero eſt que docet applicare medicinas ad ſanandum per artem: ⁊ hec eſt practica.

## ¶ Quarta concluſio. Phyſica eſt vna ſcientia.

*Quarta cōcluſio. Phyſica eſt vna ſciētia.*

Concluſio hec colligitur manifeſte ex Ariſto. loco citato. 6. meta. vbi diſtinguit phyſicam tanq̄ȝ vnam ſcientiam contra metaphyſicam ⁊ mathematicas. Et preterea probatur: quia vnitas ſcientie, vt citatum eſt in. 4. argumento, ſumitur ab vnitate formali obiecti, ſicut vnitas potentie: ſed phyſica, quecunq; tractat, conſiderat ſub vnica ratione mobilis, vt queſtiōe ſequēti palā fiet: ergo eſt vna ſcientia. ¶ Et confir. quia ridiculū profecto eſſet dicere ꝙ ſint diuerſe phyloſophie, illa q̄ tractat de materia et illa que tractat de forma, et que tractat de motu et que tractat de loco ⁊c. ſicut ridiculum eſſet dicere ꝙ alia eſt Geometria que tractat de linea, ⁊ alia que tractat de ſuperficie aut de corpore: et alia que tractat de triangulo ⁊ alia que tractat de quadrangulo: ⁊ ꝙ in phyloſophia morali alia eſſet temperantia que precipit abſtinere a carnibus, et alia que precipit abſtinere a vino, quātūuis obiecta differant ſpecie. Docet enim Ariſto. 5. meta. text. 7. (quod recentiores parum conſiderāt) aliquid eſſe vnum in vno genere, quod eſt plura in alio: vt domus eſt plura in predicamento ſubſtantie. ſ. pr̄ra ligna ⁊ plures lapides: ⁊ tamen eſt vna in predicamento qualitatis, puta vna domus: ⁊ decem homines ſunt plures in genere ſubſtantie, tamen in genere quātitatis ſunt vnus numerus. Et eodē modo albedo ⁊ nigredo ſunt plures ſpecies in genere qualitatis, et tamen conueniunt in vna ratione viſibilis: quia. ſ. eodem modo immutant potentiam, et per conſequēs ab vna potentia percipiuntur. Ad hunc ergo modū dicendum eſt de obiecto ſciētie, ꝙ videlicet q̄uis res que cōſiderantur in phyſica ſint plura in predicamēto ſubſtantie aut qualitatis aut quātitatis, conueniunt tamen in vna ratione ſcibilis: quia conſiderantur ſub ratione mobilis. Et ideo ſimpliciter ⁊ ſine addito, phyſica eſt vna ſciētia. Que tamen ſecundū diuerſas ſpecies motus diſtinguitur in diuerſas partes. ſ. in libros de celo, de generatione de anima ⁊c. At vero libri phyſicorum non cōdiſtinguunt ab alijs tanq̄ȝ ſpecies diſtincta, vt aliqui putant, ſed habent ſe ad alias partes ſicut ꝯſideratio rei mobilis in vniuerſali ad cōſiderationes diuerſorū mobiliū in particulari.

*Unica ſimplex.*

¶ Qđ ſi qſp conteſt an intelligam⁹ phyſicā, ſaltim que pertinet ad libros phyſicorū, ita eſſe vnam ſcientiā vt ſit vnica ſimplex qualitas, is cōſulat queſtionē noſtrā tertiā proemialē ſup dialecticā, vbi id ample tractauimus. Et forſan eſt vnica ſimplex qualitas pꝑter rōnes illic adductas. At vero q̄dq̄d ſit ſiue ſint plures ſiue vna qualitas, nihilominus ſunt ſimpliciter vna ſcientia et vnus habit⁹: ſicut q̄uis viſus eſſet plures res, eſſet nihilomin⁹ ſimpl'r vnica potentia.

*Ad. 4. principale.*

¶ Unde ad 4. argm̄. quanq̄ȝ ſint q̄ dicāt phyloſopiā naturalē peſſe eſſe gen⁹ ad mathematicas ⁊ metaphyſicā, nihilominus hoc negatur. Phia enim naturalis idem

idem eſt quod phyſica: vnde phyloſophia naturalis non dicitur quia tractat de re naturali, ſed quia tractat de re naturali inquantũ eſt res naturalis .i. ea ratiõe qua habet in ſe principiũ motus: hac eñ ratiõe dicitur ens mobile: metaphyſica vero ⁊ mathematice tractant de rebus naturalibus, ſed non ea ratione qua habent in ſe principiũ motus.

*Phyſica, Meta. Mathe.*

Enimuero cũ ſcientiarũ diuiſio (vt q.3. proe. ſuper dialecticã, ⁊ .1. poſt. q.7. adnotauimus) ſumenda ſit ex diuiſione obiecti ea ratione qua eſt ſcibile .i. in quantũ fit quodãmõ immateriale, ſicut intellectus ipſe, cuius eſt obiectũ, eſt immaterialis: et immateriale fiat per abſtractionem a materia ⁊ motu, ſequitur vt ſecundũ diuerſos gradus abſtractionis obiecti diſtinguantur diuerſe ſciẽtie.

*Tres gradus immateria.*

Sũt aũt tres gradus abſtractiõis et immaterialitatis vt .6. meta. text. 2. et in .11. c. 6. docet Ariſto. nam aliqua ſunt entia a materia ſeparata, non ſolũ ſecundum conſiderationẽ intellectus, ſed ſecundũ rem, vel quia nulle talium rerum poſſunt eſſe in materia, vt deus et intelligentie, vel quia nõ vniuerſaliter ſunt in materia, ſed indifferenter ſe habent ad res materiales et immateriales, vt, ſubſtantia, ens, ⁊ ſimilia: ⁊ de his omnibus tractat, metaphyſica, cuius ſubiectũ adequatum eſt ens. Alie vero ſunt res que licet ſecundũ rem eſſe non poſſunt niſi in materia ſenſibili, tamen inquantũ ſunt obiecta ſcientie abſtrahuntur a materia ſenſibili, vt eſt quantitas, inquantũ eſt obiectum mathematice: licet enim quantitas non ſit niſi in corpore materiali ⁊ ſenſibili, cõſideratur tamen a mathematico vt abſtrahit a materia: non enim conſiderat de triangulo inquantũ ferreus, aut ligneus, ſed ſimpliciter. Alie vero ſunt res que non ſolum ſecundũ rẽ, ſed neq; ſecundũ conſiderationẽ ſcientie abſtrahũt a materia ⁊ motu, vt homo, equus, lignũ, ſimum, aquilum: et de his tractat phyloſophia naturalis ſeu phyſica, cuius proinde ſubiectum eſt ens mobile: tractat eñ de ente quocunq; quatenus eſt in materia et ſubijcitur motui. Exẽpli gratia. Rectum et curuum, cadunt ſub conſideratione mathematica: quia non dicunt niſi lineam talem abſtrahendo ab hac vel illa materia, ſed tamen ſimum ⁊ aquilum, cadunt ſub conſideratione phyſica: quia non dicunt indifferẽter quãcunq; curuitatem, ſed talem curuitatẽ naſi: nam ſimus dicit naſum cauum, aquilus vero, gibboſum. ¶ Quod ſi quis arguat, ꝙ tunc obiectũ phyloſophie naturalis non dicit quid intelligibile, ſed mere ſenſibile, ſiquidẽ non dicit quid abſtractum a materia, ⁊ per conſequens non eſt obiectum ſcibile. Reſpondetur ꝙ ratio immaterialitatis cõmunis obiecto cuiuſcunq; ſcientie, eſt ꝙ abſtrahatur a ſingularibus, quod etiam conuenit phyloſophie naturali que tractat non de hoc aut illo indiuiduo ſenſibili, ſed de rebus ipſis ſenſibilibus communi. Quare ſecundum hanc abſtractionẽ non ſumitur diſtinctio inter has ſciẽtias: ſed ſecundũ abſtractionẽ a materia ⁊ motu non ſolũ in ſingulari ſed in cõmuni. Mathematica enim non ſolũ abſtrahit ab hoc vel illo triangulo ferreo, ſed à triangulo ferreo in communi: quia nec tractat de ferreo nec de ligneo, ſed de triãgulo. Et ſic mathematica ſimpliciter abſtrahit a materia ſenſibili: puta ab albo, nigro, calido et frigido ⁊c. Non tamen abſtrahit a materia intelligibili: quia quantitas ipſa de qua tractat, quatenus eſt ſubiectũ, quo, aliorũ accidentium, intelligitur quodãmodo ſub ratione materie. vt 1. p. q. 85. ar. 1. ad. 2. argumentũ meminit. S. Tho.

*Materia intelligibilis.*

Atqui inter quantitates, continua habet adhuc magis rationẽ materie intelligibilis reſpectu diſcrete ſecundũ Ariſto. 7. meta. tex. 35. quia diuiſio cõtinui in plurales vnitates eſt diuiſio materialis. ¶ Ex his ſequitur quod phyloſophia ⁊ phyſica, ſe habent vt genus et ſpecies.

*Phia et phyſica.*

Nam phyloſophia cõplectitur ⁊ moralem ⁊ rationalem ⁊ naturalem: phyſica vero ſolũ dicit phyloſophiã realem ⁊ ſpeculatiuã naturalẽ que eſt de ente mobili. Poſſumus ergo dicere phyloſophiã ſpeculatiuam, naturalẽ, ſed tamen phyſicam naturalẽ ſeu ſpeculatiuã, inepte diceremus: nam phyſica totum hoc dicit ꝙ ſit ſcientia realis et ſpeculatiua et naturalis.

*Ad confirmatiões.*

¶ Ad primã confirmationẽ .4. argu. reſponſum eſt iam, ꝙ quãuis phyſica ſit de rebus diuerſis, tamen omnia tractat ſub vna ratione formali entis mobilis. ¶ Ad ſecundã vero confirmationẽ reſpõdetur, ꝙ etiam ſi teneatur opinio. S. Tho. ꝙ vna tota ſcientia eſt vna ſimplex qualitas, non tamen ſubinde tenendũ eſt ꝙ ſit vnica ſimplex qualitas reſpectu omniũ concluſionum que certo ſciuntur, ⁊ eorũ ſimul de quibus tantũ habemus opinionem: nam vna qualitas non poteſt habere tan diuerſas naturas: nihilominus quãq; ſint diuerſe qualitates tamẽ habitus opinatiuus reducitur ad eandem ſciẽtiam, propter eandem rationem formalem obiecti: quare omnes ſimul dicuntur vna ſcientia.

## ¶ Quinta concluſio. Subiectum

*Quinta concluſio, ſubiectũ phyſice ens mobile.*

phyſice .i. philoſophie naturalis, eſt ens mobile. Quenam ſint conditiones ad rationem ſubiecti pertinentes. q.5. proemiali ſuper dialecticam ſatis, ſuperq; expoſitũ eſt. Ens mobile idẽ eſt quod ens naturale. Ad cuius notitiã notandum eſt, ꝙ Ariſt. vt videbimus .2. huius. tex. 3. ⁊ 4. ⁊ 5. diſtinguit inter naturã, et ens naturale, ⁊ ens ſecundũ naturam. Natura, vt illic explicabimus, eſt tam materia q̃ forma que ſunt principia motus naturalis: ens vero naturale eſt ens habens naturã. i. ſuppoſitũ quod ex materia et forma componitur: ſed ens ſecundũ naturã eſt motus ipſe ⁊ paſſiones naturales: vt ferri ſurſum aut deorſum, calefacere et calefieri ⁊c. Et quia natura idẽ eſt qđ principiũ motus, fit vt ens naturale .i. habẽs naturam idẽ ſit quod ens mobile .i. habẽs in ſe principiũ ſui motus: ad differentiã rerũ artificialiũ, et moralium quorũ principia ſunt extra in artifice aut in eligente.

*Ens mobile.*

¶ Quocirca diſtinguũt nonnulli ens mobile, vt mobile dicatur aut ſubiectum, aut terminus motus. Et accipitur hic motus, nõ ita ſtricte vt accipit Ariſto. 5. huius. tex. 8. vbi ait generationẽ nõ eſſe motũ, ſed mutationẽ, at accipitur hic vt nomine motus cõprehẽdatur etiam generatio. Itaq; materia (vt aiunt) dicitur mobilis tãq; ſubiectum generationis, ⁊ forma dicitur mobilis tanq; terminus, quo, gñationis, et totũ cõpoſitum tanq; terminus, quod. i. tãq; id quod generatur. Et in alteratione totũ compoſitũ eſt mobile tanq; ſubiectũ, ⁊ calor qui acquiritur dicitur ens mobile tanq; terminus, quo, alterationis, ⁊ calidũ tãq; terminus quod .i. tanq; id qđ fit calidũ. Et pariter in augmentatione: ⁊ ſuo modo in motu locali.



*Due opiniones.*

¶ Bipartita ergo eſt opinio de ſubiecto phie. Albertus magnꝰ cui Egidius ſubſcribit, ait ſubiectum phie eſſe corpus mobile. Cuius rõnes tetigimus in .6. argu. At. S. Tho. in hoc itidẽ prologo dicit ſubiectũ eſſe ens mobile. Rationes huius inter alias q̃dã ex diſcipulis. S. Tho. aſſignãt hãc. Subiectũ ſciẽtie cõmunitatis ſeu totalitatis debet predicari in recto de oĩbus contentis in illa ſciẽtia (ſubiectum eñ eſt quod omnia ſub ſe continet) at, corpus mobile, nõ predicatur in recto de oĩbus, nã tractat hec ſciẽtia de materia ⁊ forma ⁊ de accidentibus. que non ſunt corpora: ſed tamen, ens mobile, predicatur de illis: ergo nõ, corpus mobile, ſed, ens mobile, eſt ſubiectum phyſice. ¶ At vero ratio hec profecto nec eſt. S. Tho. neq; verũ aſſumit. Ens enim eſt ſubiectũ metaphyce, vt docet Ariſto. 4. meta. tex. 1. et tamen non predicatur in recto de omnibus de quibus tractat metaphyſica: quippe que tractat de natura accidentiũ, que non ſunt entia ſed entis entia. 7. meta. tex. 2. ⁊ ſubiectũ librorum de anima eſt anima, q̃ tamen ſcientia tractat de potentijs ⁊ actibus que non ſunt anima, ſed anime potentie, ⁊ ſubiectũ theologie eſt Deus: qui non predicatur de omnibus contẽtis in illa ſciẽtia: ergo ad rationẽ ſubiecti illud nõ requiritur. Quod manifeſte affirmat. S. Tho. in hoc .1. lib. lec. 2. in diuiſione textus vbi ait ꝙ in hoc libro determinat Ariſtote. de principijs ſubiecti huius ſcientie .i. de principijs entis mobilis: non ergo dicit materiã aut formam cõſiderari in phyſica, quia eſt ens mobile: ſed quia eſt principium entis mobilis. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ quãdo dixit ens mobile eſſe ſubiectum phyſice, non accepit ens in illa generalitate vt dicatur de materia aut forma aut de accidentibus. ſed ſolum vt dicitur de toto ſuppoſito. Immo vero ens non predicatur in recto de materia aut forma, q2 analogice dicit de ſubſtantia totali ⁊ accidentibus: quare de ſola ſubſtantia dicitur in recto: materia vero aut forma nõ eſt ſubſtantia directe ſed principia ſubſtantie: et ideo nec eſt ens ſed principium entis. ¶ Sequitur .2. ꝙ nec mobile accepit in illa gñalitate ſicut materia dicitur mobilis aut accidens dicitur mobile ſed pro ſuppoſito: quia ſimpliciter loquendo certe nec materia nec forma dicuntur mobilia, ſicut nec dicuntur entia naturalia: ſed principia entis mobilis ⁊ naturalis, vt ait. S. Tho. loco citato: quia neq; materia neq; forma generatur, ſed totum. vnde ſola ſubſtantia completa corporea ſimpliciter ⁊ abſolute dicitur ens naturale ⁊ mobile, que videlicet habet in ſe naturam .i. principium motus. ¶ Ex quo ſequitur tertio ꝙ quando dixit ens mobile eſſe ſubiectũ, ⁊ nõ corpus mobile, nõ accepit, ens, tanq; aliquid in ſupponẽdo ſuperius ad corpus, vt cõprehenderit materiã, vel formã, vel accidens, ſed tanq; ſuperius in ſignificado .i. ꝙ ens mobile, nõ in quantum corpus, ſed in quantũ ens, eſt ſubiectũ phyſice. Cuius ratio eſt Subiectum ſcientie eſt id quod tanq; notiſſimum ſupponitur in tali ſcientia, vt .1. poſt. text. ij. habetur: corpus vero mobile, non ſupponitur tanq; notiſſimum in phyſica, ſed ens mobile: ergo, ens mobile, eſt ſubiectum et non corpus mobile. Minorem probat. San. Thom. ex .6. phyſi. text. 32. vbi probat Ariſtote. omne mobile eſſe diuiſibile, ⁊ per cõſequens eſſe corpus. ¶ Sed offert ſe ſtatim argumentũ ꝙ Ari. non probat corpus mobile eſſe in rerum natura, ſed id ſolum ꝙ oẽ mobile eſt corpus: immo corpus mobile eſſe in rerum natura eſt p ſenſum notiſſimũ, ⁊ per conſequẽs nõ probatur, corpus mobile, non eſſe ſubiectũ. ¶ Hic notandum eſt ꝙ. S. Tho. nunq; ſomniauit. (vt quidã oppinantur) ꝙ corpus mobile eſſe in rerum natura probetur ab Ariſto. immo certo ſciebat hoc eſſe ſenſu notiſſimum. Sed ratio. S. Tho. conſiſtit in hoc. Subiectum ſcientie eſt illud de quo tãq; notiſſimũ ſupponitur in tali ſciẽtia eſſe primum fundamentũ et rationem omniũ paſſionũ que demonſtrãtur in tali ſcientia, nam ſubiectũ eſt vnde immediate fluunt paſſiones, ⁊ per conſequens eſt fundamentum totius ſcientie (vt. q.5. proe. ſup dialecticam expoſitũ eſt) ſed motus ⁊ quies eſt prima et potiſſima paſſio de qua phyſicus conſiderat: ergo illud eſt ſubiectum in phyſica de quo tãq; notiſſimum ſupponitur eſſe ſubiectum et rationem motus: ſupponitur tamẽ tanquã notiſſimum ꝙ omne qđ mouetur eſt ens, nõ tamẽ ſupponit, ſed probatur ꝙ oẽ mobile eſt corpus: ergo, ens mobile eſt ſubiectũ potius q̃ corpus mobile. ¶ Confir. hec ratio. Motus diffinitur, 3. phy. text. 6. ꝙ ſit actus entis in potentia, et nõ dicitur ꝙ ſit motus corporis mobilis: ergo formaliter loquendo ens eſt ſubiectum motus, et p conſequens ſubiectũ phyſice. ¶ Unde non videor mihi cõſentire cum domino Caietano in ſuo opuſculo de ſubiecto ſcientie, ꝙ requiratur ad rationẽ ſubiecti, quando exprimitur per ſubiectũ ⁊ accidens, ꝙ tale accidens ſit cõuertibile cum tali ſubiecto: nam linea viſualis, eſt ſubiectũ perſpectiue, et numerꝰ ſonorus ſubiectum Muſice, tñ nec, viſuale, conuertitur cũ linea, nec, ſonorũ, cũ numero, eſt eñ aliqua linea que nõ eſt viſualis, ⁊ aliquis numerus qui non eſt ſonorus: ſed ſatis eſt ꝙ tale accidens illi ſoli ſubiecto conueniat, licet non omni. Immo ſi illud eſſet neceſſariũ, ſequeretur ꝙ ens mobile, nõ eſſet ſubiectum phyſice: quia aliqua ſunt entia, que nõ ſunt mobilia, vt deus ⁊ intelligentie. ¶ Eſt veruntamẽ hic vnũ argm̃ quod illic Caie. obſcurioribus verbis format. Si ens mobile eſſet ſubiectũ phyſice, ſequeretur ꝙ paſſio ipſa de qua phyſica conſiderat includeretur in ratione ſubiecti, cõſequens eſt falſum, quia ratio ſubiecti tota preſupponitur in ſcientia, paſſiones vero non ſupponuntur, ſed demonſtrantur. Sequela tamen patet, quia mobilitas eſt paſſio de qua tractat phyſica. Nec ſatis eſt reſpondere ꝙ mobilitas, vt dicit aptitudinem ad motũ, eſt ratio ſubiecti, phyſica autem ſolum conſiderat de motu. Non inquã hoc plane ſatiſfacit: nam phyſica nõ ſolum tractat de motu: ſed de mobilitate: nã moueri non eſt paſſio, ſed mobilitas, cuius effectus eſt motus: ſicut ſcientia de homine non tractat de riſu ſolum, ſed de riſibilitate. ¶ Propter argumentum reſpondet Caie. ꝙ mobile vt eſt ſubiectũ, nõ dicit aptitudinẽ, ſed fundamentũ mobilitatis.

*Ens mobile.*

Qđ pfecto explicare vix põt q̃d ſit. Res tñ eſt clariſſima: nec opus eſt in iſtas anguſtias incidere. Etẽ cũ dicimus ens mobile eſſe ſubiectũ, nihil aliud intelligimus, q̃ ens naturale .i. ens hñs in ſe naturã q̃ eſt pñcipiũ motꝰ. Et certe hoc tãq; notiſſimũ ſupponit phyſica ⁊c.

*Nõ eſt duplex ſubiectum.*

¶ Ex his ſequit primo ꝙ non eſt opus hic diſtinguere (vt aliqui

aliqui diſcipuli. S. Tho. diſtinguunt) ꝙ duplex eſt ſubiectũ phyſice: aliud .ſ. totalitatis ſeu cõmunitatis: ꝛ illud eſt ens, mobile qđ (vt dicũt) in recto predicatur de toto mobili ꝛ de eius ꝑncipijs et accidẽtibus: et aliud eſt ſubiectũ principale: ꝛ illud eſt corpꝰ mobile, de quo ꝑncipaliter phyſica conſiderat. Hec inquã diſtinctio nõ eſt neceſſaria: quia ens mobile, vt eſt ſubiectũ, iam oſtenſum eſt, non eſſe ſuperius in ſupponendo ad corpus: nec ſupponere pro principijs et accidentibus: ſed ſola ratione eſſe in ſignificando ſuperiꝰ. Et hac de cauſa. S. Thom. licet hic vbi erat queſtio de ratione formali ſubiecti, dixit ens mobile eſſe ſubiectum, tamen vbicunq; loquitur materialiter de ſubiecto phyſice, aſſerit illud eſſe, corpus mobile, vt patet. 1. p. q. 84. ar. 1. in argumento: ſʒ cõtra, ꝛ de verit. q. 14. ar. 8. ad. 16. argm̃. ¶ Sequitur ſecundo ꝙ ens mobile non accipitur hic vt diſcipuli iſti. S. Tho. iuniores (alias eggregie docti) exiſtimant, videlicet pro compoſito tã ſubſtantiali, vt eſt homo, q̃ȝ accidentali, vt eſt aggregatum ex corpore et albedine, pro quo aggregato dicũt ſupponere ly album. Enim vero quãuis aggregatum ex homine et albedine ſit ens per accidens, vt ait Ariſto. 6. meta. tex. 4. tamen nunquã, nec ipſe, neq; aliquis phyloſophus admiſiſſet ꝙ album ſupponeret pro illo aggregato: nã illud non eſt ens ſimpliciter, ſed entia, album vero eſt ens, ſolũ pro corpore ſupponens, quod habet albedinem. Unde ſicut illud aggregatũ non eſt corpus, vt illi fatentur, ita nec eſt album. Eſt enim album nomen denominatiuum, quod proinde non ſupponit, niſi pro re cui ineſt albedo. ¶ Et preterea aggregatum illud non ſolum non eſt album, verum neq; ens ſimpliciter, ſed ſolum ſecundum quid: atq; adeo, ens mobile, quod eſt ſubiectum phyloſophie, non verificatur ſimpliciter de illo. Qua de cauſa Ariſto. loco citato dixit ens per accidens non eſſe ſubiectum ſciẽtie. Accipit ergo hic ens mobile pro ſubſtantia mobili, que eſt corpus directe poſitum in predicamento ſubſtantie. Nulla me certe cupido tenet, aut cõcertandi, aut comparatione aliorum gloriam aucupandi: obidq;, quã fuerit poſſibile, pauciſſimos citabo, cum quibus contendã. Erit tamen nonnunquam neceſſarium adnotare aliquas opiniones extraneas, que phyloſophiam eroſam faciunt.

Ad. 5. principale. Ens dicit vnũ cõceptum.

¶ Ad quintum ergo argm̃ negatur primo ꝙ ens non dicat vnum conceptum, et enim, vt. q. 1. ſuper. 4. capi. predicamentorum explicauimus, nihil vetat ens eſſe analogum, ꝛ nihilominus ſimplici cõceptui ſubordinari. vnde Ariſt. ipſe vtrunq; ſimul aſſerit. 4. meta. et ꝙ ens ſit analogum, et ꝙ ſit nihilominus ſubiectũ metaphyſice. Sed ſecundo dicimus, ꝙ hic non eſt ſubiectum ſecundum totam analogiam, ſed vt dicitur de ſubſtantia mobili. ¶ Ad confirmationem reſpondetur ꝙ phyſica nec eſt pars ſubiectiua .i. ſpecies metaphyſice, neq; illi ſubalterna. Ad hoc eñ vt ſit pars ſubiectiua, requiritur ꝙ contineatur ſub eadem ratione ſcibilis: ſicut ſcientia de triãgulo eſt pars mathematice, quia ſcientia de triangulo abſtrahit a materia ſicut geometria. Attamen ens, vt eſt ſubiectum metaphyſice: abſtrahit a materia et motu, quomodo non abſtrahit, ens mobile, ꝛ ideo non eſt directe inferius ad ens in ratione ſcibilis. Erit tamẽ hoc modo ſcientia de celo, aut de generatione, pars ſubiectiua phyſice. ¶ Item ad rationem ſubalternationis requirũtur duo. Primum ꝙ ſubiectum ſcientie ſubalternate ſit accidentaliter inferius ad ſubiectum ſubalternantis .i. ſit contractum per accidens, quod ſit extra eſſentiam illius ſubiecti (quod. 1. poſterio. capitu. 7. text. 20. explicuimus) vt viſuale, contrahit lineam ad ſubiectum perſpectiue. Attamen ens quod eſt ſubiectum metaphyſice eſt de intrinſica quiditate cuiuſcũq; rei: ſiue ſit ſubſtantia, ſiue ſit accidens, vt. q. 1. ſuper capit. 4. predicamentorum adnotauimus: et ideo, ens mobile, non eſt accidens omnino extraneum ab ente, vt faciat ſubalternationem ſcientie. Secundo, requiritur ad rationem ſcientie ſubalternate ꝙ eius principia probentur a ſcientia ſubalternante, vt. 1. poſt. ſuper tex. 23. expoſitum eſt: ſed tamen principia phyſice non probantur in metaphyſica (niſi quatenus metaphyſica eſt generalis ſcientia) quia phyſica reſoluit, ſua principia vſq; ad immediata et per ſe nota ſenſui. ¶ Ad ſextum deniq; argumentum reſponſum eſt in. 5. concluſione, cur corpus mobile non ponatur ſubiectum phyſice. At vero primã probationem in contrarium aſſumunt. Scotiſte in fauorem concluſionis. Probant inquam, ens mobile, eſſe ſubiectum phyſice, potius quã, corpus mobile, eo ꝙ phyſica (inquiũt) tractat de intelligentijs, que ſunt quidem entia mobilia, non tamen ſunt corpora. Ratio tamen vtranq; premiſſam habet falſam. Eñ vero intelligentie non ſunt entia mobilia motu phyſico: cũ motus phyſicus mẽſuretur loco et tempore, a quibus tamẽ angelus, cum ſit incorporeus non depẽdet. Sed mouentur angeli motu diſcreto independenter a loco: poteſt enim eſſe hic ꝛ immediate poſt hoc in loco diſtanti ſine tranſitu per mediũ: qđ alterius eſt negotij diſputare. Qui quidẽ motus non eſt phyſicꝰ. Nec intelligẽtie ſunt mobiles alio genere motus phyſici. Quãobrem falſum etiã eſt ꝙ phyſica tractet per ſe de intelligentijs, ſed tota eius conſideratio terminat ad animã, que eſt actus corporis, vt. 2. phyſi. videbimꝰ: ꝙ ſi tractet phyſica de intelligẽtijs, nõ eſt per ſe, qꝛ ſunt mobiles, ſed ad explicandũ naturã mobiliũ celorũ quorũ ipſe ſunt mõtrices. Qua rõne tractat etiã. 8. phy. de primo motore. ¶ Igitur ad argm̃ negat ſequela .ſ. ꝙ ſi, ens mobile, ſit ſubiectũ phyſice, tunc phyſica tractet per ſe de intelligẽtijs: nam quãuis ſint entia, nõ tamẽ ſunt entia phyſice mobilia. ¶ Ad ſecundã probationẽ, quidquid ſit de ratione corporis, an illa ſit fundamentũ ꝛ ratio, vt res ſit mobilis: tamẽ nõ eſt hoc ita manifeſtũ ſub ratione corporis, quin aliqua manifeſtatione indigeat: ꝛ ideo ponit, ens mobile, ſubiectum cum per ſe ſit manifeſtiſſimũ omne mobile eſſe ens. Ad Comenta, vero reſpondetur ꝙ dicit, res ſenſibiles eſſe ſubiectum nõ ſolicitus de ratione formali ſubiecti, ſed qꝛ in rei veritate ſole res ſenſibiles ſunt entia mobilia. ¶ Ad tertiã probationẽ cõceditur ꝙ tota phyſica nõ tractat, niſi de corporibus: nõ tamen inde ſequitur ꝙ ratio corporis ſit manifeſtiſſima ratio mobilis, ſed id ſolum ꝙ nullũ eſt ens mobile, niſi ſit corpꝰ. ¶ Sequitur in textu caput primũ. Hoc eñ vt in prologo Cõmẽtorũ admonuimus, obſeruandũ eſt: nẽpe in cuiuſq; q̃õnis fine fiat ad cõmenta remiſſio.

¶ Tex.



Tex. I. Manifeſtum eſt.

## Quæſtio ſecunda.

VTRVM MODI PROCEdendi: quos Ariſto. proponit à principijs ad compoſita & ab vniuerſalibus ad particularia: ſint commodi.

ARguitur primo aduerſus partem affirmatiuã. Concluſiones due Ariſtotelis ſibi ipſe repugnant: ergo altera earum eſt falſa. Probatur antecedens. Principia rei ſunt notiora nature, nobis vero minus nota, vt patet pⁱmo authoritate Cõmenta. coment. 3. ꝛ ſecũdo, authoritate Ariſt. tex. 4. vbi ait totum notius nobis eſſe quã partes: et tertio experiẽtia, qꝛ ſenſui prius ſeſe offert totum quã partes: nature vero, ſimpliciora ſunt notiora: quia a ſimplicibus principijs procedit ad cõpoſita, ſed in ſecunda concluſione aſſerit Ariſt. a notioribus nobis, nature vero minus notis, incipiendum eſſe: ergo nõ eſt inchoãdum in phyſica a cognitione principiorũ, vt aſſerit prima cõcluſio. ¶ Et cõfirmatur argm̃. Si incipiendum eſſet a cognitione principiorũ, id maxime eſſet (vt dictum eſt in expoſitione primi tex.) vt ſeruemus nature ordinẽ, ſane que a principijs ad cõpoſita procedit in rerum productione: ſed hoc non ergo. Probatur minor: quia ordo cognitionis cõtrarius eſt ordini productionis. Quod enim eſt primũ in cognitione, eſt vltimũm in productione, vt. 2. phyſ. videbimus: artifex namq; prius proponit facere domũ, licet in operatione a fundamentis incipiat: ꝛ ideo. xj. meta. cap. ſ. docetur ꝙ finis eſt primũ mouens. ¶ Secũdo principaliter argu. Si a cognitione principiorũ eſſet inchoandũ, id eſſet preſertim qꝛ cognitio totius pendet ex cognitione principiorũ, elementorꝝ, et cauſarum, vt Ariſt. probat: ſed hec ratio aſſumit falſum: ergo ꝛ concluſio eſt falſa. Probat minor. Si illa eſſet vera, ſequeretur ꝙ nulla res naturalis eſſet naturaliter cognoſcibilis: qđ eſt falſum, nam cum res naturales create ſint finite entitatis, ꝛ ens ſit obiectum intellectus, omnes ſunt a potentia finita, ꝛ per cõſequẽs naturaliter cognoſcibiles. Sequela tamẽ probatur. Quecunq; res habet infinitas partes quãtitatiuas, ꝛ homo (in via Ariſtotelis) dependet ab infinitis hominibꝰ ſcilicet a patre, auo, proauo, ꝛ ſic in infinitũ: infinita autem non poſſunt naturaliter cognoſci: ergo. Quod ſi dicas illa eſſe infinita principia per accidẽs: quorũ proinde cognitio nõ eſt neceſſaria ad cognitionẽ rei, arguit aliter. De hoĩe ꝛ de quacũq; re dicunt infinita ꝑdicata eſſentialia: nã inter quecũq; duo predicata põt aſſignari perfectio media, vt. a. que ſit imperfectior q̃ȝ natura hominis, et perfectior q̃ȝ natura animalis, et. b. mediũ inter. a. et animal. Item poſſunt multiplicari infinite paſſiões ꝛ ꝓprietates, ꝛ ſunt infinita alia accidentia, et effectus que poſſunt conuenire homini: que omnia requiruntur ad perfectã rei cognitionẽ: q̃ tñ cum ſint infinita, non poſſint cognoſci. Et id maxime patet de fine hominis, qui eſt cauſa per ſe ipſius, tamen non poteſt naturaliter cognoſci: cum conſiſtat in aliquo ſupra naturali, puta in viſiõe dei. Immo vero cũ deus ꝛ intelligentie, ꝛ ſol, ꝛ orbes celeſtes, omnes ſint horum inferiorum per ſe cauſa: ſequitur ꝙ nulla creatura harum inferiorũ poſſet cognoſci, quin cognoſceretur natura dei et omniũ celorum et ſupra celeſtium, et per conſequens nulla poſſet eſſe ſcientia rerum naturalium, vt dicebat Heraclitus. ¶ Et confir. Sequeretur ꝙ ſcientie mathematice, quas Ariſto. vbiq; appellat ſciẽtias certiſſimas, non eſſent proprie ſcientie: nam vt diximus in expoſitione textus primi, non demõſtrãt niſi ſolum per cauſam formalem, que abſtrahũt a materia. et ſic per ſcientiam mathematicã non cognoſceretur perfecte natura trianguli, cũ non ſit cognitus quo ad omnes eius cauſas. ¶ Tertio principaliter arguitur contra ſecundam concluſionem. Cognitio noſtra incipit a ſenſu: ſed ſingularia ſunt ſenſibus propinquiora, quã vniuerſalia: ergo ſingularia ſunt nobis magis nota et ab illis inchoandum eſt: quod Ariſto. expreſſe aſſerit. 1. poſte. tex. 5. vñ. 1. de aĩa tex. 8. vniuerſale (inquit) aut nihil eſt aut poſterius eſt: ergo cum hic doceat ab vniuerſalibus incipiendum eſſe, non ſolum falſum, ſed contra ſe ipſe loquitur. ¶ Quarto principaliter argu. aduerſus eandem. Uniuerſalia ſunt nobis cognitu difficillima, eo ꝙ ſunt a noſtris ſenſibus remotiſſima, vt eſt ſententia. Ariſtote. 1. meta. capi. 2. ergo falſum eſt ꝙ vniuerſalia ſunt nobis notiora. ¶ Et confir. Si vniuerſalia eſſent nobis notiora, ſequeretur eadem ratione ꝙ quanto eſſent vniuerſaliora tanto eſſent notiora, et per conſequens conceptus entis omniũ vniuerſaliſſimus, eſſet primus quem de rebus conciperemus, conſequens eſt falſum: ergo et antecedens. Probatur minor. Uniuerſalia fiunt ab intellectu per abſtrationem a ſingularibus: ergo quanto ſunt propinquiora ſingularibus facilius abſtrahuntur, et quanto remotiora, difficilius. ¶ Quinto principaliter tandem argu. contra illam propoſitionem in tex. 2. ſ. ꝙ non ſunt eadem nobis nota et nature. Magis vniuerſalia ſunt nobis prius nota, vt dicit. 2. conclũ: ſed eadẽ ſunt etiam notiora nature: ergo eadem ſunt nobis notiora et nature. Probatur minor. Ea ſunt notiora nature (vt ait commẽtator) a quibus natura incipit operari, ideo ꝑncipia ſunt illi notiora, ſed natura incipit operari ab vniuerſalibus: prius enim embrio viuit vita plãte, mox vita animalis, et tandem vita hominis vt habetur. 2. de gene. animali. cap. 3. ergo animal notius eſt natura quã homo, ſicut ꝛ nobis. ¶ Et confir. Color notior eſt nobis quã ſpecies viſibiles, que producũtur per medium, cum ſpecies ipſe non ſentiãtur, licet ſint inſtrumẽta quibus colorem ſentimus, et idem color etiam eſt notior nature quam ſpecies, cũ color ſit cauſa ſpecierũ ergo. ¶ Et cõfir. 2. In mathematicis eadem ſunt nobis et nature notiora, vt. 1. poſt. q. 2. adnotauimus: nam principia illa, a quolibet puncto in quodlibet punctũ lineam ducere, ꝛ ſuper quãlibet lineam triangulum conſtituere, ſicut ſunt notiora nature cõcluſionibus inde illatis, quia ſunt cauſa illarũ, ita et ſunt nobis notiora, quia ſunt ſimpliciora ꝛ ſenſibus magis manifeſta: ꝙ nõ eſt vniuerſaliter cõcluſio vera, ſcilicet ꝙ q̃ ſunt nature notiora ſunt nobis minus nota. ¶ In cõtrariũ eſt authoritas.

Ariſt.

Ariſto. qui tex. 1. ſtatuit primum ordinem a principijs ad compoſita, ⁊ tex. 4. ſecūdum ab vniuerſalioribus ad minus vniuerſalia.

¶ De hac quæſtione multimulta dicunt, etiam ex doctoribus ſchole. S. Thom. que vera forſan eſſe poſſunt, nobis tamen, preter ꝙ ꝙ ſunt prolixa, ⁊ pluſquā metaphyſica: ad rem parum pertinere videntur. Quod ergo ad mentem Ariſtote. ⁊ veritatem exponendam ſatis eſt, ſex concluſionibus ſubijciam. ¶ Supponendum eſt in primis ex textus expoſitione ꝙ Ariſto. in. 1. capit. primi libri, non loquitur de principijs aut cauſis ſecunde intentionaliter ⁊ poſterioriſtice, quales ſunt premiſſe reſpectu concluſionis (hoc enim alterius eſt negocij) ſed ſolū loquitur de obiecto ſcientie ⁊ eius principijs a quibus realiter depēdet. Nec loquitur de vniuerſalibus aut particularibus ꝓpoſitionibus, vt in li. perhier. ſed ſolum de cognitionibus quibus res confuſſe magis, aut diſtincte cognoſcuntur. Intendit eñ vt illic dicebamus, ſtatuere duos ordines quib⁹

Duo ordines doctrine.

tradenda eſt doctrina de aliqua re. Primus ſpectat ad res de quibus eſt ſcientia: vt. ſ. cognitio incipiat a conſideratione principiorū rei de qua traditur ſcientia: ſecundus vero ſpectat ad ordinē cognitionū: vt videlicet qui doctrinā tradit, incipiat prius per noticias magis vniuerſales ⁊ confuſas. Quamobrem duo erūt articuli in hac q. Primus erit de primo ordine: qui habebit tres concluſiones, ⁊ ſecundus de ſecundo, qui habebit item tres. ¶ Hoc ſuppoſito incipiendum eſt a materia quarti ⁊ ſequentiū argumentorum, quibus petitur que ſint nobis notiora, ⁊ que ſint notiora nature: vnde tota materia pendet. Et prius

Notiora nãe, quatuor modis.

de notioribus nature Paulus venetus ⁊ fere expoſitores reſpondent aliquid eſſe notius nature quadrupliciter. Uno modo illud eſt notius nature quod ſecundū naturā eſt magis cognoſcibile: et ſic perfectiora ſunt notiora nature. Et hoc modo ait Ariſto. 2. meta. text. 1. ꝙ ſicut veſpertilionū oculi ad lumen diei, ita et intellectus anime noſtre ſe habet ad manifeſtiſſima nature. Secūdo modo illud eſt notius nature, quod eſt principaliter intentum a natura. Et hoc modo ſpecies eſt notior ꝙ genus: quia natura nō intendit animal producere niſi intendendo aliquam certam ſpeciem. Tertio modo eſt notius nature illud quod poteſt cognoſci ſine alio. Queadmodū ait Ariſt. 5. meta. tex. 16. illa eſſe priora que poſſunt eſſe ſine alijs ⁊ non ecōuerſo. vt principia poſſunt intelligi ſine compoſito et genus ſine ſpecie. Quarto modo illa dicuntur prius natura, a quibus natura incipit operari. Et hoc modo ait hic Comēta. tex. 3. ꝙ principia ſunt notiora nature ꝙ cōpoſitū et minus nota nobis. ¶ Iſti vero modi quāuis lucide ſint collecti, tamē videntur ad libitum multiplicati: nam certe nihil aliud eſt magis notum eſſe nature, ꝙ eſſe notius ſecundum naturam, vt nomē ipſum pre ſe fert. Atqui id quod eſt notius ſecundum naturam, eo modo quo eſt notius, eſt prius intentum a natura: priuſꝫ cognoſcibile. Et preterea quia tertius ⁊ quartus modus videntur in idem incidere. ¶ Quo circa aliter mihi videor hec omnia que propoſita ſunt intelligere.

Prima cōcluſio.

Unde prima concluſio ſit hec generalis. Aliquid eſſe notius nature nihil aliud eſt quā ꝙ ſecundū naturam ſuam ſit magis ⁊ prius cognoſcibile: ſicuti aliquid eſſe nobis noti⁹, nihil aliud eſt quā ꝙ ſecundum noſtram naturā ſit nobis magis et prius notum. Hanc concluſionē nomina ipſa notiorē faciunt, quā vt pluribus teſtibus indigeat. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ cum dicitur, aliquid notius nature, non opus eſt querere que ſit illa natura que res magis aut minus cognoſcit. Aiunt enim nōnulli aliquid eſſe notius nature. i. deo qui perfectiora magis cognoſcit. Hoc tamen eſt falſum: nam preterꝙ ꝙ deus vniuerſa equaliter cognoſcit per ſuam eſſentiam, tamen licet per impoſſibile ab eo res nō cognoſcerentur, nihilominus eſſent cognoſcibiles ſecundum naturam. ¶ Paulus ⁊ alij ex Comentatore hic commen. 3. eliciunt hunc modum loquendi conditionalem, videlicet id eſſe noti⁹ nature, quod ſi natura cognoſceret prius cognoſceret. Sed neꝫ hoc plene ſatiſfacit: tum quia antecedens eſt impoſſibile: tum quia per modum intrinſicum, ſi per impoſſibile ignis cognoſceret, tunc aut cognoſceret ſicut brutum, ⁊ tunc non cognoſceret vniuerſalia: aut cognoſceret ſicut nos, ⁊ tunc eadē eſſent notiora illi ⁊ nobis: nam ſicut angelus non poſſet cognoſcere: ſiquidem eſt materialis. ¶ Igitur quando dicitur aliquid eſſe notius aut minus notū nature. i. ſecundum naturam, non intelligitur aliqua cognitio actiue. i. ꝙ aliqua potentia que eſt natura, magis aut minus cognoſcat illam rem: ſed ſolum intelligitur cognoſcibilitas paſſiua: vt illud dicatur notius nature, cuius natura de ſe habet plus cognoſcibilitatis. ¶ Quod ſi queratur quid eſt rem plus cognoſcibilitatis habere.

Cognoſcibilitas.

Reſpondetur ꝙ cum ens ſit obiectum intellect⁹ vt colligitur ex. 9. meta. tex. 22. vbi ait Ariſto. ꝙ nihil cognoſcitur, niſi in quantum participat rationem entis ſit, vt illa res habeat plus cognoſcibilitatis, que plus habet entitatis. i. actualitatis et perfectionis. Unde illa que ſunt a materia abſtracta ſunt perfectiora ⁊ ſecundū naturā magis cognoſcibilia quā materialia. Obidꝫ de⁹ eſt ſuapte natura ſumme cognoſcibilis: quia eſt lumē ipſum intellectuale et veritas per eſſentiam. Mox intelligentie iuxta ordinem et gradū ſuarū perfectionum. Deinde anima rationalis. At qui inter materialia homo forſam ratione anime eſt magis intelligibilis: deinde alia viuētia, aut forſan celi: nō enim mō determinamus an omne viuens ſit celo ſimpliciter perfectius. ¶ At vero in compoſitis totum ſimpliciter eſt perfectius ſecundum naturā quā partes: ſed quia cetera non ſunt paria, partes q: ſunt ſimpliciora ſunt prius et magis cognoſcibilia cognitione diſtincta, vt iam nunc dicere pergimus. Quapropter cū Ari. ait. 2. meta. illa que ſunt notoria, natura eſſe minus nota ſecūdum noſtram naturam, intelligit tam de intelligentijs a materia ſeparatis, quam de alijs rerum cauſis Cuius profecto accommodatiſſimum ſubiecit exemplū. At enim ſol inter ſenſibilia propter vehementiam luminis eſt ſecundum ſuam naturam ſumme ſenſibilis, tamē natura veſpertilionis eſt in cauſa vt ꝓpter oculorum imbecilitatem non habeat proportionem ad ſolem: eodē modo natura intellectus noſtri eſt in cauſa, vt non habeat proportionem ad ea que ſcdm naturam ſunt maxime cognoſcibilia.

¶ Sed



Noticia cōfu, ⁊ diſtincta.

¶ Sed tamē vt hanc generalem concluſionē ad particularia applicemus notandum eſt duplicē eſſe notitiā rei, aliam cōfuſſam. aliam vero diſtinctam. Noticia confuſſa eſt notitia qua cognoſcimus totū ſimul nō cognoſcēdo ſeorſum partes: qualis eſt notitia que exprimit per nomen, vt homo, equus, animal ⁊c. Alia eſt noticia diſtincta, qua. ſ. cognoſcimus totum cognoſcendo ſeorſum partes: qualis eſt illa que exprimitur per diffinitionē explicantē cōpoſitionē rei, ſiue phyſicam, ſiue metaphyſicam, vt cū cognoſco materiā ⁊ formam vel genus et differentiam ex quibus ſpecies cōſtat. At inter noticias confuſas illa que vniuerſalior eſt, eſt magis confuſſa: vt animal, ꝙ homo: ⁊ corpus, ꝙ animal ⁊c. Unde quia noticia cōfuſſa eſt notitia totius, ⁊ diſtincta, eſt noticia partiū, dupliciter dicitur aliqua noticia confuſſa, ſicut duplex eſt totum. Eſt

Duplex totum.

vnum totū actuale. i. quod actu cōtinet in ſe partes, vt homo reſpectu materie ⁊ forme: ⁊ ſpecies reſpectu generis ⁊ differētie: ex quib⁹ metaphyſice cōponitur. Et hoc dicitur ſimpliciter totum. Aliud eſt totū potētiale reſpectu partium, quas tm̄ continet in potentia: vt genus dicitur totum reſpectu ſpecierum: quas non actu ſed potentia continet. Et hoc non dicitur totū ſimpliciter: ſed ſecundū quid: queadmodum dixit Porphirius in cap. de differentia ꝙ vniuerſale totū quodam. i. quodā modo totum eſt: quod antiqui appellabant totū in modo. ¶ Caietanus in prologo de ente ⁊ eſſentia hac ratiōe diſtinguit duas noticias cōfuſſas, ⁊ duas diſtinctas, in confuſſam ſpeciei, que opponitur diſtincte diffinitionis, quā appellat confuſſam totius diffinibilis, ⁊ cōfuſſam generis reſpectu ſpecierum quā appellat cōfuſſam totius diuiſibilis. Super quam diſtinctionē longam conſtruit diſputationē. At vero quāuis hoc verum ſit, perſpicatior tamē erit forte ſermo ſine tot diſtinctionibus. Satis enim eſt dicere, ꝙ inter confuſſas, illa que eſt magis vniuerſalis, eſt magis cōfuſſa. Ut cōfuſſa noticia dicatur dupliciter, aut quia inadequate ⁊ tanꝙ genus ſignificat ſpecies, vt animal ſignificat hominē ⁊ equū: cui opponitur diſtincta: ſic dicta, quia adequate ſignificat, vt ly homo, adequate ſignificat hominē et ly, equus, equum: ⁊ alio modo dicatur cōfuſſa, quia eſt nomē ſpeciei cōfuſſe ſignificans partes diffinitionis: cui opponitur diſtincta noticia diffinitionis. Itaꝫ, homo, reſpectu ſue diffinitiōis eſt cōfuſſa: ſed reſpectu generis animalis eſt diſtincta.

Scda concluſio.

¶ Hoc ſuppoſito ſit ſcda concluſio huius articuli. Cognitiōe cōfuſſa totū eſt notius et pri⁹ notū ſuis partibus, tam nature, ꝙ nobis. Quod nobis totū ſit notius, aſſerit Ariſt. in primo exemplo tex. 4. nā videntibus rem aliquā a longinquo prius ſenſui ſeſe offert totū ꝙ partes. Et ratio eſt quia obiecta ſenſus ſunt accidētia: que per ſe primo conueniūt toti cōpoſito, ⁊ per cōſequens ſecundū noſtrā naturā totū eſt nobis notius. Qd aūt ſit notius nature, probat: q: id eſt notius nature qd eſt prius intentū a natura: ſed natura primo intendit producere totū ꝙ partes: ergo totū eſt prius notius nature cognitione cōfuſſa. Minorem expreſſe cōfirmat Ariſt. 2. phy. tex. 75. ⁊ infra vbi ait ꝙ ſicut artifex primo cognoſcit finem quē intendit puta domū, et deinde inquirit media que ordinat in ipſum, ita facit natura. Unde ſicut in his q̄ intellectu operātur finis eſt prius cognitus cognitione cōfuſſa, ita ⁊ ſecundū ſuam naturā totū eſt prius notū ꝙ partes.

Tertia cōcluſio.

¶ Tertia cōcluſio. Cognitiōe diſtincta ptes ſunt notiores toto, tam nobis, ꝙ nature. Probatur q: cognitio diſtincta totius, vt paulo ante dicebamus, eſt cognitio qua cognoſcimus totū reſoluēdo illud in ſuas partes: ergo cognitio diſtincta totius depēdet ex cognitione partium. Et de hac notitia diſtincta intelligendus eſt Cōmentator quando dicit principia eſſe notiora nature, ꝙ compoſitum Sed in hoc videtur deffeciſſe: nempe ꝙ dixerit eadem principia eſſe nobis minus nota: cū profecto ſicut cognitione confuſſa totum eſt prius notum et nature et nobis, ita cognitione diſtincta principia ſunt prius ⁊ magis nota nobis atꝫ nature. Licet enim cognitione confuſſa a toto procedamus ad partes, tamen in cognitione diſtincta ex cognitione partium reuertimur ad cognitionem totius. Quare de ordine cognoſcendi totum ⁊ partes, nulla eſt differentia inter nos ⁊ naturam.

Prima propoſitio Ariſto.

¶ Hinc ſequitur prima propoſitio Ariſtotelis, que eſt premiſſa prime concluſionis. Scientia totius dependet ex cognitionibus principiorum, cauſarum, ⁊ elementorum. Probatur, nam ſciētia eſt diſtincta rei cognitio: ſed diſtincta cognitio totius dependet ex diſtinctis cognitionibus principiorum ⁊ cauſarum: ergo. ¶ Hanc concluſionem tanꝙ cōmunem animi cōceptionem probauit Ariſto. 1. poſte. tex. 5. ex cōmuni conſenſu omniū tam vere ſcientiū ꝙ eorum qui aliquid ſcire ſe putant: omnes eñ conſentiūt ꝙ tunc aliqua res ſcitur. cū cauſe cognoſcunt. Et ratio colligitur ex illo. 2. meta. tex. 4. ꝙ rei veritas, que eſt obiectum intellectus, ſummit ſecundū eſſe ipſius rei: ⁊ q: eſſe rei nō eſt aliud ꝙ quod habet ex ſuis cauſis, fit vt cognitio ſcientifica rei ex cognitiōe principiorū eius proficiſcatur. ¶ Ex his tandem colligit primus ordo tradēdi doctrinā alicui⁹ rei expreſſus in prima cōcluſione principali Ariſto. vt. ſ. ab eius principijs ſumatur exordium.

Ad. 1. principale.

¶ Unde ad primū argumentum principale diſtinguitur antecedens, videlicet ꝙ principia rei ſint notiora nature. Si eñ intelligatur de cognitione diſtincta, cōceditur: ſed negatur tūc ꝙ iſto modo ſint nobis minus nota. Nec Ariſt. nec Cōmentat. nec experientia docet, niſi ꝙ totū eſt nobis notius cognitione cōfuſſa: qua etiam ſecundū naturā eſt notius, vt probatū eſt. Et quia ordo tractandi de re eſt ſecundū cognitiōes diſtinctas, incipiendū eſt a principijs. Neꝫ huic repugnat. 2. conclu. in qua ſolum habetur ꝙ in ordine cognitionum incipiamus a confuſſioribus ⁊ magis vniuerſalibus: que, vt videbimus articulo ſequenti, ſunt nobis notiora, et minus nota nature.

Ad cōfir.

¶ Ad confirmationem facilis eſt per ea que dicta ſunt ſolutio. Concedimus nanꝫ rationem incipiendi a principijs eſſe quia natura inde incipit operari: et quando ſubſumitur quod ordo cognitionis eſt contrarius operationi, diſtinguitur: ordo nanꝫ cognitionis cōfuſe cōtrarius eſt ordini compoſitionis: nam artifex prius confuſſe et abſtractiue cognoſcit domum, cuius ideam format in mente, quam tamen domū vltimo in re facit, veruntamen ordo

cognit

hec pro[illegible] adhuc non directe probat eſſe prius notum. Sed prius in ſenſum.

cognitiõis diſtincte ſequit̃ ordinẽ cõpoſitionis. Prius nãq; diſtincte ⁊ intuitiue artifex cognoſcit lapides quos manu tenet ad cõficiẽdũ parietẽ, quã parietem ipſum, ⁊ prius parietem intuitiue quã totam domum. Et ita in naturalibus cognitione diſtincta principia ſunt ſecundum naturã prius ⁊ magis cognoſcibilia quã totum. ¶ Ad ſecundum principale illic reſponſum eſt ꝙ cognitio cauſarum ⁊ principiorum per accidens, que multiplicatur ratione materie, aut indiuiduorum (vt ſunt partes continui, aut parentes omnes a quibus homo deſcendit) non eſt neceſſaria ad cognitionẽ rei. Et eadẽ rõne nec requirit̃ cognitio omnium accidentium cõium, ſed ſatis eſt cognoſcere potentiam paſſiuam recipiendi illa. Neq; requiritur cognitio omniũ effectuum: ſed ſatis eſt cognoſcere potentiã actiuã. ¶ Ad aliud vero de predicatis quiditatiuis, in primis negatur ꝙ de homine ſint dicibilia infinita quiditatiua predicata (quod in predicabilibus queſtione de ſpecie ſatis vt credo monſtrauimus) nõ enim de homine ſunt plura predicata eſſentialia, quã vſq; ad generaliſſimũ ſubſtantie, vel vſq; ad ens. Et ꝗuis animal. v.g. forſan diuidatur in alia genera ſubalterna, vt in canem ⁊ pecus, que ſub ſe habent alias ſpecies, non tamẽ inde ſequitur ꝙ inter quaſcunq; duas ſpecies ſit dabilis conceptus medius, qui conſtituat nouam ſpeciem, immo in hoc Ari.10.meta.tex.8.cõparat ſpecies numeris, ꝙ ꝗuis quinarius in infinitum excedat quaternarium, ad hunc ſenſum, ꝙ nunq; perfecto quaternarij poteſt attingere ad perfectionẽ quinarij, nihilominus inter quaternariũ et quinarium non eſt dabilis medius numerus: ita in ſpeciebus licet ad hunc ſenſum in infinitum diſtent, vt nulla poſſit attingere perfectionẽ alterius, nihilominus poſſunt eſſe due ita immediate, vt inter illas nõ poſſit eſſe medium predicatu eſſentiale. Quocirca.8.meta.tex.10.ait ꝙ reſolutio diffinitionis nõ procedit in infinitum. Et eadem ratione nec ſunt infinite paſſiones eſſentiales alicuius ſpeciei.

[Creatura eſt cõprehẽſibilis.]

¶ Unde negatur creaturam nõ poſſe cõprehendi ab alia creatura. Quinimo profecto non dubito quin angelus naturaliter poſſit cõprehendere totam quiditatẽ cuiuſcũq; inferioris creature. Nam cõprehẽdere aliquã rem nihil aliud eſt, ꝗ illam cognoſcere quantũ illa ſecundũ naturam ſuam eſt cognoſcibilis, vt ly cognoſcibile dicat potentiam paſſiuam in re ipſa, ⁊ cum omnis creatura ſit finite perfectiõis et entitatis, habet finitum cognoſcibilitatis paſſiue: ⁊ ideo nihil repugnat quominus a potẽtia finita cõprehendatur. ¶ Dixerim, vt cognoſcibile dicat potentiam paſſiuam eo ꝙ Ocham in.4.q.13. quem fere iuniores imitantur, opinatur nihil comprehendi, niſi cognoſcatur ſumma noticia qua cognoſci poteſt: ⁊ quia quecunq; creatura poteſt adeo cognoſci infinita noticia, infert nullam creaturam eſſe comprehenſibilem, nec a ſummo angelo: quippe qui non poteſt creturam cognoſcere ſumma noticia qua creatura eſt cognoſcibilis. ¶ Attamen iſti profecto tam incomprehenſibilem faciunt creaturam, ꝗ deum: cum tamẽ Hiere.capi.32.de deo ſpecialiter dicat ꝙ eſt magnus conſilio et incomprehenſibilis cogita. Et preterea qui creaturam dicit eſſe incõprehenſibilem niſi a deo, preterq; ꝙ male loquitur in fide, non reſpicit naturam comprehenſionis, que eſt vt tantum cognoſcatur quantum eſt paſſiue ſecundũ ſuam naturam cognoſcibilis, ⁊ nõ quantum eſt cognoſcibilis a tali vel tali cognoſcente. Quantumcunq; enim deus infinita noticia cognoſcat creaturam, non vetat quo minus angelus cognoſcẽs formicam quantum ipſa eſt cognoſcibilis, ſimpliciter comprehendat illam: ſicuti qui paruam habet manũ ſimpliciter comprehendit lapillum paruum, non obſtante ꝙ qui maiorem haberet manum, melius comprehenderet. Et ideo deus a ſe ſolo eſt cõprehenſibilis: quia ſicuti paſſiue eſt infinite cognoſcibilis, ita eſt infinite cognoſcitiuus: vtrunq; enim habet rõne infinite eſſentie. Unde Ari. infra tex.35. ait ꝙ infinitũ eo ꝙ infinitũ, non eſt cognoſcibile.i. cõprehenſibile: inſinuans id qđ eſt finitũ poſſe quidem a nobis comprehendi. ¶ Dixerim tamen ꝙ angelus ⁊c. quia forſam homo pro iſto ſtatu nullam creaturam cognoſcit quantum eſt cognoſcibilis: q2. v.g. nõ cognoſcimus omnia genera ſubalterna vſq; ad immediata genera ſpecierũ, neq; in ſubſtantijs neq; in accidẽtibus: atq; adeo nec vltimas differentias, neq; omnes proprias paſſiões. Cuius cauſa eſt materialitas corporis cui ſubmergitur anima. De anima ſeparata alia erit ratio, que non eſt loci preſentis. ¶ Hoc tamen nõ obſtãte nõ eſt phyloſophis adeo anguſte loquẽdum de ſcientia, quo minus concedatur veram et propriam ſcientiã phyſicã nobis eſſe poſſibilẽ.

[Scientia humana.]

Satis enim eſt ꝙ habeamus rerũ ſcientias humano modo. Queadmodũ in operabilibus ait Ariſto.1.ethi. homines eſſe beatos non vt deum vel angelos: ſed vt homines. Ad quod ſatis eſt cognoſcere naturã materie ⁊ forme, cauſam agẽtem ⁊ finalem in naturalibus, atq; adeo ſcire naturam paſſionum quas in rebus experimur. Ita nãq; ⁊ Ariſto. ⁊ phyloſophi loquũtur: et ſubinde nobis loquendum eſt. ¶ Neq; opus eſt ad cognoſcẽdum naturam hominis cognoſcere finẽ eius ſupranaturalem, neq; deum quantum ad ea que naturaliter non ſunt cognoſcibilia, ſed ſatis eſt cognoſcere deũ ⁊ orbes celeſtes: quatenus ſunt horum cauſa inferiorum quemadmodũ hec Ariſto. nouit. ¶ Ad confirmationẽ negatur ꝙ ea que cognoſcuntur ſcientijs mathematicis non ſint vere ſcita. Etenim cũ Geometria. v.g. tractet de triãgulo quatenus abſtrahitur a materia, et per conſequens a fine ⁊ efficiente, ſatis ſcitur natura trianguli in quantum eſt abſtractus, ſi ſciãtur eius paſſiões quas Geometria de eo demoſtrat.

[Arti. ſcđs.]

## ¶ Secundus articulus eſt de ſecundo ordine ⁊ concluſione Ariſto.

[Uni. ⁊ ſingu. dupl'r.]

Ubi hoc primo notandum eſt, ꝙ tam vniuerſale ꝗ ſingulare dupliciter accipitur apud Ariſto. Enimuero.1.poſt tex.5. accipit ſingulare ſimpliciter pro indiuiduis, que ſunt ſenſuũ obiecta: ⁊ vniuerſale oppoſito modo pro eo quod abſtrahitur per operationem intellectus a ſingularibus: vt ſpecies cõprehendat et genera. Hic vero accipit ſingulare pro ſpeciebus ſpecialiſſimus, que dicuntur ſingularia inter obiecta ſcientiarum, propterea ꝙ in illis terminatur ſcientia: quippe cum non deſcendãt ad indiuidua, vt i cap. de ſpecie ex Platone refert Prophi. in ſpecialiſſimis eſſe quieſcendum. Et vniuerſale accipitur pro genere quod in

potentia



potentia ⁊ confuſſe continet ſub ſe ſpecies. Et reſpectiue inferius genus ſubalternum, dicit̃ etiã ſingulare reſpectu ſuperioris. ¶ Eſt ergo quarta concluſio huius.q. et prima huius articuli.

[Quarta cõcluſio.]

Loquẽdo de vniuerſali ⁊ ſingulari primo modo, ſingulare eſt prius cognoſcibile nobis ꝗ vniuerſale. Hanc concluſionem expreſſe Ariſtote. aſſerit loco citato. Cuius ratio eſt: quia cognitio noſtra incipit a ſenſu: et ſingularia obijciuntur ſenſui, ⁊ inde per abſtractionẽ intellectus cognoſcit vniuerſalia. Non eſt hic locus diſputandi, an intellectus cognoſcat prius ſingularia ꝗ vniuerſalia, an vero prius cognoſcat vniuerſale, ⁊ poſtea per reflexionẽ ad phantaſma cognoſcat ſingulare. Eſt nãq; opinio Durã.2.ſen.d.3.q.7. ⁊ Gregorij li.1.d.3.q.3.ar.2. et fere recentiorum, ꝙ queadmodũ ſenſus: ita intellectus prius cognoſcit ſingularia, et deinde abſtrahit vniuerſalia. Alia eſt opinio contraria. S.Tho.1.p.q.85.et.86. et alibi frequentiſſime: ꝙ videlicet prius intellectus cognoſcit vniuerſale, ⁊ deinde per reflexionem ad phãtaſma ſingulare.

[...le prius cog. ab in...llectu.]

Que abſq; dubio videtur eſſe expreſſa ſententia Ariſtote.2.de anima text.60. vbi ait ꝙ ſenſus eſt ſingularium, ſcientia vniuerſalium: ſed expreſſius in.3.text.10.et.11. vbi ait ꝙ intellectus eſt vniuerſalium, ſenſus vero ſingularium: et.5.meta.text.16. vbi expreſſe ait vniuerſalia eſſe priora cognitione ſecũdum intellectũ, ſingularia vero ſecundum ſenſum. Et ratio naturalis eſt, quia cum intellectus ſit potentia paſſiua immaterialis, non poteſt pati niſi ab obiecto itidem immateriali. Quocirca phãtaſma, quod eſt materiale, non poteſt immediate mouere intellectum, niſi negocio intellectus agentis abſtrahantur ſpecies immateriales (et per conſequẽs vniuerſales) que recepte in intellectu poſſibili ipſum immutent ad cognoſcendum. Atqui re vera ſi intellectus agens, quem expreſſe ponit Ariſto.3.de anima.text.17. admittitur, ad hoc potiſſimum officium a natura datus eſt, vt faciat obiectum intelligibile.

[Durand⁹]

¶ Unde Duran. inde ſumpſit anſam ſue opiniõis ꝙ negauit ĩtellectũ agẽtem. Arguit enim Obiectum et ratio obiecti debet precedere actum potentie: ergo obiectum intellectus precedit actum intellectionis: ſed nulla res precedit actum intellectus, niſi res ſingularis, quia quicquid eſt in rebus eſt ſingulare: ergo ſingulare primo intelligitur. Cui nos, concedentes obiectum precedere actum potẽtie reſpõdemus ꝙ ꝗuis nulla ſit res niſi ſingularis in eſſendo, tamen ante intellectionẽ precedit ſpecies intelligibilis producta per intellectũ agentem, que eſt vniuerſalis in repreſentando: quia in illa relucet ratio formalis obiecti. Obidq; cũ dicit̃ intellectus abſtrahere vniuerſale a ſingularibus nõ eſt intelligendũ de intellectu poſſibili, q̃ videlicet primum intelligat ſingulare, ⁊ inde abſtrahat vniuerſale: ſꝫ de intellectu agẽte q̃ abſtrahit ſpecies vniuerſales repreſentãtes rationẽ obiecti abſtractã a ſingularibus. Et de intellectu agẽte intelligitur verbũ Com.1.aĩa.comẽ.8. Intellectus eſt qui agit vniuerſalitatẽ in reb⁹. Qua de cauſa non requiritur ſenſus agens: nam cũ ſenſus ſit potentia paſſiua materialis, immediate patitur ab obiecto materiali. Quo fit vt cũ ſpecies que recipitur in intellectu ſit vniuerſalis, primo repreſente vniuerſaleꝫ, et per determinationẽ a phãtaſmate t ſingulari, repreſentet ſingulare. Nõ tamẽ requirit̃ proceſſus ſemper tẽporis perceptibilis: nã cũ a phãtaſmate ſingulari producũtur ſpecies vniuerſalis, ſine mora determinatur ſpecies ad repreſentandũ hoc ſingulare quod eſt repreſentare ſingulare ꝑ reflexionẽ intellectus ad phantaſma. Et ideo quã primũ vidimus ſingulare intellectus illud intelligit. At proprius locus hec diſputãdi erit in.3.de aĩa, loco citato. Neq; amplior faciẽda eſt hic de hoc diſputatio. ¶ Unũ tñ hoc adnotare ſupereſt: ſane ꝙ nõ dicim⁹ ſingulare magis ſimpl'r eſſe nobis cognoſcibile: nã ſimpliciter loquẽdo, qđ eſt magis cognoſcibile ſcđm intellectũ, eſt magis cognoſcibile. Tametſi ad ſenſum ſit magis cognoſcibile ſingulare.

[Ad tertiũ principa.]

Ex his tandẽ ſolutũ reſtat tertiũ argumentũ principale: cũ dictũ eſt aliter loqui Ariſt. in.1.poſt. ⁊ hic aliter de ſingulari ⁊ vniuerſali.

[Scotus.]

¶ Accipiendo ſingulare & vniuerſale ſcđo modo: vt ſit cõparatio inter ipſa vniuerſalia ſuperiora ⁊ inferiora eſt opinio Scoti.1.ſen.d.3. vbi, inter alias, ponit duas propoſitiões que ad preſens attinẽt negociũ. ¶ Prima eſt. Cognitione cõfuſſa prius cognoſcit ſpecies ſpecialiſſima ꝗ ſuperiora genera. Quo fit vt cõceptus entis ſit vltimus via gñationis. Quam ꝓbat tribus rõnibus. Primo vniuerſale cognoſcitur per abſtractionẽ a ſingularibus: ergo illud vniuerſale prius mouet quod eſt perfectius, et cuius ſingulare vehementius mouet: ſed ſpecies ſpecialiſſima inter vniuerſalia eſt perfectior, cum actu cõtineat ſuperiora genera: ergo prius mouet. Et ꝙ ſingulare, hic hõ, fortius moueat ꝗ, hoc aĩal, probat q2 eſt propinquius ſenſui, cũ magis accedat ad ſingulare determinatũ. ¶ Scđo q2 metaphyſica vt ait Auicena.1.meta.capit.3. eſt vltima in ordine doctrine: ergo ſubm̃ eius qđ eſt ens, poſtremo concipit̃ ab intellectu, ꝗ obiecta aliarum ſcientiarũ que ſunt minus vniuerſalia. ¶ Tertio quia ſi ab vlterioribus inciperet intellectus, prim⁹ cõceptus quẽ de rebus formaret eſſet ens, vnde tũc ſequeret̃ ꝙ oporteret cõſumere multũ tẽpus: anteq; cõciperet cõceptus ſpeciei ſpecialiſſime: qđ eſt cõtra experientiã. ¶ Scđa ei⁹ cõcluſio eſt. Cognitione diſtincta primus cõceptus eſt entis, et deinde deſcendit vſq; ad vltimã ſpẽm. Probr: q2 cognitio diſtincta ſpẽi dependet ex diſtinctis cognitionibus partiũ diffinitiõis: quare nõ pt̃ diſtincte cognoſci homo: quin prius diſtincte cognoſcat animal: neq; aĩal, quin ꝑus diſtincte cognoſcat corpus: ⁊ ita aſcendendo: ergo prius diſtincte debet cognoſci ens ꝗ ſubſtãtia, ⁊ ſubſtantia ꝗ corpus. ⁊c. ¶ Et poſſumus adiuuare opinionẽ Scoti: q2 ita nos mõſtrauimus de toto phyſico ⁊ eius partib⁹: nẽpe ꝙ prius cõfuſſe cognoſcit totũ ꝗ partes: ſed diſtincte prius partes ꝗ totũ: idẽ em̃ prorſus ipſe dicit de toto metaphyſico et partibus ei⁹. ſ. ꝙ cõfuſſe prius cognoſcit tota ſpecies, ſꝫ diſtincte prius cognoſcunt̃ ſuperiora gñra que ſunt partes ſpeciei.

[5. Conclu.]

¶ Nihilominus eſt quinta concluſio huius queſtionis, ⁊ ſecunda huius articuli. Cognitione confuſſa primo concipitur res ab intellectu conceptu entis, deinde per ordinem quanto conceptus eſt vniuerſalior tanto eſt prior intellectui. Imprimis eſt expreſſa ſententia Auicene.1.meta.capitu.5. quam. San.



Tho.

Tho.in principio ſtatim de ente et eſſentia ſumit pro fundamento, videlicet primū qd intellectus concipit de re eſt ens. Et profecto expreſſiſſime aſerit hic ab Ariſt. vbi ait ab vniuerſalioribus eſſe incipiendū, eo ꝙ ſunt nobis notiora. Et manifeſte id cōfirmat in tertio exēplo Ariſ. Intellectus eñ in cognitiōe vniuerſalium eo ordine ꝓcedit, quo ſenſus in cognitiōe ſingulariū: ſed ſenſus procedit a cognitionibꝰ vlioribus, nā paruuli incipiētes cognoſcere prius de rebus cognoſcunt eſſe entia quedā cōfuſſe, deinde eſſe hoīes, et poſtea eſſe patrē aut matrē, nō cognoſcēdo diſtincte que eſt rō entis aut rō hoīs: ⁊ vidētes a remotis aliqd ſingulare ꝑus cognoſcūt eſſe ens, mox per motū cognoſcunt eſſe aīal, deinde per figurā eſſe hoīem, poſtremo de facie cognoſcūt eſſe Petrū: ergo ita intellectꝰ ꝓcedit. ¶ Scdo argr rōne. S. Tho. 1. p. q. 85. ar. 3. vbi eandē aſſerit ꝯcluſionē. In oībus his q̄ reducunt de potētia in actū compertū eſt ea ꝓcedere ab imperfectiorībꝰ ad perfectiora, vt embrio prius viuit vita plāte quā vita aīalis. 2. de ge. aīali. c. 3. ⁊ hō prius eſt infans, poſtea adoleſcēs, ⁊ tandē auget in virū perfectū: ergo cū intellectꝰ ꝑ ſpecies rerū ꝓcedat de potētia ad actū, ꝓcedit ab imperfectiorībꝰ: ſed cognitiones vl'es ſunt minus ꝑfecte, qꝛ cōfuſſe magis attingūt naturas rerū: ergo intellectꝰ ab vliorībꝰ procedit. ¶ Tertio probr̄ cōcluſio. Primꝰ oīm cōceptuū, quos vna quelibet potētia format, eſt obiectī ſui adequati, vt primū qd ſenſus videt eſt color, ⁊ ꝑ colorē videt aut veſtē aut arborē, ⁊ primū qd auditꝰ audit eſt ſonus, ⁊ ꝑ ſonū audit cāpanā, aut tubā, aut muſicā: ſꝫ obiectū adequatū intellectus eſt ens, vt colligr̄ ex Ari. 9. meta. t. 22. ⁊ eſt cōmunis ſentētia oīum phōꝝ (quā nec Scotus ipſe negat) ergo primū qd intellectꝰ cōcipit eſt ens: ⁊ per ꝯñs q̄to ꝑdicata ſunt vniuerſaliora tāto ſūt priora in intellectu. ¶ Itaqꝫ, vt cōſonātia prime ⁊ ſcdē ꝯcluſionū huiꝰ articuli euidentiꝰ appareat, colligimꝰ ꝙ ſingularia in ſupponēdo, q̄ tñ ſūt ſingularia vaga, priora ſunt q̄ vniuerſalia in ſupponēdo: nā ꝑus ꝑ ſenſum cognoſcimꝰ hūc hoīem q̄ hoīem: ⁊ hoc aīal, q̄ aīal: et hoc ens q̄ ens. Et hoc eſt qd voluit Ari. 2. poſte. tex. 5. Sed tñ cōparādo vliora ad minꝰ vl'ia in ſignificādo, tā in intellectu q̄ in ſenſu precedūt noticie magis vniuerſales, vt prius in ſenſu eſt hoc ens q̄ hoc aīal, et prius hoc aīal q̄ hic hō. Et eadem rōne in intellectu prius eſt ens q̄ aīal et aīal q̄ hō. ¶ Ex quibus tandem colligr̄ ſcdus ordo doctrine expreſſus in ſcda cōcluſione ꝑncipali Ari. videlicet ꝙ ſm naturā noſtrā ab vliorībꝰ dēt in nobis incipere doctrina, cū innata ſit nobis via a notiorībꝰ nobis ꝓcedere. i. ab his q̄ primo occurrunt cognitioni nr̄e, ſiue ſenſitiue: ſiue intellectiue: ⁊ cōfuſſa magis. i. magis vniuerſalia primo occurrant tā ſenſui q̄ intellectui. Et hos ordines ſeruat hic, nam ſm priorē, prius tractat de materia ⁊ forma, q̄ de ente mobili. ſm poſteriorē prius in gñe querit an ſint aliqua ꝑncipia rerū naturaliū, et quot ſunt: deinde in particulari an ſint materia ⁊ forma. Et proportionabiliter. 1. Ethi. qꝛ finis in opabilibus eſt ſicut principiū in ſpeculabilibus, prius incipit tractare de vltimo fine, q̄ de virtutibus: atqꝫ adeo prius in gñe, ⁊ deinde in ꝑticulari. ¶ Cū dictū ſit ens eſſe primū cognitū ab intellectu, non intelligimus ens ſub hac vel illa cōditiōe. i. ens ſenſibile aut ens materiale: ſed cōfuſſe accipiendo ens pro vt quicūqꝫ latinus accipit. Qd eſt dicere, id qd eſt, vt dicat vnū conceptū formalē indifferentē ad materialia ⁊ immaterialia, ſubſtantiā ⁊ accidēs, deū ⁊ creaturas vt. q. 1. ſuper quartū cap. predicamentoꝝ expoſitū eſt. Hic eñ dicit̄ cōceptus cōfuſſus entis quē pueri primo concipiūt de rebus, ⁊ per ꝯñs quē primo format intellectus. ¶ Subijcit hic demū tertia cōcluſio huiꝰ articuli, q̄ ſit ſexta totiꝰ q̄ſtionis. Cognitiōe diſtincta, eodē mō incipit intellectꝰ ab vliorībus. Et in hoc couenimus cū Scoto ꝓpter eiꝰ rōne: qꝛ non poſſumus diſtincte cognoſcere hominē, quin diſtincte cognoſcamꝰ aīal: nec aīal, quin diſtincte cognoſcamus corpus. Itaqꝫ prius eſt totus ordo noticiarū cōfuſſarū a ſuperiorībus ad inferiora: deinde via reſolutionis reſoluimus hominē in animal rationāle, ⁊ animal in corpus ⁊ ſenſibile: et corpus in ſubſtantiā et corporeū. vt expreſſe ait Ariſ. 8. meta. tex. 10. Et hac de cā quoadūſqꝫ ſupremū diſticte cognoſcamꝰ, nō cognoſcimꝰ infimū.

Concor. conclu. — 6. Cōclu.

## ¶ Ad primum igitur argumentum Scoti negat̄ cōſequentia: nā q̄uis vniuerſale abſtrahatur a ſingularibus, eo mō quo expoſitū eſt in prima concluſione huius articuli, non ſubinde ſequit̄ ꝙ ſpecies vniuerſalis prius moueat ad cōceptū ſpeciei ſpecialiſſime.

Ad .1. ſco.

Immo cū ſit agēs naturale, et intellectꝰ pro iſto ſtatu ſit immerſus materie, nō ſtatim mouet ad ꝑfectiſſimū cōceptū quē ꝓducere pōt: ſed ꝓcedit ab imperfectiorībꝰ: quales ſunt cōceptꝰ magis vniuerſales. In angelo aūt, vbi non eſt ſpecies ſumpta a materialibꝰ, nō prius ꝓduceret vnū conceptū q̄ aliū. Nec forſan in aīa ſeparata. ¶ Ad ſecundū rñdetur ꝙ metaphyſica non eſt poſtrema ſcientiarum, eo ꝙ ens, quod eſt eius ſubiñ, vltimo cognoſcatur cognitione confuſſa: ſed quia tractat de ente, vt eſt commune ad res realiter ſeparatas a materia, quales ſunt intelligentie, que quidem ſunt a noſtro ſenſu remotiſſime: et ideo ſunt intellectu difficilime. Quam quidem rationē expreſſe dat Ariſtote. 1. meta. capit. 2. Obidqꝫ nihil obſtat obiecta aliarū ſcientiarum facilius cognoſci a nobis q̄ obiectum metaphyſice: quia cognitio. v. g. mathemathicarum aut moralium ſcientiarum, non dependet ex tali cognitione entis. ¶ Secundo poſſumus dicere ꝙ quāuis cognitione confuſſa prius cognoſcantur vniuerſalia tamen ad cognoſcendum diſtincte proprietates magis vniuerſalium debemus procedere per reſolutionem inferiorum ſpecierum in ſuperiora genera, vt modo dicebamus vſqꝫ ad ens, qꝛ particulares cauſe et paſſiones ſunt nobis notiores q̄ vniuerſales. Et hac de cauſa metaphyca eſt etiam poſtrema ſcientiarū. ¶ Ad tertiū argumentum reſpondetur ꝙ q̄uis conceptus entis ſit primus quem concipit intellectus, non tamen requiritur ſemper ſucceſſio temporis perceptibilis ad formandum conceptū ſpeciei, ſed ſolum, aut quando defectu etatis in puero, aut qñ propter longam diſtantiā loci, nō repreſentatur obiectum perfecte. At quando ego in debita diſtantia video hoīem, ſine mora tēporis cognoſco eſſe ens, ⁊ eſſe animal, ⁊ eſſe hoīem. Immo ſi aduerto adeſſe hominē prius formo iudicium ꝙ eſt hō, q̄ ꝙ eſt aīal, aut ens: nam cū illa ſpecies oēs illas rōnes

Ad ſcdm. — Ad tertiū.



rationes vniuerſales repreſentet, ſequit̄ vt quādo eſt debite applicata, poſſet quēcunqꝫ conceptū primū ꝓducere. Quin etiā vt rñdebamꝰ Durando ſi intellectus aduertat ad Petrū, prius iudicabit eſſe Petrū, q̄ eſſe hoīem. ¶ Ad nr̄m argm̄ qd fecimus in gratiā Scoti, rñdet̄ ꝙ latet ſubtus fallacia: nā cū cōparamus totū phyſicū ad ſuas partes, cōparamus rem ad rem: ⁊ ideo cū totum prius obijciatur intellectui q̄ partes, cognoſcit̄ prius totū q̄ pars. Sed cū cōparamus noticiam ſpeciei aut minus vniuerſalis ad noticiā aīalis aut entis, nō cōparamus niſi noticiā ad noticiā: et ideo nō ſequit̄ ꝙ prius cognoſcamus ſpeciē q̄ genus, quatenus cōfuſſe ⁊ in potētia cōtinet ſpecies. Si tñ genus cōparet̄ ad ſpēm tanq̄ pars diffinitionis ad totū diffinitū, iā dictū eſt in text. 4. in expoſitione, ſcdi exēpli Ariſt. ꝙ prius notū eſt hūc eſſe hoīem cōfuſſe, q̄ diſtincte cognoſcat̄ eſſe animal rōnale: ꝑ cōſequēs, q̄ cognoſcat̄ aīal eſſe genꝰ hoīs. Et in hoc ſtat ſimilitudo cognitiōis cōfuſe inter totū phyſicū ⁊ ſuas ꝑtes, ⁊ totū metaphyſicū ⁊ ſuas ꝑtes. ¶ Reſtat hic paruū dubiū. Inſinuatū eñ eſt conceptū entis poſſe haberi et confuſſum ⁊ diſtinctū: qd videt̄ eſſe falſum. Et eñ ens (vt bene ait loco citato Scotus) eſt ꝯceptus ſimpliciter ſimplex: quia nō conſtat ex genere et differētia, ſicuti hō et alia genera ſubalterna, et ideo nō pōt eſſe cōceptus cōfuſſus, cū nō poſſit diſtingui in huiuſmodi partes. Rñdetur tñ ꝙ vocamus conceptū cōfuſſum, illū conceptū formalē cōmuniſſimū quē quiſqꝫ latinus format. ſ. quod eſt, vt paulo ante exponebamꝰ. Et ille eſt primus quem intellectus format. Diſtinctus autē eſt qñ cognoſcitur per ſuos modos intrinſecos. i. ꝙ ſit ens per ſe, qualis eſt ſubſtātia, vel in alio, qualis eſt accidens: et ſic de alijs diſtinctionibus. ¶ Ad quartū noſtrū argumentū in principio queſtionis factū reſpōdet. S. Tho. opuſ. 53. ꝙ vniuerſalia accipiunt̄ vno mō in cauſando, vt ſunt deus ⁊ intelligētie que ſunt cauſe vniuerſales. Et de illis intelligit Ariſt. 1. meta. cap. 2. ꝙ ſunt cognitu difficilima, eo ꝙ ſunt a ſenſibus remotiſſima: alia ſūt vniuerſalia in ꝑdicando, vt genera ⁊ ſpēs, ⁊ de illis, ſi loquamur de cognitione cōfuſſa ⁊ ſimplici, magis vniuerſalia ſunt prius nota: ſed diſtincta cognitiōe, proprietates magis vniuerſaliū ſunt nobis minus note: qꝛ cognoſcunt̄ per reſolutionē particulariū in ſua gñā vniuerſalia, vt mō dicebamus rñdendo ſcde rōni Scoti. ¶ Ad confirmationē illa eſt ſolutio quā dedimus ad primum Scoti. Cōcedimus nāqꝫ ꝙ quanto vniuerſaliora ſunt, tāto ſunt nobis prius nota cognitione confuſſa: nā q̄uis ſpēs vniuerſales abſtrahant̄ a ſingularibus, nihilominus nō producūt cōceptum perfectū ſpeciei prius q̄ cōceptū imperfectū generis. Sed argumentū ꝓcedit ſcdm imaginationē eorū qui putāt intellectū prius cognoſcere ſingulare, ⁊ a noticijs ſingularibus abſtrahere noticias vniuerſales: cuius contrarium nos ſupra monſtrauimus cōcluſione quarta. ¶ Ad quintū deniqꝫ argumentū rñdetur imprimis ꝙ Ari. non ponit regulā generalē ꝙ oīa que ſunt nobis nota ſint ignotiora nature ⁊ econuerſo: ſed negatiue, ꝙ nō oīa que ſunt nobis nota ſunt notiora nature nec econuerſo, qꝛ ſtat aliquid eſſe notius nature, ⁊ nobis minus notū. Quod preſertim verū habet in ſubſtātijs ſeparatis a materia, que cum ſint ſpirituales, ſunt ſuapte natura magis note: ſed tamē nobis, q̄ per ſenſum cognoſcimus, ſunt minus note. Et ſcdo habet verū de principijs et cauſis occultiſſimis nobis. De quibꝰ oībus ait. 2. meta. text. 1. ꝙ ſicut occulus veſpertilionis ad lumen diei, ita intellectus noſter ad manifeſtiſſima nature. Sed de toto phyſico ⁊ partibus eius iam diximus eundem eſſe ordinē in nobis ⁊ natura. At vero de vniuerſalibus in predicando ⁊ particularibus de quibus argumentū formatū eſt, reſpondet̄ ꝙ q̄uis natura procedat ab vniuerſalioribus in productiōe rerū, nō inde ſequit̄ ꝙ ſint magis nota nature cognitione cōfuſſa: immo oppoſitū ſequit̄, vt ſcda ꝯcluſione monſtratū eſt: qꝛ natura ſicut primo intendit totū phyſicū q̄ partes, ita primo intēdit ſpeciē q̄ genus: nō enim facit animal aut ſubſtantiā aut corpus, niſi intendens facere aliquā certā ſpeciem. Et ideo cognitione cōfuſſa vniuerſalia ſunt nobis notiora: ſpecies vero ſunt magis note nature: cognitiōe aūt diſtincta vniuerſaliores cauſe ſunt magis note nature. ¶ Qd ſi quis cōtra ſolutionē arguat ꝙ inde ſequeret̄ ſingularia indiuidua eſſe magis nota nature q̄ ſpēs: qꝛ cū ſpecies non ſit realiter ſeparata, vt dicebat Plato, natura nec intēdit nec producit ſpeciē niſi in indiuiduo, actiones, eñ et gñatiōes ſunt circa ſingularia, vt habet̄. 1. meta. capi. 1. ¶ Reſpondet̄ ꝙ natura per ſe nō intēdit niſi perpetuare ſpēm, quippe cuiꝰ intētio ſemp eſt ad perpetuū: ſꝫ qꝛ indiuidua materialia ſunt corruptibilia, intendit de per accidēs ꝓducere ſingularia ad cōſeruandā ſpēm: obidqꝫ primo intendit ſpeciē q̄ ſingulare. Vñ in perpetuis, vt in celis ⁊ ſupra celeſtibus, in ſingulis ſpeciebus non producit niſi ſingula indiuidua, vnū ſolē, vnā lunam ⁊c. qd tamē non eſt preſentis loci diſputare. ¶ Ad primā confirmationē iam reſponſum eſt ꝙ nihil vetat idē eſſe notius nature ⁊ nobis: ⁊ ideo vtroqꝫ mō color eſt magis notus q̄ ſpecies ſenſibilis: nature quidē, qꝛ eſt cauſa, nobis vero, quia eſt ſenſibilis. Non tamē intelligo colorē eſſe notiorē nobis, vt aliqui volūt, eo ꝙ per cognitionē coloris veniamus in cognitionē ſpeciei: nā ſpeciē nō ſentimus: ſed per cōiecturā arguimus aliquā eſſe ſpeciē in medio per quā cognoſcimꝰ colorem diſtantē. ¶ Quod ſi quis arguat ſpeciē eſſe magis notā nature eo ꝙ eſt ſpiritualior, negatur cōſequentia: qꝛ cetera nō ſunt paria. Sunt enim minoris entitatis ⁊ perfectionis q̄ color, cum in eſſe ⁊ cōſeruari depēdeant a colore. ¶ Ad ſecūdā demū confirmationē eodē mō rñdetur: nēpe ꝙ in mathematicis eadē ſunt notiora nature ⁊ nobis: nam prima ⁊ ſimpliciſſima elementa ⁊ ſimpliciores cōcluſiones qm̄ ſunt cauſe poſteriorum, ideo ſunt ſecundū naturā notiores: ſunt etiā notiora nobis: eo ꝙ prima elementa ſtatim ꝓpoſita cognoſcimus, vt, a quolibet puncto, in quodlibet punctū lineā ducere, ſup quodlibet punctū circulum deſcribere. Et hec de ſecunda queſtione, que eſt circa prologum Ariſtote. ¶ Sequitur in textu caput ſecundum ⁊ tertium.

Ens ſimplr ſimplex. — Ad quartū princi. — Ad cōfir. — Ad quītū princi. — Ad .1. ꝯfir. — Ad .2. cōfi.

Tex. xvij. Habet autem dubitationem &c.

## ¶ Quæſtio tertia.

### VTRVM OMNE TOtum ſit ſue partes ſimul ſumpte.

Tertia hic quæſtio, ſi intentionem huius libri nobis imitari liceret, ea nempe futura erat, que eſt de numero principiorum rei naturalis. Verũ quia inter impugnandos veteres nonnullas profert Ariſt. ſententias diſputatione dignas, propriãq; ſententiã de numero principiorum ad textũ vſq; ſexageſſimũ ſeptimũ prorogat, neceſſariũ eſt ordinẽ litere in queſtionibus obſeruare. Nec nobis in animo eſt circa ſingula verba Ariſ. queſtiones mouere: ſed eas tantũmodo quas excuſare nõ poſſumus: vt queſtio quecunq; locũ pprĩũ expectet, ne ſi oia locis in oibus dixerimus, opus in infinitum abeat. ¶ Mouent hic nonnulli primo queſtionẽ circa textũ.8. vtrũ contra negãtes principia ſit phyſico diſputandum. Quã nos tamẽ ceu facilem ſup text.9. terminauimus. Secundo circa textum.13. diſputari poſſet, vtrum ens analogice de ſubſtantia dicatur et de accidente. Hanc tamen queſtionem circa quartum nos caput predicamentorum abunde diſcuſſimus. Tertio hic diſputant ſophiſtice in fauorẽ Meliſſi hanc eſſe verã, tantũ vnum eſt ens.

Tm̃ vnum eſt ens.

Sed hec, ſophiſmata ſunt dialectica. Eſt enĩ illa ſimpliciter vera: ⁊ gratia alietatis, vt patet p vniuerſalẽ, omne ens eſt vnũ, ⁊ preterea per exponẽtes, vnum eſt ens, ⁊ nihil aliud q̃ vnum eſt ens. Et itẽ gratia pluralitatis: q2 non plura q̃ vnum eſt ens. Niſi forte ly, ens abſoluatur a numero, vt ſupponat etiam collectiue pro pluribus. In quo ſenſu conceditur a Meliſſo, dicente omnia entia non eſſe plura, q̃ vnum ens: et a nobis cum Ariſtotele negatur. Quarto circa textum.15. vbi ait Ariſto. ꝙ ſubſtantia ⁊ quantum ſunt duo mouetur hic queſtio: vtrum quantitas diſtinguatur a re quanta. De qua tamen late nos etiam tractauimus in predicamentis, capitu. de quantitate: a qua proinde abſtinendum nobis hic duximus. ¶ Ergo circa textum.17. vbi Ariſto. reuocare in dubium videtur, an totum ⁊ pars ſint vnum, queritur. Utrum totũ ſit ſue partes ſimul ſumpte. Et arguitur a parte negatiua authoritate ibidem Ariſt. vbi videtur arguere, ꝙ ſi partes eſſent idẽ toti, eſſent et inter ſe idem: quod eſt impoſſibile. Et.5. meta. tex.19. ait ꝙ ſex non ſunt bis tria. Et.7. meta. circa finẽ tex.60. ait ꝙ totũ nõ eſt ſue ptes. Syllaba enim inquit non eſt elementa, puta litere, quibus conſtat. vt. ba. non. eſt. b. et. a. nam ſi litere (inquit) loco ab inuicem ſeparentur, manẽt litere: et tamen non manent ſyllabe. Quod itidẽ repetit lib.8. tex.15. dicens totũ nõ eſt partiũ coaceruatio, ſicut aceruus: ſ; eſt aliqd preter partes. Et.4. huiꝰ tex.23. ait ꝙ ptes ſũt in toto, ⁊ viciſſim totũ eſt in ptibus: q locutiões traſitiue nõ eſſent vere, niſi totũ a ſuis partibꝰ diſtingueret. ¶ Et cõfir. ꝑterea authoritatibus. S. Tho. q idẽ frequẽter ſentire videtur. Nã tertio. ſenten. diſt.2. magiſter citans Hieronimũ in expoſitione catholice fidei dicentem ꝙ humanitas ex anima continetur et corpore, inquit, nomine humanitatis animam ⁊ corpus intelligi. In cuius litere expoſitione. S. Tho. ait, nõ eſſe intelligendũ per humanitatem animam ⁊ corpus, quaſi proprie dici poſſit, humanitas eſt anima ⁊ corpus: ſed ſicut in toto intelliguntur partes, vt in domo paries ⁊ tectum: que tamen de toto non predicantur. Hec ille. Et. q.1. eiuſdem diſtinctionis arti.3. ſepe id repetit. Et enĩ queſtiũcula.1. ait ꝙ in Chriſto fuit corpus et anima, ⁊ vlterius forma totius reſultãs ex coniunctione vtriuſq;: que hũanitas dr̃. Et queſtiuncula.3. in ſolutione ad tertiũ exponẽs verba iam dicta magiſtri. ſ. ꝙ nomine hũane nature corpus et aĩa intelligitur ait intelligendũ eſſe materialiter: non ꝙ totũ ꝓprie loquendo ſit ſue partes, ſed aliquid ex partibus conſtitutũ. Multa apud. S. Tho. his ſimilia reperiunt. ¶ Scdo principaliter argr̃. Eſſe prius eſt in toto q̃ in partibus: nã eſſe eſt ſuppoſitorũ, quorũ ꝓprie eſt ſubſiſtere, ⁊ partes ſuſtinent in toto cuius eſſe participant, vt ex.4. huius modo citabamus (preter q̃ anima rõnalis, que cũ in eſſe nõ dependeat a corpore ſed producit per creationẽ, prius natura habet eſſe q̃ illud detur corpori. vt.1.p.q.76. arti.1. ad.5. docet. S. Tho.) ergo totum diſtinguit a ſuis partibus: nam alias nõ vr̃ quomõ eſſe prius ſit in toto q̃ in partibus. ¶ Et cõfirmatur. Accidentia, vt in.1. de generatione habet videri, ſubiectant in toto cõpoſito, ⁊ non immediate in partibus: quia illi inſunt ſubiecto, de quo predicantur, ⁊ manifeſtum eſt non predicari de materia aut forma, ſed de toto compoſito, et propterea indiuiduũ cõpletum predicamenti ſubſtantie dicit prima ſubſtantia quia primo ſubſtat omnibus accidentibus: que eſt receptiſſima doctrina. S. Tho.1.p.q.76. arti.6. et alijs frequenter locis: ſed non poteſt bñ intelligi quomõ accidẽtia ſubiectent in toto et nõ in partibus, niſi totũ diſtinguat a ſuis partibus: ergo. ¶ Tertio principaliter arguit Scotus in.3. d.2.q.2. vbi expreſſe tenet totum diſtingui a ſuis partibus etiã cõiunctis. Si totũ cõpoſitũ ex materia ⁊ forma non diſtingueret a ſuis partibus, ſequeret ꝙ nulla eſſet differẽtia inter totũ, qđ eſt per ſe vnũ (vt homo) ⁊ aceruũ q eſt ſolũ vnũ per aggregationẽ: quam tamẽ ponit Ariſto.7. meta. tex.60. ⁊.8. tex.15. Quod aut ſequat, patet: nã tũc ſicut aceruus eſt multi lapides ſimul, ita ⁊ homo eſt ſue partes. ¶ Et cõfirmatur primo. Terminus per ſe generationis eſt totũ et non partes, vt patet.7. meta. tex.22. et.27. et.1. de generatione text.10. vbi habetur ꝙ generatio eſt mutatio huiꝰ totius in hoc totũ. Unde licet materia ⁊ forma hominis ſint perpetue. homo cuiꝰ actio attingit nõ ad eſſe anime, ſed ad vnionẽ ipius cũ materia, vere generat hominem: ergo totum diſtinguitur a ſuis partibꝰ. ¶ Et cõfirmatur quia alias (inquit) ſi totũ nõ diſtingueretur a ſuis partibus, ſequeretur ꝙ non daretur aliquid per ſe cauſatum ab iſtis partibus. ſ. materia et forma. Iſte enim partes quando vniuntur aliquid cauſant: et non ſe ipſas: ergo totum, quod proinde diſtinguitur ab illis. Et pterea nec daret aliqđ per ſe ſubiectũ paſſionũ. Riſibilitas enĩ per ſe cõuenit, nõ materie nec forme, ſed toti homini. ¶ Quarto principaliter arguitur. Sequit bene. Totum corrumpitur: et partes non corrumpuntur: ergo totum diſtinguitur a ſuis partibus. Uel ſi totum eſt ſue partes, partes etiam corrumpuntur. Et pariter arguitur. Totum generatur: et partes non generantur: ergo totum eſt aliud quam partes. Argumentum fit manifeſtum in Chriſto, qui in triduo reliquit humanitatem, poſtquam fuit vere mortuus: et tamen neutram partem dimiſit, vt docet ſecundum fidem Damaſcenus lib.3. cap.25. Et poſtea in reſurrectione iterum factus eſt homo per iteratã vnionẽ illarũ partiũ. In illo ergo patet quomodo hũanitas fuit prius corrupta ſine corruptiõe partiũ, ⁊ poſtea reſumpta ſine generatione partiũ: ⁊ per cõſequens videtur eſſe a partibus diſtincta. ¶ Et confirmatur vt arguunt Dialectici. Si totũ nõ diſtingueretur a ſuis partibus, ſequeretur ꝙ homo poſt corruptionẽ adhuc maneret. Detur enĩ ꝙ nunc homo moriatur gratia diſputationis per vltimum ſui eſſe: tũc ſequit bene. Iſte partes erunt: ⁊ iſte partes ſunt petrus: ergo petrus erit. Item ſequitur eſſe poſſibile ſupra naturaliter ꝙ petrus et Andreas erunt Paulus ⁊ Joãnes: nẽpe ſi ex partibꝰ illorũ tranſpoſitis fiãt modo iſti. Nã ſequit bene. Iſte quatuor partes ſunt Petrus et Andreas: et eedẽ ſunt Joãnes ⁊ Paulus: ergo Petrus et Andreas ſunt Joãnes ⁊ Paulus. Et ita inferũt ꝙ videntes ſunt ceci: ſi duo priores videant, et alteri ſint ceci. ¶ Itẽ ſequit ꝙ duo ⁊ duo ſint tria, et duo et duo ſint viginti. Nã due qrte ⁊ alie due quarte vnius totius ſunt tres tertie, ⁊ viginti vigeſſime. Et ſequit ꝙ partes eſſentiales petri ſint partes integrales, nam materia ⁊ forma ſunt Petrus, et Petrus eſt ſue partes integrales, ergo. Qđ tamẽ eſt falſum, nã partes integrales ſunt q̄ loco ⁊ ſitu diſtãt, partes vero eſſentiales, q̄ a ſe inuicẽ nõ diſtãt. Itẽ ſequitur ꝙ materie ⁊ forme ſint eiuſdem ſpeciei. Nã materie Petri ⁊ Pauli ⁊ eorum forme ſunt Petrus ⁊ Paulus, et Petrus et Paulus ſunt eiuſdẽ ſpeciei, ergo materie et forme ſunt eiuſdẽ ſpeciei. Multa alia id genus ſophiſmata pullulant, ſi cõcedatur totũ eſſe ſuas partes. ¶ In contrariũ tamẽ eſt Ariſt. in hoc tex.17. ⁊ tex.21. vbi ſepe repetit ꝙ ſi ſit aliqđ continuũ, illud eſt multa, puta vnum in actu ⁊ multa in potentia. Quod verum aliter eſſe nequit q̃ ſi totum ſit ſue partes.

Totum.5. modis.

¶ Totum quinq; modis, qui ad rem pertinẽt dicitur. Eſt enĩ totũ vniuerſale, potentiale, eſſentiale, integrale, ⁊ totũ per accidẽs. Totũ vniuerſale eſt genus reſpectu ſuarum ſpecierum, que ſunt velut eius partes ſubiectiue. vt capi. de ſpecie inquit Porphirius, et pariter ſpecies reſpectu indiuiduorum, de quo in queſtione.3. ſuper prolog. Porphy. diximus vniuerſale a ſuis particularibus ſola ratiõe differre. Totum potẽtiale eſt ſubiectũ reſpectu ſuarum potentiarũ, vt anima reſpectu intellectus et voluntatis, de quibus in predicabilibus cap. de proprio diſputauimus an realiter diſtinguãtur a ſubiecto. Totum eſſentiale eſt duplex, aut metaphyſicũ, aut phyſicum, metaphyſicũ eſt totũ diffinitũ reſpectu generis ⁊ differentie, que quidẽ ſola etiã ratione differunt a diffinito. Ut enim cap. de genere dictũ eſt, animal pariter ⁊ rationale ſola ratione differũt ab homine, poſtq̃ vtrũq; formaliter predicatur de illo. Sed totũ phyſicũ eſt idẽ diffinitũ cõpoſitũ ex materia ⁊ forma. Et de hoc pmo eſt preſens queſtio, vtrũ videlicet materia ⁊ forma ſimul ſumpte ſint totus lapis aut totus homo. Totum integrale etiã eſt duplex. ſ. homogeneũ quod conſtat ex partibus quãtitatiuis eiuſdem rõnis, vt aqua, lignũ et ſimilia: et totũ etherogeneũ quod cõſtat ex partibus diuerſarũ rationũ, vt animal quod conſtat ex oſſibus, neruis, et carne: ⁊ pariter ex diuerſis mẽbris. De quibus etiã totis intelligitur queſtio. Accipitur pterea totũ pro eo qđ nõ eſt totũ ſimplr̃, ſ; p accidẽs: vt numerus, aceruus, domꝰ, ⁊ ſilia. ¶ Intelligit ergo qſtio vtrũ totũ eſſentiale phyſicũ ⁊ totũ integrale homogeneũ vel etherogeneũ, ⁊ totũ p accidens, ſit ſue partes ſimul ſumpte. De quo plures ſunt opiniones: ſed tñ indignũ cenſeo in re tã lucida tot enarrare hominũ placita. ¶ Scotus loco citato de aceruo (⁊ forſan idẽ intelligit de omni toto per accidẽs) tenet ꝙ non diſtinguit a ſuis partibꝰ, videl; ꝙ cumulus lapidũ eſt lapides ſimul ſumpti. Sed de toto phyſico et integrali expreſſe tenet ꝙ diſtinguit. Qđ probat tertio argumẽto ſupra facto cũ ſuis cõfirmationibꝰ. Cui Capreo. in.3. d.2. ⁊ alij nõnulli Thomiſte prorſus cõſentiunt, credentes eandẽ eſſe opinionẽ. S. Tho. propter eius verba que in primo argumẽto citauimus. Alij tenent medio modo, ꝙ totũ ethereogeneũ diſtinguit a ſuis partibus, homogeneum vero, non. Sed valeãt cum opinionibus ſuis. Exiſtimo tamẽ rem eſſe faciliorẽ, q̃ que longa indigeat diſputatione. Credo quidẽ neq; Ariſtotelẽ neq;. S. Thomã vnquã id ſuſpicatos fuiſſe. Et q̃uis id alicubi inſinuare viderent, credo mihi nõ perſuaſiſſent: adeo res mihi manifeſta videtur.

Scotus.

¶ Reſpondet ergo ad queſtionẽ duabus concluſionibus. Prima vniuerſalis. Omne totũ ſiue eſſentiale phyſicũ, ſiue integrale homogeneũ, ſiue totũ per accidens, eſt ſue partes ſimul ſumpte.

1. Conclu.

Et vt alijs alias authoritates obijciamꝰ, abunde imprimis locus citatus Ariſt. in hoc textu cõcluſionẽ cõprobat: vbi ait ꝙ cõtinuũ eſt multa. Et inferius text.21. dicit ꝙ inuicti diſcipuli Parmenidis multa cõceſſerunt eſſe vnũ: cum totũ plures habeat partes. Nec ſatis reſpondent authores contrarie opinionis dicentes, ꝙ hec propoſitio, continuum eſt ſue partes, intelligenda eſt, non identice, ſed cauſaliter. i. continuũ diuiſibile eſt in plures partes. Et pariter he, partes ſunt cõtinuũ, in hoc ſenſu, ꝙ ex partibus cõſtat cõtinuũ. At in cõtrariũ eſt, ꝙ cum opinio Meliſſi eſſet, id quod eſt aliquo modo vnũ, nullo modo eſſe plura, intẽtio Ariſtote. fuit cõtra oſtendere, id quod eſt vnum in actu, eſſe plura in potentia: obidq; in ſenſu idẽtico cõceſſit, vnũ eſt multa. ¶ Sed preterea.4. huius. text.23. ex profeſſo, vbi dicit totũ eſſe quodãmodo in partibus, ne quis ſuſpicaret aliquã diſtinctionẽ realẽ, adiunxit, Non enĩ eſt preter partes totum. i. totũ non eſt aliud q̃ partes. Et.2. de anima tex.10. de partibus phyſicis ait, ꝙ ſicut pupilla ⁊ viſus ſunt oculus, ita anima ⁊ corpus ſunt animal. Et.5. meta. tex.31. dicit ꝙ totũ cõtinens eſt cõtenta: et vnũ quid illa ſunt. i. partes ſunt vnũ in toto. vt ibidẽ lectione.20. exponit. S. Tho. Et preterea Cõmentator. Themiſt. Philop. et oẽs gloſſatores Ariſ. aiunt hic ꝙ q̃uis ſingule partes nõ ſint totũ diuiſim: collectiue tamen oẽs ſimul ſunt totũ. Et Aui.3. meta. capi.2. ait ꝙ homo eſt anima ⁊ corpus: ⁊ neutrũ per ſe. ¶ Scio cõtrarios reſpondere has oẽs predicationes que aſſerunt partes eſſe totum accipiendas eſſe in ſenſu cauſali. i. ꝙ faciũt totũ. Sed primũ eadem facilitate poſſent dicere has eſſe cauſales, hõ eſt animal, homo eſt albus. Itẽ q2 ſi ille eſſet ſenſus, pariter poſſet diuiſiue concedi ꝙ caput eſt totum ⁊ pedes ſunt totum: poſtq̃ partialiter componunt totum: et tamen Commentator et reliqui omnes

expreſſe ponunt differentiam ꝙ partes diuiſiue nullatenus ſunt totum, collectiue vero ſimpliciter ſunt totũ, Adde ꝙ Apoſtolus, ꝗ̃uis Phyſicã non docebat, tñ loquit̃ vt loquũtur hoĩes. Omnia inquit membra corporis cũ ſint multa, vnum tamẽ corpus ſunt. 1. ad Corinth. 12. (Pau.)

S. Tho. ¶ At. S. Tho. manifeſtũ etiã eſt fuiſſe in hac ſentẽtia. Ait nãqꝫ hic lectiõe. 4. ꝛ loco citato. 5. meta ꝙ partes ſunt vnũ in toto. Quod itidẽ repetit prima. p. q. xj. art. 1. vbi ait cũ Ariſtotele ꝙ ſunt vnũ in actu, ꝛ multa in potentia: partes autem non poſſunt eſſe aliud vnum ꝗ̃ totum ipſum. Et ibi. arti. 2. ait ꝙ tota domus eſt multitudo partiũ.. Et. 4. ſent. diſt. 44. q. 1. arti. 1. queſtiũcula. 2. ad ſecundũ argumentũ approbãs opinionẽ Auicene, ait, ꝙ forma toti⁹ non eſt forma partis tm̃, nec forma aliqua alia preter formã partis ſed totũ reſultans ex vnione forme, et materie, cõprehendẽs vtrũqꝫ: ꝛ hec forma (inquit) dicitur hũanitas. Quod adhuc expreſſius exponens. 4. cõtra gentiles capi. 51. De humanitate (inquit) non eſt intelligendũ ꝙ ſit quedã forma cõſurgens ex coniunctione forme ꝛ materie, quaſi realiter ſit alia ab vtroqꝫ: qꝛ alias cũ ex tali coniunctione fiat hec ſubſtantia, ſi illa forma diſtingueret̃, nõ eſſet ſubſtãtialis, ſed accidẽtalis. Unde inferius infert ꝙ humanitas nihil aliud dicit ꝗ̃ principia ipſa eſſentialia coniuncta. Et. 1. p. q. 75. arti. 4. ad probandũ ꝙ homo nõ ſit ſola anima citat Auguſtinũ. 19. de ciuitate dei, in hoc cõmendantẽ Uarronẽ dicentẽ, ꝙ homo nec anima ſola eſt, nec ſolum corpus, ſed anima ſimul ꝛ corpus. Et queſtione. 77. arti. 1. ad primũ ponit illã differentiã inter totũ vniuerſale ꝛ totum integrale, quã ponit Ariſt. 5. meta. tex. 31. videlicet ꝙ totũ vniuerſale predicatur de ſingulis ſuis partibus. ſ. ſpecieb⁹, diuiſiue. vt homo eſt animal et equus eſt animal: totũ vero integrale nõ predicatur, niſi de omnibus collectiue. Addit autẽ ꝙ hec predicatio partes collectiue ſunt totum eſt quodãmodo impropria. Non tamẽ dicit ꝙ eſt falſa. Ac deniqꝫ prima ſecũde. q. 13. articulo primo animal (inquit) nec eſt corpus ſolũ, nec anima ſolũ, ſed vtrũqꝫ ſimul. Non ergo fuit opinio aut Ariſt. aut S. Tho. totum diſtingui a ſuis partibus. ¶ At vero quicquid ipſi ſenſerint, rationibus id cõfirmatur. Atqui ante ratiões metaphyſicas rõ que prima fronte ſtatim mouet eſt hec. Unum per accidens, vt ſi dicas numerus denarius, nihil aliud eſt ꝗ̃ ſue ptes (qđ, niſi metaphyſiciſſimi hoĩes, negare poſſunt) hoĩes enĩ ita loquunt̃. Quinqꝫ ꝛ quinqꝫ faciunt decem. ſ. ſunt decẽ: tria ꝛ tria ſunt ſex: et ita in ſimilibus. Eadẽ rõne cumulus lapidum nihil aliud eſt ꝗ̃ lapides ipſi, vt Ariſtote. 7. meta. text. 60. inſinuat, et Scotus ipſe confitetur: ergo ratione ſimili domus eſt ſue partes, et lignum ſue partes. Probatur conſequentia. Cumulus nihil addit ſupra numerum, niſi ꝙ partes ſunt ſimul loco. Decẽ enĩ lapides quãtũcũqꝫ diſtãtes, ſunt denarius: ſed nõ ſunt aceruus, niſi in vnum locũ aggregent̃. Et eadẽ rõne domus nihil addit ſupra aceruũ, niſi ꝙ lapides ꝛ ligna ſint cõtigua ꝛ certo ordine diſpoſita. Tunc ſic arguit̃. Sicuti lapides et ligna cum ſunt loco ſeparata, ſunt numerus: ꝛ cumulata, ſunt aceruus, ꝛ tamẽ diſpoſita ꝛ cõtigua ſunt domus: ita pariter materia ꝛ forma, que ſeorſum ſumpta eſſent binarius, ſi per informationẽ vniãtur, ſunt homo. Et aque, que a diuerſis fontibus fluẽtes, ſunt plures, in mari cum vniuntur ſunt ſimpliciter et actu vnũ. vt enim quinqꝫ et quinqꝫ facere decẽ, nõ eſt aliud ꝗ̃ quinqꝫ ꝛ quinqꝫ eſſe decem, ita materiã et formã per informationẽ facere hominẽ, intelligi aliter nequit, ꝗ̃ ꝙ vnite ſint homo. Atqui impertinẽs eſt ꝙ ordo exercitus, aut ordo partiũ ſint relationes diſtincte, nec ne: qꝛ talis relatio licet fingeretur diſtincta, nec eſt totũ, nec pars totius, cum ſit accidens. Profecto nõ video quomõ materia ꝛ forma, que ſeparate eſſent vnus binarius, quod eſt vnũ per accidẽs, ſi vniãtur per informationẽ nõ ſint vnus homo. ¶ Secundo probat̃ concluſio. Si illa entitas que eſt totum diſtinguit̃ a ſuis partibus ſimul ſumptis, vel eſt ſubſtantia vel accidẽs: accidẽs eſſe non põt, ſiquidẽ eſt prima ſubſtãtia: ſed qđ non ſit ſubſtãtia, ſatis ꝓbat. S. Tho. loco citato. 4. contra gẽtiles. Nã ſi diſtinguit̃, tũc erit poſterior ſaltim natura, qñquidem ſupponit vnionẽ, ꝛ cũ per vnionẽ forme ad materiã materia formal'r eſt in actu ſubſtantiali, quicquid poſterius natura ſequit̃ eſt accidens: ſicuti proprie paſſiones fluunt ſtatim ex vnione forme ad materiã. Niſi ponas duas in ſuppõto completas ſubãs. ¶ Et cõfirmat̃ ratio. Uel illa tertia entitas eſt diuiſibilis, vel indiuiſibilis: indiuiſibilis eſſe non põt: nam lignũ. v. g. eſt corpus ꝛ per cõſequẽs ſubſtãtia diuiſibilis. Nec vero eſſet intelligibile ꝙ homo eſſet ſubſtãtia cõpoſita, ꝛ tamẽ humanitas, qua eſt homo eſſet diuiſibilis. Si autẽ eſt diuiſibilis ꝛ cõpoſita, tunc cũ non ſit cõpoſita ex alijs partibus, ꝗ̃ ex materia et forma in quas immediate eſt diuiſibilis, ſequitur ꝙ non diſtinguitur ab illis. Eſt enĩ intellectu impoſſibile aliquid eſſe diuiſibile, niſi in partes que ipſuminet ſunt. Et ideo ait Ari. ꝙ continuũ eſt vnũ in actu, ꝛ multa in potentia. ¶ Et tertio arg̃. Si entitas totalis diſtinguit̃ a ſuis partib⁹, ſequit̃ ꝙ ſeipſa tota differt ab illis ꝛ ab illarũ qualibet, eo mõ quo accidens differt a ſubſtantia: cõſequẽs tñ eſt falſum: qꝛ totũ lignũ nõ differt a forma, niſi per materiã: ꝛ a materia niſi per formã: hoc enĩ eſt quod authoritatibus ſupra citatis dicitur, animal nec eſt corpus ſolum, nec anima ſolum: ſed corpus ꝛ anima: nempe quia animal a corpore differt per animã, ꝛ ab anima per corpus. Si autẽ totalitas illa ſe ſola differret a partib⁹, neutrã in ſua eſſentia includeret: ideoqꝫ nõ differret ab vna per alteram. ¶ Et tũc ſumitur confirmatio argumenti. Ea que ſic ſe habent vt quicquid prorſus eſt pars alterius, ꝛ e conuerſo, ſunt idem prorſus realiter: ſed partes ille vnite ꝛ totũ ita ſe habẽt, vt quicq̃d eſt pars partium vnitarum eſt pars totius, ꝛ e cõuerſo: ergo ſunt omnino idem. ¶ Quarto principaliter arguitur: quia reuera ſi entitas illa realiter diſtingueretur a partibus ſimul ſumptis deus poſſet entitatem ſeparare a partibus vnitis: quod tamen contradictionẽ implicat. Enimuero reſponſio iſtorum, videlicet, nõ poſſe vnum ſeparari ab alio eo ꝙ entitas illa neceſſario conſequitur ad vnionem partium, et per conſequẽs partes vnite non poſſunt eſſe ſine illa, ꝛ rurſus entitatem illam neceſſario dependere a partibus ſimul ſumptis, ꝛ ꝑ cõſequẽs nõ poſſe eſſe ſine illis manifeſte petit pñcipiũ. Propterea nãqꝫ ĩplicat cõtradictionẽ vnũ eſſe ſine alio: qꝛ certe nõ realiter diſtinguunt̃. Nec eſt inſtãtia de relatiõibus: nam idẽ profecto credẽdũ eſt de ꝓpria paſſione et relatione: nã ſi diſtinguant̃ a ſubiecto, poſſunt ſeparari. Et tunc ſi deus poſſet ſeparare illã entitatẽ a partib⁹ vnitis, ſequeret̃ ꝙ ſi illud totũ eſſet ferrũ põderis vnius libre, ſeparata illa entitate ſepararetur põdus vnius libre, ꝛ nihilomin⁹ partes remanẽtes eiuſdẽ eſſent põderis. ¶ De partibus autẽ integralibus, ꝙ nõ diſtinguũtur a toto, eſt adhuc argumentũ, ꝙ nõ videt̃ ꝓpterea ſolũ ꝙ guttã maris ſepares a mare, quã iterũ mari infundas, aliquã entitatẽ corruptã eẽ ꝛ poſtea aliã de nouo genitã: ſꝫ eſt ꝑfecto idẽ mare. Alia multa id genus argumẽta poſſem⁹ huc acerſere: hec tñ ſint ſatis.

2. Conclu. ¶ Scđa cõcluſio eſt hec. Iſta predicatio, materia et forma ſunt homo, et gñaliter, partes ſunt totũ, aut, totũ eſt ſue partes, nõ ſũt adeo ꝓprie, ac ſi dicas, materia ꝛ forma cõponũt totũ, totũ reſultat ex ſuis partibus, ꝛ ſimiles. Hãc concluſionẽ aſſerit. S. Tho. locis citatis. 3. ſenten. ꝛ. 1. p. q. 77. Et ratio hui⁹ eſt, quia hec propoſitio, partes vnite ſunt totum non explicat cõpoſitionem qua faciunt totũ: nã vt ait Ariſto. 2. huius. text. 31. partes oẽs ſe habent vt ſubiectũ ꝛ materia reſpectu toti⁹, ꝛ totũ, vt forma reſpectu partiũ. Quod nõ ſolum eſt verũ de partibus integralibus: ſed quodãmodo etiã de partibus eſſentialib⁹: nam licet forma ſit forma reſpectu materie, tñ reſpectu nature totius habẽt ſe ambo ſicut materia et quid imperfectũ, ꝛ totũ ſe habet vt forma exiſtẽs in illis. Sicuti domus eſt vna forma exiſtens in ſuis partibus. Qua de cauſa. 4. huius. text. 23. dixit totũ eſſe in partibus. Unde licet partes ꝛ totũ ſint realiter idẽ, propter modũ tñ ſignificandi terminorũ. ſ. pars ꝛ totũ, que dicũt quodãmodo cauſam ꝛ effectũ, ſignificantius dicitur, totum componitur ex partibus, ꝗ̃ totum eſt ſue partes.

Ad Ariſt. ¶ Ad primã ergo authoritatem Ariſto. iam in expoſitione textus reſpõdimus ꝙ Ariſto. non intẽdit illic partes ſimul ſumptas diſtingui a toto: ſed ſolũ loquit̃ de partibus diuiſiue. ſ. ꝙ pars quecũqꝫ eſt vnũ cũ toto. Et cõtra hoc facit argumentũ ꝙ ſi vna medietas eſſet eadẽ toti, ꝛ alia eadẽ etiã toti, inter ſe eſſent idẽ. Nã collectiue nulla eſſet apparẽtia ꝙ ſi ambe ſimul ſumpte eſſent totũ, vna eſſet altera. Sed neqꝫ prima cõſequentia valet, quia neutra pars eſt idẽ toti in hoc ſenſu ꝙ pars ſit totum: ſed in hoc, qđ pars nõ eſt actu ſeparata ꝛ per conſequens nec habet vnitatẽ diſtinctã a toto. ¶ Scđa authoritas. 5. meta. poti⁹ eſt ꝓ nobis: ait enĩ ꝙ ſex nõ ſunt bis tria, ſed ſemel ſex. Unde colligit ꝙ ſex vnitates ſũt numerus ſenarius. Ad authoritatẽ tñ hãc, lꝫ aliter q̃one. 2. de quãtitate cũ. S. Tho. reſpõdimus, dicendũ tñ eſt nunc facilius, ꝙ de numeris poſſumus loqui aut materialiter, in quantũ ſunt vnitates quedã. Et iſto modo Ariſto. non negaſſet ꝙ tria ꝛ tria ſunt ſex. Alio mõ formaliter in quantũ quilibet numerus cõſtituit ſuam ſpeciẽ, cui⁹ perfectio in indiuiſibili cõſiſtit, ſicut ſpecies animaliũ. Unde ſicut ſpecies equi quantũcunqꝫ multiplicetur non põt adequare ſpeciem elephantis, ita ſpecies ternarij quantũcunqꝫ multiplicetur nunqꝫ eſt ſpecies ſenarij. Et hoc eſt quod ait, bis tria non ſunt ſex. ¶ Tertia itẽ authoritas. 7. meta. nobis verius ꝗ̃ alteri opinioni fauet. Nõ enĩ ſimpliciter dicit ꝙ ſyllaba nõ eſt elementa. ſ. litere: ſed ꝙ non eſt elemẽta ſicuti cumulus. Nã cumulus nihil aliud ponit ꝗ̃ lapides ſimul loco: ſyllaba vero nõ dicit literas quomodocunqꝫ diſpoſitas: ſed iunctas ꝛ cõpoſitas ſecundũ certũ ordinem. vt, mus, non dicit ſolũ illas tres literas: ſed cõpoſitionem ꝛ preterea ordinẽ. Si enim loco dimoueantur, nulla reſtat ſyllaba: ꝛ ſi tranſponantur, faciũt, ſum. Non ꝙ ordo ille ſit aliquod accidens diſtinctũ. Et quãdo ita eſſet, tamẽ nomẽ, ſyllaba, non ſupponeret pro aggregato ex literis et accidente, vt aliqui falſo profitentur: ſed pro literis connotando illũ ordinẽ. Et idem prorſus ait lib. 8. tex. 15. videlicet ꝙ totum non eſt ſola coaceruatio partium, ſed aliquid preter partes. ſ. partes que per informationem faciunt vnum. ¶ Ad aliud quarto huius, iam reſponſum eſt ꝙ partes dicuntur eſſe in toto ꝛ totũ in partibus: non ꝙ diſtinguant̃, quin potius ex profeſſo ſubiunxit ꝙ totum nõ eſt preter partes: ſed intendit ꝙ totũ habet ſe vt forma reſpectu partium, partes vero vt materia.

Ad. S. th. ¶ Ad authoritates. S. Tho. iam reſponſum eſt ꝙ non negat veritatẽ illarꝫ propoſitionũ, totũ eſt partes, ſed ſolã proprietatẽ. Et quãdo ait ꝙ in Chriſto Jeſu nõ fuit ſolũ corp⁹ et anima, ſed vlterius forma totius que eſt humanitas reſultans ex cõiunctione vtriuſqꝫ, loquit̃ aduerſus illos hereticos q̃ dicebãt Chriſtũ corpus ꝛ animã ſeorſum aſſumpſiſſe, nõ tamen ita ꝙ anima informaſſet corpus. Et ideo ait ſecundũ fidẽ ꝙ nõ ſolũ partes aſſumpſit, ſed partes cõiunctas faciẽtes humanitatẽ: ſicuti eſt in nobis.

Ad. 2. pri. ¶ Ad ſecundum principale conceditur ꝙ eſſe prius natura eſt in toto ꝗ̃ in partib⁹: attamẽ inde nõ ſequit̃ totũ diſtingui a ſuis partibus: ſed ſolũ ꝙ ex vnione partiũ primũ reſultat vt res cõpoſita ſit. Nã materia non habet eſſe niſi per formã, ꝛ forma que educitur de potẽtia materie, non producit̃ niſi per productionẽ totius. Nõ enĩ producitur forma ignis, niſi qꝛ ꝓducit̃ ignis, vt in ſubſequẽtibus patebit.

Acciden. in toto cõpoſi. ¶ Et eodẽ mõ reſpondet̃ ad cõfirmationẽ ꝙ licet accidentia ſint in toto cõpoſito, nõ ſequit̃ ꝙ totũ diſtinguat̃ a ſuis partibus: ſed ꝓpterea accidentia ſunt in toto cõpoſito, qꝛ eſſe accidẽtale preſupponit eſſe eſſentiale a quo depẽdet: et qꝛ materia habet eſſe eſſentiale per formã, ꝛ accidẽtale: per accidentia, prius natura materia hꝫ eſſe ꝑ formã ſubſtantialẽ, ꝗ̃ recipiat accidẽtia. Et ita ſeipſe exponit illic. S. Tho.

Ad Sco. ¶ Ad tertiũ principale, qđ eſt Scoti reſpondet̃ ꝙ differẽtia inter totũ ꝑ ſe (qualis eſt homo) ꝛ totũ per accidẽs (qualis eſt aceruus) non eſt ꝙ aceruus ſit ſue partes, hõ vero, non: ſed ꝙ hõ ꝛ quodcũqꝫ ens per ſe non dicit ſolas partes, nec quomõcunqꝫ vnitas, ſed dicit talẽ vnionẽ forme ſubſtantialis ad materiam, que nõ eſt ens in actu niſi per formã. Quare aggregatum ex ſubiecto ꝛ accidẽti eo nõ eſt per ſe vnũ, qꝛ accidẽs aduenit enti in actu. Et hãc differentiã docet Ariſt. 8. meta. tex. 15.

Ad primã confir. ¶ Ad primã confirmationẽ cõceditur terminũ gñonis eſſe totũ reſultans ex partibus, puta ſubſtantiã in recta linea predicamentali, negat̃ tamẽ inde ſequi totũ diſtingui a ſuis partib⁹. Et ad argumentum. Iſte partes cauſant et cõponunt aliquid: ꝛ nõ ſeipas: ergo aliud qđ ab illis diſtinguit̃. ¶ Rñdetur imprimis ꝙ poſſemus negare minorẽ dicentes, ꝙ mutuo

sua propria forma indivisibili constans est, in senario, et in ceteris numeris.

mutuo ſe cauſant: nam forma dat eſſe actu materie: et materia ſuſtinet formā tanꝗ ſubm̄: qđ eſt mutuo ſe cauſare. Solutio tamē nō eſt ad intentionē argumēti: quippe qđ probat partes efficere vnū cōpoſitum. Et ideo quidam ex nominalibus diſtingūt maiorē. ſ. ꝙ partes cōponāt aliq̄d, concedētes ꝙ diuiſiue, quelibet pars componit: ſed tamē collectiue ambe ſimul nō cōponūt aliquid: ſed ſunt ipſummet cōpoſitum. Attamē profecto ſi quelibet pars cōponit, ambe ſimul ſunt cōponens ⁊ cōponens, ⁊ per cōſequens cōplexiue ſunt cōponentes: atqꝫ adeo cōponūt. Poſſet aliquis forte negare minorē. Nā partes videntur cauſare ⁊ efficere ſeipſas: q̄2 nihil efficiūt niſi per vnionē ⁊ tamē ipſe vniunt. Solutio vero nō eſſet vera: nam componere et efficere accipit in hoc ſenſu, ꝙ generāt: ⁊ manifeſtū eſt ꝙ non generant ſe: licet vniantur. Relatiuū nāqꝫ illud denotat ꝙ quelibet pars gn̄atur ſiue a ſe ſiue ab alia: et manifeſtum eſt ꝙ in reſurrectione in die iudicij, nec anima nec materia gn̄abitur: ſed totus hō. Quare nō ſequit: vniunt ad inuicē: ergo generant. Et ideo aliter rn̄detur negādo ſimpliciter ꝯn̄iam. ſ. non cauſant ſeipſas: ergo aliud: ſed ſolū ſequitur ꝙ cauſant et cōponunt totū qđ ipſe ſunt: quippe qđ ex earū cōiunctione reſultat. Nā terminus illius gn̄ationis nihil aliud eſt ꝗ ꝙ ex cōiunctione illarū fiat vnū totū, qđ antea nō erat. ¶ Ad ſecundā confirmationē eodē mō negatur ꝙ nō detur aliquid per ſe genitū. Nā homo eſt aliq̄d per ſe genitū: cū nec materia nec forma ſint genite. Et idē eſt per ſe ſubiectū paſſionū. Quod quidē eſt vnū tertiū ens diſtinctū a ſingulis partibus, non tamē ab omnibus ſimul. ¶ Ad quartū principale, in quo tot multiplicant cōſequentie dialectice, eodē fere pede claudicātes, rn̄detur per ordinē. Primo negat illa cōſequentia: hoc ens corrumpitur: ⁊ hoc ens eſt vel fuit ſue partes: ergo partes corrūpuntur: nā arguit in quatuor terminis. (Sane cū maior extremitas in premiſſis includit ens ſingul'r ⁊ in cōcluſione plural'r) ſed cōcludendū eſt, ens qđ eſt iſte partes corrūpitur. Quod ſi arguas in duobus hominib⁹ qui ſimul corrūpantur. Iſti hoīes corrūpuntur: ⁊ iſti ſunt vel fuerunt ſue partes: ergo partes corrūpuntur tunc variat appellatio, ſeu relatio partis ad partē copulatorū q̄ includunt in nūero plurali. Senſus eñ maioris eſt ꝙ Petrus et Paulus ſunt hoc ens qđ corrūpitur ⁊ hoc ens qđ corrumpitur. Et ideo idē copulatū eſt concludendū in cōcluſiōe. ſ. iſte partes ſunt vel fuerūt hoc ens qđ corrūpit et hoc ens qđ corrūpitur. Et eodē mō dicēdū eſt in verbo, gn̄atur. ¶ Et pariter rn̄detur ad argm̄ de Chriſto redēptore nr̄o: qđ ꝓfecto potius eſt pro nobis: nā illic inſinuat Damaſcenus nullā rem Chriſtus dimiſſit in triduo: ſꝫ mors facta fuit per ſolā ſeparationē anime a corpore. Si aūt hūanitas eſſet res diſtincta a ſuis partib⁹, aliquā rem dimiſiſſet: cōtra celebrē illā regulā theologorū, ꝙ Chriſtus nihil eorum dimiſſit que ſemel aſſumpſit. Negat ergo illa cōſequentia, Chriſt⁹ hāc humanitatē dimiſſit: ⁊ hec hūanitas eſt vel fuit iſte partes: ergo has partes dimiſſit: ſed ſolū ſequit ꝙ hūanitatem que eſt vel fuit he partes dimiſſit. ¶ In contrariū autē arguit: q̄2 nulla eſt appellatio realis, niſi q̄n duo termini cōnotatiui ponunt a parte eiuſdē extremi: ⁊ tn̄ nec ly, hō, eſt cōnotatiuum, nec ponit a parte eiuſdē extremi cū ly, dimiſſit. Propter hoc argm̄ Dialectici huius tēporis cōcederent, ꝙ Chriſtus dimiſſit hūanitatem, non tamē humanitatē dimiſſit. At vero dialecticam ſemper vellē ad cōmunē modū loquendi accōmodare: et profecto omniū auribus idē ſonat ſiue humanitas precedat ſiue ſequatur. Obidqꝫ poſtꝗ vere anima a corpore fuit ſeparata, nō eſt negandū, quin humanitas vere deſinit eſſe. Includit eñ ly, deſinit, tanꝗ ſubſtantiuū ly, hūanitas: ⁊ per cōſequens humanitatē Chriſtus dimiſit. Rn̄detur, ergo ꝙ illa regula ſolū eſt de terminis cōnotatiuis: ſed tn̄ in terminis predicamenti ſubſtantie pōt eſſe appellatio predicati ſuper primariū ſignificatū ſubiecti. Et hūanitas formal'r ſignificat totū cōpoſitū: qđ eſt dicere, partes in in quantū ſunt vnite. Hoc eñ etiā mō peccat illa cōſequētia. Pater eſt generās: pater eſt eſſentia: ergo eſſentia generat: ſꝫ inferendū eſt pater qui eſt eſſentia generat. Et eodē mō nō ſequit, Chriſtus in reſurrectione humanitatē reſumpſit, et hūanitas eſt iſte partes: ergo iſtas partes reſumpſit. ¶ Ad primā partē cōfirmatiōis negat illa cōſequētia quippe q̄ eſt in quatuor t'mis. Iſte partes erunt: ⁊ iſte partes ſunt petrus: ergo petrus erit. Nā verbū in antecedēti includit entia, et in cōſequēti ens. Qđ ſi arguas pluraliter de partib⁹ Petri ⁊ Pauli qui ſimul moriunt. Iſte partes erūt: ⁊ iſte partes ſunt vel erūt Petrus ⁊ Paulus: ergo Petrus ⁊ Paulus erūt: concedunt aliqui ſimpl'r ꝯn̄iam ⁊ cōſequens: q̄2 Petrus ⁊ Paulus erūt entia. Sed profecto lōge melius eſt negare ſimpliciter cōſequentiā: quia ly, erūt, in antecedēti includit entia, ⁊ in cōſequēti includit in cōi mō loquēdi idē copulatū qđ ponitur a parte ſubiecti. ſ. Petrus ⁊ Paulus erūt Petrus et Paulus. Cōcludendū ergo eſt Petr⁹ ⁊ Paulus ſunt vel erūt res q̄ erūt. ¶ Ad alia q̄ ibidē ſubijciuntur ſophiſmata in libris ſummularū rn̄ſum eſt. ¶ Ad aliud vero: licet ſimpl'r hac tēpeſtate ꝯcedat ꝙ duo ſunt tria ⁊ ſunt viginti ⁊ īfinita, negādū eſt id tn̄ in rigore. Nā duo ⁊ tria dicūt entia in actu: due aūt medietates nō ſūt ſimpl'r duo: q̄2 cū nō ſint ſeparate, nō habēt duas vnitates. Sꝫ cū addito ſunt due partes aut duo in potentia. Et ideo negatur ꝙ duo ſimpl'r ſunt: tria ſꝫ duo potētia, ſūt tria in potētia. ¶ Ad aliud in rigore loquēdo cōcedendū eſſet forte ꝙ partes eſſentiales ſunt partes integrales: ſiquidē totū eſt ſue partes eſſentiales ⁊ ſue partes integrales. Sed profecto ſatius eſt aures cōſulere, ⁊ negare illā. Nā ſenſ⁹ eſt, ꝙ pars eſſentialis eſt pars ītegralis: et alia eſſentialis eſt alia integralis. Qm̄ iſti termini includunt copulatum: ⁊ ideo tales propoſitiones in vſu loquēdi denotāt correſpondentiā partium copulati incluſi in ꝑdicato ad ptes copulati incluſi in ſubiecto. Vn̄ ex illis premiſſis iſte partes eſſentiales ſunt Petrus et Paulus Petrus ⁊ Paulus ſunt partes integrales: concludendū eſt ꝙ partes eſſentiales ſeruetur appellatio. Et eadem ratione negandū ſunt res que ſunt partes integrales, vt eſt ꝙ materie et forme Petri et Pauli ſunt eiuſdē ſpeciei: nam ſenſus eſt ꝙ inter ſe ſunt eiuſdē ſpeciei. Unde ex illis ꝑmiſſis, materie et forme ſunt Petrus ⁊ Paulus: et Petrus ⁊ Paulus ſunt eiuſdem ſpeciei, concludendum eſt ꝙ materie et forme ſunt res que ſunt eiuſdem ſpeciei. Et omnes iſte conſequē

Ad.2.ꝯfir.

Ad.4.pri.

Chriſtus hūanitatē dimiſſit.

Ad vlti. confir.



ſequentie ſunt formales: quia ly, res, ponitur ſolum ad ſeruandam appellationem. ¶ Sequitur in text. Caput quartum. At autem phyſici ⁊c.

Tex.xxxvj. Manifeſtum eſt igitur &c.

## Quæſtio quarta.

VTRVM ENTIA NATVralia tam ad maximū q̄ minimū terminētur.

CIrca illud verbū textus trigeſimi tertij, ꝙ ex nihilo nihil fit, mouenda fuiſſet hic queſtio, niſi ꝙ inferius ſuper text. 78. vbi Ariſt. ſenſum horū verborū diſtinguit aptius diſputabit nempe. q. 7. vtrum forma educat de potentia materie. De illo vero, ꝙ infinitum non eſt cognoſcibile, abunde dictum eſt in expoſitione textus 35. ¶ Eſt ergo quarta queſtio circa textum. 36. vtrū entia naturalia ad maximum terminentur, ⁊ ad minimum. Ad cuius partem negatiuā arguitur. Primo authoritate Ariſto. 2. de anima tex. 41. vbi ait ꝙ ignis in infinitū creſceret, ſi combuſtibilia in infinitum applicarentur. Et ratione id confirmatur. Ignis quantuſcūqꝫ ſit, eſt actiuus: immo quāto maior, magis actiuus: ergo igne quocūqꝫ dato quantūcūqꝫ magno, ſi applicaret ſtuppa, illā cōbureret, ſibiqꝫ vniret: ⁊ per ꝯn̄s non dabitur maximus. ¶ Et ſecundo arguit. Si res terminarent ad maximū, aut minimū, maxime id eſſet ratione quantitatis: ſed quātitas de ſe nullam certam extenſionem determinat: ex ratione enim ſua nihil aliud habet, ꝗ facere partes extra partes in quacūqꝫ quantitate. ¶ Et tertio eſt commune argumentū: quia ſi daretur maximus homo ⁊ poneretur in loco humido, aut ſi illi quis pugno maxillas ꝑcuteret, vnde neceſſe eſſet ipſum tumeſcere, ſequeret ꝙ deſineret eſſe per vltimū ſui eſſe: qđ eſt cōtra Ariſt. 8. huius text. 69. Et probatur ſeq̄la. Tumor fit per motū: ⁊ motus incipere non pōt niſi per vltimū nō eſſe vt in lib. 3. videbimus. Detur ergo illud inſtans. Tunc bene ſequitur, nunc nō tumeſcit, ⁊ immediate poſt hoc tumeſcet: ergo nunc eſt homo, ⁊ non immediate poſt hoc erit homo (alias daretur homo maior maximo) ⁊ per ꝯn̄s deſinit eſſe per vltimū ſui eſſe. ¶ Quarto itidē arguitur de minimo. Quocūqꝫ ligno quantūcunqꝫ minimo dato, quecūqꝫ pars eſt lignū eiuſdem nature cum toto, ergo poteſt eſſe per ſe ſicut totū. ¶ Et confirmat ſicut ſuperi⁹: q̄2 quantitas de ſe nullam determinat extenſionem quoad paruitatem: quia quacunqꝫ data poteſt eſſe minor. ¶ Quinto tandem arguitur: quia etiam dato minimo homine ſequeretur pariter ꝙ deſineret eſſe per vltimū ſui eſſe. Nam dato illo minimo, ſi applicetur aliquid diuiſiuū, aut cōdenſatiuum, cum diuiſio ⁊ condenſatio ſit mot⁹, debet condenſatio incipere per vltimū non eſſe: ⁊ illud erit vltimū eſſe illius minimi. Nam ſi nūc non condenſatur, nunc eſt minimum: ⁊ ſi immediate poſt hoc cōdenſabitur, non erit minimum. ¶ In contrariū eſt authoritas Ariſto. in hoc tex. 36. vbi ait impoſſibile eſſe carnem, aut os, aut aliquid aliud quantūcunqꝫ eſſe magnitudine, aut in maius, aut in minus. Quod repetit in text. 38. dicens, ꝙ ex minima carne nullum ſegregabitur corpus: alias erit minor minima.

¶ Quæſtio hæc præcipua eſt in hoc primo libro. Et ꝓterꝗ ꝙ infra ſuos ipſa phyſicos limites longa eſt, recētiores cum latis ſophiſmatibus lōgiſſimā eam fecere. Unde in multas queſtiones diuidunt. Aliam queſtionem de maximo ⁊ minimo, aliam de minimo naturali facientes. Eſt verūtamen vnica: ⁊ rōnes vtriqꝫ mēbro de maximo ⁊ minimo fere ſunt ꝯmunes. Obidqꝫ vnicā facimus queſtionē. Quā tn̄, q̄2 non poteſt non eſſe longiuſcula, in tres diſtribuimus articulos. In primo exponimus terminos, cōmuniaqꝫ iacimus fundamenta: in ſecundo diſputamus de maximo: atqꝫ in tertio tandē de minimo. ¶ Duplicē ergo ſenſum habet queſtio hec. Primus eſt de re: ſecūdus, de modo. i. primus eſt an entia naturalia determinentur verſus vtrunqꝫ extremū. Itaqꝫ forma canis non poſſit tantā informare materiā, quantum forma equi, nec tam minimā, quantā forma formice. Alius ſenſus eſt vtrū eſto non poſſit canis ſub quacūqꝫ eſſe quātitate: terminetur tamen intrinſece per maximū qđ ſic, ⁊ per minimū ꝙ ſic: an extrinſece per minimū quod non, ⁊ maximū quod non. ¶ Sunt ergo primū interpretandi quatuor hi termini. Maximum quod ſic, eſt ille terminus quantitatis, ſub qua forma naturalis eſſe pōt, ⁊ ſub nulla maiori. Minimū ꝙ non, eſt ille terminus quantitatis ſub qua forma naturalis eſſe non poteſt, ⁊ ſub quacunqꝫ minori (que non ſit minor termino paruitatis) eſſe poteſt. Et iſti ſunt termini magnitudinis: primus quidem intrinſecus: ſecundus vero extrinſecus. Minimū ꝙ ſic, eſt terminus quantitatis ſub qua forma naturalis eſſe poteſt, et ſub nulla minori. Maximū ꝙ non, eſt terminus quātitatis ſub qua forma naturalis eſſe non poteſt, ⁊ ſub quacunqꝫ maiori (que non ſit maior termino magnitudinis) eſſe poteſt. Quod dicimus de termino quantitatis quoad eſſe forme ſubſtantialis, proportionabiliter applicari poteſt ad potentiam, ⁊ ad motum, ⁊ ad res alias, que terminantur per maximū ⁊ minimum. Ut maxima diſtantia ad quā terminatur viſus, eſt illa ad quam poteſt videre, ⁊ vltra illam non poteſt: ⁊ minima que non, eſt illa ad quā non poteſt ⁊ ad quālibet minorē poteſt. Et maximū pondus quod potentia poteſt portare, eſt illud quod poteſt, ⁊ nullū maius poteſt. Et minima frigiditas ꝗ calor vt 4. non poteſt vincere, eſt illa quam nō poteſt (puta frigiditas vt. 4. ⁊ quamlibet minorem poteſt. Et proportionabiliter in reliquis. ¶ Eſt ſecundo notādū ꝙ in quacūqꝫ materia ex duabus ſubcōtrarijs infertur alter diſiūctiue iſtorū t'minorū, hoc modo. Eſt aliq̄ materia quā forma hoīs pōt informare. ⁊ aliqua ꝗ ꝓpter eius manitudinē non pōt: ergo datur maxima quā pōt vel minima quā nō pōt. Item eſt aliqua materia quā talis forma pōt informare, ⁊ aliq̄ quā ꝓpter ei⁹ paruitatē nō pōt: ergo dat minima quā pōt, vel maxima quā non pōt. Et ſuo cuiuſqꝫ mō in reliquis. ¶ His ſuppoſitis q̄ſtio, ꝓter ſenſus ſupra ſignatos, adhuc poteſt intelligi in triplici ſenſu. Prim⁹ de facto: vtrum inter entia que modo ſunt ſit dabile corpus maximum, vel ſimpl'r, ita ꝙ nullum aliud cuiuſcūqꝫ ſpēi ſit maius, aut in ꝓpria ſpē, itaqꝫ nullū eiuſdem ſpeciei ſit maius. Et proportionabiliter de minimo. Secundus ſenſus eſt de poſſibili ſupra

Duplex ſenſus.

Maximū. Minimū.

Sēſ⁹ tres q̄ſtionis.

ſupranaturaliter, vtrũ detur aliquod corpus ita
magnũ vt deus ſupranaturaliter non poſſit face
re maius, aut ſimpl'r, aut in ſua ſpecie: aut ita par
uũ, vt nõ poſſit facere minꝰ. Tertiꝰ deniqꝫ ſenſus
eſt de poſſibili natural'r: ⁊ ſolus iſte eſt ad ꝓpoſi-
tũ: tãetſi de priorib⁹ duob⁹ ſingula verba adnota
uimus. ¶ Jn primo ſenſu nõ eſt dubiũ quin ſupma
celeſtiũ ſphera ſit in rei veritate maxima: non ſo
lum negatiue, vt nullũ ſit maius corpus: ſed po-
ſitiue, vt ſit quocunqꝫ alio maius. Jmmo eadem
ſphera eſt omnium maximum corporum: que
naturaliter eſſe poſſunt: nõ tamẽ eorũ maximum
que deus ſupra naturaliter põt facere. ¶ At vero
in ſingulis rerũ ſpeciebus neceſſarium eſt dare
maximũ qđ ſic negatiue. Aut enim inter hoĩes
qui mõ ſunt eſt vnus homo alios quãtitate excel
lens: ⁊ tunc erit maximus poſitiue: aut ſunt ali-
qui equales, alios vero oẽs excedentes: ⁊ tunc
quilibet eorũ eſt maximus negatiue. ¶ De mini-
mo vero manifeſtũ etiã eſt aliquod eſſe mõ mini
mũ omniũ rerũ, que ſunt in mundo. Nondum tñ
compertum eſt quodnam ſit illud: niſi dicas il-
lud eſſe minimũ acarũ. Jn ſingulis autem ſpecie
bus eſt minimum quod eſt per ſe ſubſiſtẽs in illa
ſpecie: aut poſitiue, aut ſaltẽ negatiue: vt dictum
Non eſt max. nec mini. — eſt de maximo. ¶ Sed de partibus que ſunt entia
tantũ in potentia neqꝫ eſt dabilis maxima, neqꝫ
minima: vt patet diuidenti continuũ per partes
proportionales. Etenim verſus illud extremum
quo tendit diuiſio non eſt dabilis minima: ⁊ ver-
ſus aliud nõ eſt dabilis maxima: nam tres quar-
te eſt maior pars q̃ medietas: et tres quarte cũ
vna octaua eſt maior. Et ita cõſequenter. ¶ Pro-
portionabiliter loquendum eſt de quantitate di
Numerus maximꝰ. — ſcreta. Numerus enim rerũ que actu ſunt in mũ-
do ſeparate eſt maximus de facto numerus, ⁊ fi-
nitus: ſicuti binarius duarũ rerũ eſt minimus.
Hoc adnotauerim ſi mõ poſſem perſuadere phi-
loſophis huius etatis, ne de partib⁹ loquantur,
acſi eſſent entia ſeparata. Aiunt enim ꝙ nullus
eſt maximus numerus citra infinitum: eo ꝙ par-
tes continui ſunt infinitus numerus. Quod tñ
expreſſe Ariſt. negat. 3. huius text. 68. ⁊ 69. vbi ex-
preſſe ait, ꝙ numerus non eſt infinitus, niſi in po
tẽtia: qꝛ numerus fit per actualem diuiſionẽ con
tinui in plures vnitates: ⁊ ideo quocunqꝫ dato
põt dari maior: ſed quia continuũ non poteſt eſ-
ſe diuiſum in omnẽ ſuã partem, fit vt nec numerꝰ
poſſit eſſe infinitus. Añ continuum nec eſt plura
ſimpl'r, nec eſt numerus: ſed omnes partes ſunt
vnũ, vt frequẽtiſſime repetit Ariſto. Et eadem ra
tione nulla pars ipſius cõtinui eſt maior, aut lõ-
Linea giratiua. — gior q̃ ipſummet continuũ. Fingunt enim in pe-
dali lineã giratiuã cuius prima pars circuat pri
mam partẽ proportionalẽ: ſecunda vero ſecun-
dã: ⁊ ita cõſequenter. Et hanc dicunt eſſe infinite
longam. Quod profecto falſiſſimũ eſt, cum nõ ſit
actu ſeparata: immo nec forte eſt ſeparabilis, vt
videbimus lib. 3. queſtiõe de infinito. Quare nul
la pars pedalis eſt longior q̃ pedale. Nec illa pri
ma pars linee giratiue eſt longior, q̃ ſemipeda-
le: qꝛ non vltra extẽditur ſm longitudinẽ. Et nõ
ſolum Ariſto. ſed quicunqꝫ ſapiens ita loqueret.
Fateor tamẽ ꝙ ſi filũ ſeparatũ circueret illo mõ
primã medietatem pedalis eſſet tam longum q̃
faceret circulum: ſed nõ poſſet illo modo circue
re oẽs partes proportionales. ¶ Hinc ſequit con
tra quoſdã in hoc loco, ꝙ in rei veritate eſt nunc
maxima velocitas motus, vt patet de velocitate
primi mobilis. Negant tamen hoc quidã hac ra-
tione: quia cũ primũ mobile moueatur ſuper po
los, quãto partes ſunt propinquiores polo, tan-
to minorẽ circulũ deſcribunt (vt in ſphera mate-
riali quiſqꝫ poteſt videre) et cum nulla ſit pars
propinqua polo qua non ſit alia propinquior (ſi
diuidatur orbis per partes proportionales ver-
ſus polũ) ⁊ per cõſequens illa minorẽ circulũ de-
ſcribat, dicunt ꝙ verſus polos non datur tardiſ-
ſimus motus: ſed quocunqꝫ dato adhuc eſt aliꝰ
tardior. Et eadẽ ratione cum nõ ſit dabilis pars
ita propinqua equinotiali qua non ſit alia pro-
pinquior (ſi diuidatur orbis verſus equinotiale)
⁊ per ꝯñs maiorẽ circulum deſcribat, inferunt ꝙ
verſus equinotialẽ nõ datur velociſſimus motꝰ:
ſed quocũqꝫ dato alius eſt velocior. Eodẽ modo
ſi diuideretur orbis ſm groſſiciem, tunc verſus
conuexum non datur velociſſimus motus: quia
quacũqꝫ parte data adhuc eſt alia propinquior,
que facit maiorẽ circulũ. ¶ Hec tñ profecto non
ſunt philoſophica: nam ſignare poſſumus pun-
ctũ in ſuperficie conuexa primi mobilis in linea
equinotiali, quod quidẽ faciet maximũ circulũ:
⁊ per ꝯñs ille eſt velociſſimus motus totius or-
bis. Et hoc ſiue dentur linee ⁊ ſuperficies indiui
ſibiles ſiue nõ: qꝛ ſicut partes nõ ſunt actu diſtin
cte a toto, ſed efficiũt vnũ cũ toto, ita nec motus
partium eſt alius a motu totiꝰ. Et ideo totũ ꝑmũ
mobile mouet tã velociter, q̃ illud pũctũ ad ima
ginationẽ ſignatũ. Unde in primo mobili nec da
tur motꝰ tardior nec velocior niſi in potentia: qꝛ
.ſ. per potentiam ſupra naturalem poſſunt actu
diuidi ille partes. Sed de his ſatis. De ſecundo
ſenſu queſtionis an detur aliquod ita maximum
quod deus ſupranaturaliter nõ poſſit facere ma
ius, ſermonem facturi ſumus articulo ſequenti
poſtq̃ viderimus quid ſit de potentia naturalꝭ.

¶ In ſecundo igitur articulo vi- — Articulus ſecundus.
dendũ eſt an entia naturalia terminent ad maxi
mũ, ita vt nõ poſſint eſſe natural'r ſub maiori quã
titate. Et vt diximus in principio duplex eſt ſen-
ſus: primus de re, an hõ. v.g. non poſſit eſſe quan
tacũqꝫ quãtitate maximus nec quantacunqꝫ mi
nimus: ⁊ ſecundus de mõ, vtrũ terminetur in-
trinſece per maximũ ꝙ ſic ⁊ minimũ ꝙ ſic, an po-
tius extrinſece. Unde ad ambos ſenſus reſpõde-
mus ſex cõcluſionib⁹ tam de potentia naturali,
q̃ de ſupranaturali. ¶ Et vt certa ab incertis di-
ſcernamus, prima concluſio eſt. Jn omnib⁹ viuẽ — 1. Conclu.
tibus, tam in animalibus q̃ in plantis, eſt dabi-
bilis certus terminus augmẽti ⁊ decremẽti, ſiue
intrinſece terminentur ſiue extrinſece: ita vt nec
poſſit eſſe homo, aut equus, aut plãta, ita magnꝰ
ſicut mõs, nec ita paruus ſicut formica. Hanc cõ
cluſionẽ expſſe aſſerit Ariſt. hic tex. 36. ⁊ 38. ⁊ pre-
ſertim. 2. de anima text. 41. vbi ait ꝙ omniũ natu-
ra conſtantiũ terminus eſt et ratio magnitudi-
nis ⁊ augmenti. Qđ vno cõſenſu quotquot ſunt
philoſophi concedunt. Nec de hoc eſt cõtrouer-
ſia. Et primo id cõſtat experiẽtia: qꝛ quod nunq̃
hactenus natura fecit, argumentũ bonum eſt in
naturalibus, illud natura non poſſe: nunq̃ autẽ
auditus eſt hõ quantꝰ eſt mons: niſi qđ poete de
Atlante fingunt. Ratio tñ cõcluſionis in ſequẽti
ſtatim



2. Cõclu. — ſtatim parebit. ¶ Secũda cõcluſio. Uiuentia ter-
minantur quo ad magnitudinem intrinſece per
maximũ quod ſic: ita vt detur tantus homo, quo
maior per naturã eſſe nõ poſſit. De hac cõcluſio-
ne cõtrouerſum eſt inter phos: ſaltem iuniores.
Sunt.n. qui eã negãt ꝓpter tertiũ argumẽtũ pn-
cipale, qđ ſupra fecimus: qꝛ ſi daret maximꝰ hõ,
nõ poſſet intumeſcere, quin deſineret eſſe per vl-
timũ ſui eſſe. Et ideo aſſerũt augmẽtũ rerũ nõ ter
minari intrinſece ꝑ maximũ, qđ ſic: ſꝫ extrinſece-
per minimũ qđ non. Sunt item qui illã concedẽ-
tes probãt: qꝛ poſſent omnes cauſe naturales tã
bene aptari ⁊ ꝯcurrere ad ꝓductionẽ vniꝰ hoĩs,
aut equi, aut ignis, vt optimũ ⁊ maximũ per na-
turã produceret. Sed tñ prius q̃ a poſteriori per
incõuenientia, examinanda eſt a priori veritas ex
ꝓprijs principijs. Rõ vero potiſſima cõcluſionis
eſt hec: quã docte S. Tho. 1. p. q. 7. arti. 3. expreſſit.
Forma quecũqꝫ naturalis determinat ſibi certa
accidentia, vt ignis tantã intenſionem caloris ⁊
ſiccitatis ⁊c. inter alia vero accidentia eſt quan-
titas ⁊ figura que fundatur in quãtitate: ergo for
ma (.v.g.) humana ſicut determinat alia accidẽ-
tia, ita determinat certã quantitatẽ materie quã
animare põt: quã cũ animauerit erit maximus
homo. ¶ Sed dicet aliqs hoc ſolũ ꝓbare, ꝙ nõ po
terit animare quãtãcũqꝫ quãtitatẽ: nõ tñ ꝓbat ꝙ
terminet ad maximũ qđ ſic. Arguit nihilominus
oſtẽdẽdo vim argumẽti. Forma q̃cunqꝫ intrinſe-
ce terminat ad certã ꝑfectionẽ quã poſitiue in ſe
habet: itaqꝫ forma equi habet (.v.g.) ꝑfectionẽ vt
q̃tuor incluſiue, ⁊ forma elephantis perfectionẽ,
vt. 5. ⁊ forma hoĩs ꝑfectionẽ vt. 6. Sunt.n. ſpẽs ſi-
cut numeri. Tunc ſic forma equi intrinſece ⁊ poſi
tiue includit tãtã perfectionem que eſt maxima
quã põt habere: ergo intrinſece etiã determinat
v.g. calorẽ vt. 7. frigiditatẽ vt duo, ⁊ ſic de alijs ac
cidentib⁹ q̃ ſunt maxime eiꝰ diſpoſitiones: ergo
intrinſece determinat tãtã quãtitatẽ, quã infor-
mare põt q̃ intrinſece terminet ad maximũ et ad
minimũ. Quare hoc etiã argumento vtemur ad
aſſerendũ minimũ. Neqꝫ ad vim rõnis huiꝰ q̃cq̃
refert quantitatem diſtingui a re quanta necne.
Utroqꝫ.n. modo cõcedẽdũ eſt ꝙ accidentalis di
ſpoſitio eſt requiſita ad cõſeruationẽ forme ſub-
ſtãtialis. ¶ Scđo probat concluſio ſpecial'r in vi-
uẽtibus. Anima viuẽtis auget ſuppoſitũ per nu-
tritionẽ cõuertẽdo alimentũ in ſubſtantiã aliti:
ſed hec virtus augmẽtatiua eſt finita, cum eſſen-
tia ipſius forme ſit finita: ergo dabit aliquis ter-
minus vltra quẽ non poterit progredi in augmẽ
tatione. Et ꝙ ille ſit intrinſecus. ſ. maximus q̃ ſic,
iam probatum eſt: qꝛ cetera accidentia que talis
forma requirit illo mõ terminant ad maximũ: er
go ⁊ quãtitas. ¶ Et cõfirmat. Forma quecũqꝫ vi-
uẽtium determinat ſibi certũ tẽpus durationis,
vltra qđ progredi non põt. Alia.n. animalia ſunt
diuturniora q̃ alia, ⁊ alie arbores diuturniores
alijs, nihilominus omnia habẽt ſuam vite perio
dũ: ergo pariter in augmẽto eſt dabilis terminꝰ.
Quod vel experiẽtia ipſa cõpertũ eſt. Creſcũt.n.
vſqꝫ ad certũ tẽpus, ⁊ tunc ceſſant augeri. Et tan-
dem confirmatur authoritate Ariſt. ponẽtis mi
nimã carnẽ ⁊ eadẽ ratione maximã. Hac de cau-
ſa non enunciauimus has concluſiones, vti a
quibuſdã enunciantur, ſub his verbis. Omne to
tum etereogeneũ. ſ. habẽs partes alteriꝰ ratio-
nis q̃ totũ, terminat ⁊c. nã q̃uis forſan omne vi-
uens, etiã plãta, ſit etereogeneũ (in plãta.n. ſunt
folia, fructus ⁊ cortex ⁊c.) tñ cauſa cur habẽt ra-
tionẽ ⁊ terminũ augmẽti, non eſt qꝛ ſunt etereo-
genea, ſed qꝛ habent formam vitalem. Et ideo vt
formalis eſſet oratio, aſſeruimus concluſionem
ſub verbo quod eius cauſam inſinuaret. ¶ Ter-
tia cõcluſio. Quod dictũ eſt de viuente, intelligẽ — 3. Conclu.
dum pariter eſt de eius partibus, ⁊ alijs acciden
tibus que ad conſeruationẽ forme requiruntur.
Jmmo non ſolũ in viuentibus, ſed etiã vniuerſa-
liter in omnibus rebus naturalibus, accidentia
optime conſeruantia formã terminantur ad ma
ximum ⁊ minimum naturaliter. Hanc concluſio
nem pretẽdit Ariſt. hic in iſto text. 36. vbi facit ar-
gumẽtũ, ꝙ ſi partes nõ terminãtur in augmento
⁊ decremento puta caro, os, caput ⁊c. (de his.n.
partibus vt in Cõmẽ. diximus loquitur Ariſto.)
nec totũ terminabitur. Unde ex oppoſito conſe-
quentis ſequitur, ꝙ ſi totum terminetur, partes
etiã ⁊ accidentia terminant. Et ratio eſt eadem,
quã iam mõ faciebamus, qꝛ vnaqueqꝫ forma na-
turalis determinat ſibi reliqua accidentia ſine
quibus naturaliter conſeruari non poteſt: nec
enim eſſe poteſt aqua tam rara: q̃ aer, nec aer eſt
tam denſus: q̃ aqua. Et pariter calor non poteſt
eſſe intenſior q̃ ille qui eſt naturalis igni: nec fri-
giditas poteſt eſſe intenſior, q̃ illa que eſt natu-
ralis aque. ¶ Quarta concluſio. Elementa ⁊ om- — 4. Conclu.
nia alia mixta non viuentia terminantur natu-
raliter ad maximũ quod ſic. Naturaliter inq̃. ſ.
ordine rerum vniuerſaliũ ſeruato, puta orbium
celeſtiũ ⁊ ſub celeſtium elementorum. Probatur
manifeſte nam celeſtes orbes, cum ſint in gene-
rabiles ⁊ in corruptibiles, non poſſunt per natu
ram ampliores ⁊ capaciores eſſe. Tunc ſic. Lõca
uum orbis lune eſt finitũ: ergo intra illud nõ po-
teſt maior eſſe ignis q̃ quem orbis lune capiat.
Eadem ratione probatur de aere: quia non po-
teſt eſſe maior aer q̃ qui contineatur ſub orbe
ignis exiſtentis ſub vltima cõdenſatione qua eſ
ſe poteſt: aer nãqꝫ creſcere non poſſet ſurſum, ni-
ſi ignis condenſaretur: nec deorſum, niſi cõden-
ſaretur aqua: ⁊ cum, vt precedens cõcluſio aſſe-
rebat, deueniẽdũ ſit ad ſummã condenſationem
⁊ ignis ⁊ aque, ita vt ſub maiori talia elementa eſ
ſe non poſſent, non poſſet amplius aer creſcere.
Et eadem eſt ratio de mixtis. ¶ Quinta conclu- — 5. Conclu.
ſio. Jgni ex ſua natura non repugnaret in infini-
tum creſcere ſi infinita combuſtibilia ei applica
rentur: atqꝫ adeo in hoc ſenſu non terminat eius
augmentum, nec intrinſece per maximum quod
ſic, nec extrinſe per minimũ quod non. Hanc con
cluſionem manifeſte aſſerit Ariſtot. loco citato
in primo argumento principali. Neqꝫ earum vl-
la, que a doctoribus plurime dantur, ſatiſfacit
ſolutio. Dicere namqꝫ ꝙ illa applicatio cõbuſti-
bilium non eſt poſſibilis naturaliter, nihil ad
rem: iam enim id nos conceſſimus in concluſio-
ne quarta. Sed loquimur conditionaliter, ſi ſi-
gnato igni, quem illi ponunt maximum, applica
retur ſtuppa, an ignis augeretur. Reſpondẽt ali-
qui, aſſerentes maximũ ignẽ, ꝙ applicata ſtup-
pa, non inflãmaretur: nõ ex defectu particularis
agentis: ſed ratione vniuerſalis nature. Quẽad-
modũ aiunt aqua per foramina clepſydre attra-
cto aere aſcẽdit, ne det vacuũ in clepſydra, natu-
ra vniuer-

ra vniuerſali id prouidente. Alij dicunt ꝙ bene inflãmabitur tunc, ſed non vnietigni, ne det maius maximo: alij vero ꝙ bene quidẽ vnietur, ſed tanta particula aliunde maximi ipſius ignis corrumpetur. Iſte tamen ſolutiones voluntate magis ꝗ ratione nituntur. Nã non diſputamus ſuppoſito ordine vniuerſali rerũ: iam enim aſſeruimus ↄcluſione quarta, ꝙ ſuppoſitis locis ⁊ alijs diſpoſitionibus naturalibus elementorum, datur maximus ignis, ⁊ maximus aer. Et tunc bene reſpondetur ꝙ ſi elementa eſſent in ſumma denſitate, intra cõcauũ lune implicat poſſe ignẽ creſcere ſine corruptione. Sed ſolũ diſputamus de natura particulari ignis, ſi diſputationis gratia poneretur extra orbes celeſtes, ⁊ illic applicaretur ſtuppa. Tunc autem profecto dicere ꝙ non inflãmaretur, eſt dicere cõtra naturã ignis, qui quanto maior eſt, tanto magis eſt actiuus: eſt mirabile ꝙ minor ignis poſſet illã ſtuppã cõburere, ⁊ nõ ille maximus. Et dicere ꝙ non vnietur illi: niſi alia pars corrumpetur, eſt contra cõmunẽ ſenſum humanũ. Nam tunc ex tali vnione nulla ſequeretur diſſolutio, aut euerſio vniuerſi. Unde potius profecto negarẽ decies Ariſtotelẽ, ꝗ hãc ſolutionẽ poſſem mihi perſuadere. Nõ enim ꝓpter authoritatẽ Ariſt. aut cuiuſcũꝗ aſſerentis maximum naturale, debemus concedere id quod multo plus repugnat modo concipiendi, ꝗ rationes ponderẽt naturales perſuadẽtes maximum. ¶ Sed his pretermiſſis probatur ꝙ hec fuerit expreſſa mens Ariſto. Loco enim citato. 2. de anima tex. 41. expreſſe voluit hanc conſtituere differentiã inter ignẽ ⁊ viuentia, ꝙ viuẽtia habent terminum augmenti: ignis vero nõ. Tractat enim illic queſtionẽ, vtrũ ignis ſit tota cauſa augmẽti in viuentib⁹, vt quidã philoſophi opinabantur. Id Ariſto. falſum eſſe probat, ex eo, ꝙ ignis nullum habet terminum augmẽti, ſed tandiu ſine termino augetur, quandiu cõbuſtibile applicetur: illa vero (inquit) que natura conſtãt, terminũ habent ⁊ rationẽ augmenti. Et eadẽ eſt illic ſententia S. Tho. ¶ Et ratione ꝑterea cõfirmatur: quia ratio quare forma determinat ſibi quantitatem, vt diximus in ſecunda concluſione, eſt, quoniam ens naturale augetur ex virtute forme conuertentis alimenta in ſubſtantiam aliti, nec poteſt ſeipſam augere niſi augendo totum: ⁊ quia virtus forme eſt finita, inde fit vt habeat terminum augmenti. Hec vero ratio non currit de igne: nam forma ignis non nutrit ab intrinſeco ignem nutriendo ſingulas partes, vt forma animalis, ſed creſcit applicata ab extrinſeco noua materia per iuxta poſitionem, quam ignis comburendo vnit ſibi. Que proinde nõ eſt propria augmentatio: ſed impropria. Et ideo cũ ſemper creſcente ab extrinſeco forma ignis creſcat virtus actiua, nullus datur terminus, aut virtutis, aut augmenti. Certe re attente inſpecta videtur concluſio ⁊ Ariſtote. eſſe expreſſa, et ꝑm rationem neceſſaria. Quod de igne dictum eſt, de aere ⁊ de aqua eadẽ ratione intelligi poteſt. Neſcio tamen an eadẽ ſit ratio de omnibus mixtis homogeneis, vt puta de auro ⁊ de argento. Saltim non videtur ita certũ: quia forme iſtorũ ſunt quodãmõ vegetatiue q̃ conuertunt terrã in ſe. Sed tñ forſan idem eſt de iſtis, qꝛ nec iſta eſt augmentatio proprie dicta vt partes intrinſece nutriantur, ſicut in animali: ſed fit per extrinſecã appoſitionẽ. ¶ Qđ ſi quis arguat ꝙ Ariſtot. in hoc tex. ⁊. 2. de aia tex. 41. abſolute ait ꝙ omnium natura cõſtantiũ eſt tr̃us augmenti. Reſpõdetur primo, ꝙ. 2. de anima expreſſe per natura cõſtantia intellexit viuentia, qñquidẽ ignẽ nõ ↄnumerauit inter natura cõſtantia, ſed potius diſtinxit ab illis. Et in hoc loco idẽ videtur ſentire: qꝛ exẽplũ nunꝗ poſuit niſi in carne ⁊ oſſe ⁊ reliq̃s partib⁹ animalium. ¶ Secundo rñdetur ꝙ ꝗuis de oibus rebus naturalib⁹ vl̃iter loquatur, intelligit tñ ſuppoſito ordine vniuerſi, vt in. 4. cõcluſione dictũ eſt. ¶ Sed reſtat argumentum in via S. Thome: qui videtur ſtatuere terminũ augmenti in omnibus etiã inanimatis: nempe qui. 1. p. q. 7. arti. 3. negat in vniuerſum ens aliquod naturale poſſe eſſe infinitũ: ⁊ tamẽ ex iſta concluſione videtur ſequi ꝙ detur ignis infinitus: ſiquidẽ eius augmentũ non habet terminum. ¶ Caiet. adducens illic authoritatem Ariſtot. contra S. Tho. effingit neſcio quam diſtinctionem, certe (vt pace doctiſſimi authoris dixerim) parũ phyſicam. Ait nanꝗ maximũ ignẽ dupliciter intelligi: vno modo de igne per ſe vno: alio mõ de igne per accidẽs vno. Ignem per ſe vnum appellat illũ qui naturaliter non eſt diuiſibilis in duos ignes per ſe exiſtentes: ſicut ſi minimũ naturale ignis ſit digitale, ignis digitalis, ⁊ quicunꝗ maior citra ignem duorum digitorum, eſt ignis per ſe vnus: quippe qui nõ ſit diuiſibilis in duos, alias daretur minor minimo. Ignẽ vero duorum digitorũ, ⁊ quẽcunꝗ maiorem, appellat ignem per accidens vnũ: qꝛ poteſt diuidi in duos. Tunc ait ꝙ in igne per ſe vno datur maximus: ſed in igne per accidens vno non datur maximus, niſi propter ordinem vniuerſi. ¶ At vero ſignificatio illa de igne per ſe vno nec habet fundamentũ in Phyſica, nec probabilitatẽ. Certe tunc maximus per ſe ignis naturalis non ſufficeret calefacere manum: nec maxima aqua ſufficeret extinguere ſitim. Et preterea eſt implicatio in dictis. Si enim digitalis ignis eſt per ſe vnus, ⁊ quicunꝗ citra ignem duorum digitorum, qui iam non eſt per ſe vnus, manifeſte ſequitur ꝙ non eſt dabilis maximus per ſe vnus: nam quocũꝗ dato maior digitali adhuc eſt dabilis maior citra bidigitalẽ, vt patet ſi ſecundã digitalitatẽ diuidas per partes proportionales. Id aũt qđ ſecũdo dicit vꝫ ꝙ in igne maiori duobus digitis non datur maxim⁹, verum eſt, qꝛ expreſſe eſt noſtra concluſio: niſi ꝙ non deberet vocare vnum per accidens, poſtꝗ ignis quãtuſcũꝗ fuerit, eſt tam vere vnum ens, ꝗ eſt vnũ animal. ¶ Igit quantum attinet ad S. Tho. conceditur ꝙ non datur ignis, nec aliquod ens naturale infinitum, non ſolũ per naturã, ſed forte ꝙ nec deus id poſſet facere. Et hoc nos fatemur, vt lib. 3. diſputabimus: qꝛ quodcũꝗ ens naturale vendicat ſibi aliquã figuram, ⁊ infinitum nullã poteſt habere: ⁊ propter alias preſſius vrgentes rationes. Attamẽ nullatenus ſequitur ſi ignis non põt eſſe infinitus, ꝙ detur ſubinde certus terminus eius augmenti: immo dicimus ꝙ quocũꝗ dato extra celũ, adhuc augebatur ſi cõtinuo applicentur combuſtibilia. Nihilominus nunꝗ deuenietur ad tempus quo ſit infinitus. Queadmodũ lꝫ poſt hac tempus eſſet perpetuũ, nunꝗ tamen poſſet perueniri ad inſtans in quo fuiſſet tranſactum infinitum. Et queadmodum per diuiſionem continui quocũꝗ numero dato dabitur maior, ſed nunꝗ dabit numer⁹ infinit⁹.

## ¶ De potẽtia verò abſoluta dei.

Scotus. Scotus lib. 3. d. 13. q. 1. opinat poſſe dari ſummam qualitatẽ finitã, ita vt nec de⁹ poſſit eam ampli⁹ intendere, qualẽ inquit eſſe grãm Chriſti cũ quo Caietanus. 2. 2. q. 24. arti. 7. ⁊. 3. p. q. 7. arti. 11. ⁊. 12. videtur conſentire. Sed cõtra Scotum poſſumus primo arguere ad hominẽ. Nam in. 2. d. 2. q. 9. tenet expreſſe noſtram quintã concluſionem. ſ. ꝙ ignis nõ habet tr̃um augmẽti: ſed quocũꝗ dato põt dari maior: ergo a fortiori ſupranaturaliter quacũꝗ data q̃litate põt deus facere maiorem. ¶ Et preterea, quicquid ſit de concluſione: certe rõ eius nõ ſolũ nõ probat ſuũ intentũ, ſed potius cõtrariũ. Arguit. n. ſic. Detur qualitas. a. alicui⁹ intenſionis, puta vt vnũ: ⁊ querit an aſcendendo detur ſtatus ad aliquã ſupremã, ⁊ habetur ꝓpoſitũ. Qđ ſi non datur ſtatus, tunc quanto aliqua plus excedit hãc, erit ꝑfectior: ⁊ per ↄ̃s illa que in infinitum excedit, erit infinite intenſa: qđ eſt impoſſibile. Sed tamen nos dicimus ꝙ aſcẽdendo nõ datur ſtatus: ⁊ cõcedim⁹ ꝙ quãto plus aliqua excedat hãc, tãto erit perfectior: ſed tñ nulla eſt dabilis q̃ in infinitũ excedat hanc. Sicuti dato binario tunc per diuiſionẽ cõtinui quãto aliquis numerus magis excedit hunc, eſt maior: et nullus dabit quin alius adhuc magis excedat: nullus tñ dabit in infinitũ excedens. ¶ Eſt ergo ſexta concluſio. De potẽtia dei abſoluta nullum dabit maximum ens, neꝗ in viuentibus, neꝗ in non viuẽtib⁹, neꝗ in accidentibus, neꝗ in ſubſtãtijs, neꝗ ſimplr̃, neꝗ in ꝓpria ſpecie: ſed eius potẽtia ſolũ terminat excluſiue ad infinitã creaturam. Itaꝗ infinitũ nõ poteſt facere, ſed citra illud quocunꝗ dato poteſt mai⁹. Neꝗ tñ deũ non poſſe infinitũ producere, euenit ex eo ꝙ ei⁹ potẽtia ſit terminata, quippe cuius eſt infinita potẽtia. Sed qꝛ infinitũ nõ eſt factibile magis ꝗ chimera. Sed de hoc lib. 3. Probat igit cõcluſio. Primũ de ſubſtãtijs inanimatis iam probatũ eſt in quinta cõcluſione ꝙ nature illarũ nõ repugnat augmẽtũ quodcũꝗ. Sed difficultas eſſet de viuẽtibus vtrũ de⁹ poſſet facere vnum hoiem, aut equum, aut arborẽ quantũ eſt primum celũ. Et videt ꝙ nõ: qm̃ deus nõ põt facere hoiem qui nõ ſit rõnalis ⁊ riſibilis: qꝛ hoc eſt de intrinſeca rõne illi⁹: ſed tam de intrinſeca rõne eſt ꝙ habeat certã quãtitatẽ ⁊ organizationẽ: que non poteſt eſſe in tãta quãtitate celi. Et preſertim videtur ꝗ nõ põt ſeruare hoiem ſub quacũꝗ raritate: nam ſub raritate aeris nõ poſſet eſſe animalis organizatio. His nõ obſtãtibus ꝓbat cõcluſio. Quicq̃d deus poteſt facere cũ cauſis ſecũdis põt facere ſe ſolo: ſed cõſeruat res mediãtib⁹ diſpoſitiõib⁹ accidẽtalibus: ergo ſine illis poterit ſe ſolo ↄſeruare: ⁊ per ↄ̃s põt ſeruare hominẽ ⁊ equũ ſine debita quãtitate. Et tunc quocũꝗ dato põt facere maiorem: ⁊ in quacũꝗ quantitate põt ſeruare formã mẽbrorũ. Immo põt hominẽ ſine organizatione ſeruare: nã organizatio nõ eſt pars eſſentialis hois, ſicut eſſe animal, aut eſſe rõnale: ſed eſt ſicut accidẽs illius. Et ideo poteſt ſeruare hominẽ ſub figura circulari, ⁊ ſub raritate aeris, ⁊ ⁊ ſub calore ignis, ⁊ ſub frigiditate aque. Hoc ſolum nõ põt facere vt nõ ſit aĩal rõnale: ⁊ per ↄ̃s nec põt augere eſſentialẽ perfectionẽ hois: nam illa cõſiſtit in indiuiſibili, ⁊ idcirco ſi augeretur, deſineret eſſe homo. ¶ Quod ſiquis arguat, ꝙ ille homo exiſtens extra ſuam naturalẽ diſpoſitionem non poſſet exercere operationes vitales: vt ſub raritate aeris nõ poſſet comedere: qꝛ nõ haberet duros dentes nec haberet ſtomachũ, nec pedes ⁊c. ergo non eſſet homo. Reſpõdet cõceſſo antecedenti. Saltim de illis operationibus que indigẽt organis corporeis (poſſet nãꝗ intelligere ⁊ velle) ſed negat ↄ̃ñ: nam mõ poſſet me deus ſeruare ſine oculis ⁊ alijs ſenſibus: ſine pedib⁹, ſine maxillis ⁊c. ita vt nulla operationẽ exercerem: ⁊ nihilomin⁹ eſſem hõ. In materia vero ſolida quantacũꝗ finita, poſſet homo exercere aliquas operationes corporeas. ¶ Eadẽ ratione in intẽſione qualitatũ non eſt terminus de potẽtia dei abſoluta: ſed quocũꝗ calore dato poteſt adhuc intẽdi ſine termino: dum modo per miraculum deus rem conſeruet. Si intẽſio fiat per additionem graduũ, põt deus ſemper nouum gradũ producere ⁊ vnire, ſi vero per radicationem, proportionabiliter arguatur: nã ſubm̃ recipere maius accidẽs non arguit nouã virtutẽ in illo. Qđ ſiquis obijciat authoritatẽ S. Tho. 3. p. q. 7. arti. 12. ad primum argumentũ, vbi ait ꝙ gratia Chriſti fuit ſumma q̃ non potuit dari maior, licet fuerit finita. Reſpõdetur ꝙ illa in genere gratie fuit infinita: nam per illam Chriſtus fuit accept⁹ ad quãcunꝗ gratiã conferendam hominibus ſine termino, etiã ſi eſſent infiniti: ſed in gñe qualitatis, licet fuit infinita, fuit tñ ſumma qua non potuit eſſe maior de lege. Et ideo ponit S. Thomas exemplum in naturalibus: ſicut celo (inquit) nõ poteſt fieri additio. Non tamen negaſſet de potentia dei abſoluta poſſe augeri in genere qualitatis. Nam de veritate queſtione. 29. arti. 3. ad tertium ait ꝙ potentia obedientie creature ad deũ eſt talis capacitas, que non poteſt impleri: ſed quicquid deus de illa faciat, adhuc eſt in potentia amplius recipiendi.

## ¶ Ad primum igitur argumẽtũ

Ad ꝑmũ ⁊ ad ſcdm. principale cũ ſua ↄfirmatione iam reſpõſum eſt. ¶ Ad ſecũdũ rñdetur ꝙ tr̃us augmẽti nõ cõuenit rebus naturalibus rõne quãtitatis, ſed ratione forme naturalis. Unde S. Tho. 1. p. q. 7. artic. 3. ait ꝙ corpus ſcdm ꝙ cõſideratur mathematice abſtrahendo a materia ſenſibili, non determinat ſibi augmentum incrementi, aut decrementi, ſed corpus naturale ratione forme que certã ſibi vẽdicat quãtitatẽ. ¶ Tertium vero principale argumentũ tanti fuit momenti apud Paulũ Uenetũ (quem multi ſunt ex iunioribus ſequuti) vt negaret augmẽtum terminari incluſiue per maximũ quod ſic: ſed terminatur (inquit) per minimũ qđ non. Quã putat eſſe opinionẽ Cõmentatoris. Sꝫ reuera Commentator ⁊ lib. 6. tex. 32. ⁊ in alijs frequenter locis ⁊ Themiſt. et Philopo. intrinſece tenent terminari et augmentum per maximum quod ſic ⁊ decrementum per minimũ ꝙ ſic. Alij ſatis ſe rñdiſſe credunt, dicentes, ꝙ tumor et inflatio fieri nequit: niſi precedente aliqua alteratione, vt eſt calefactio, vel putrefactio, vel quid ſimile: ⁊ in tali alteratione datur minima diſpõ q̃ ſufficit ad inflationẽ. Tũc aiũt ꝙ illud inſtans, in quo

Ad tertiũ.

S. Tho. — Caie.

nõ eſſet aĩal nec homo — obiectio

Sic debet intelligi quidquid deus poteſt cum cauſa ſecunda efficienti poteſt ſe ſolo, non tñ cum cauſa formali.

in quo primo eſt illa qualitas, eſt vltimū non eſſe inflationis ⁊ primum non eſſe illius maximi hominis. Et ideo nō deſinit per vltimum ſui eſſe. ¶ Hanc vero ſolutionē plane intelligere nō poſſum: nam ſuppoſito ꝙ ille hō maximus ſolū corrūpatur ratione inflationis, cum nunc nō ſit inflatio, videtur ꝙ adhuc ſit homo: qm̄ illa diſpoſitio eodem modo debet corrūpere hominē, quo cauſat inflationē: ⁊ per ꝯñs: ſi virtute illius nunc nō eſt inflatio ⁊ immediate poſt hoc erit inflatio, ſit, vt nunc ſit homo ⁊ immediate poſt hoc non erit homo: ⁊ per ꝯñs deſinit per vltimum eſſe. Et preterea qñ tumor eleuatur per hoc ꝙ veſpa mordet cutem, videtur ꝙ illud primū inſtans contactus eſt vltimus non eſſe tumoris: ⁊ tamē illud nō poteſt eſſe inſtās non eſſe hoīs: qꝛ tūc primo veſpa tangit: ⁊ per conſequēs erit vltimum inſtans eſſe hoīs: qđ pretendit argumentū. ¶ Aliam ergo mihi videor elicere ſolutionē ex ratione ipſa cōcluſionis. Maximum enim quod datur in viuentibus ſolum intelligitur terminus ille quantitatis ad quem terminatꝛ augmentum naturale. ſ. illud qđ forma in ſua naturali diſpoſitione facit ex alimēto. Itaq; ille vocatur maximus quo nō poteſt dari maior per naturalem nutritionē ab intrinſeco. Huic vero nō repugnat vt detur maior per viam corruptionis. Volo dicere ꝙ maximus homo ⁊ maximus equus non ſubeſt maius periculum mortis per viam inflationis q̄ȝ alius quilibet citra maximum: mirabile enim eſſet quod morſu veſpe, aut ſi buca, aut venter extenderetꝛ, ſtatim periret. Sed veniente cauſa inflationis inflabitur quoadúſq; infirmitas eum naturaliter corrumpat. Et in illa infirmitate dabitur minimū diſtēperamentum ſub quo homo eſſe non poteſt: ⁊ illic erit primū nō eſſe hominis: ſicut in alijs infirmitatibus. Ita vt ſub illo diſtēperamēto eſſe non poteſt homo, ⁊ ſub quolibet minori diſtemperamēto eſſe poteſt. Quo fit vt licet detur maximus homo quem forma hominis in ſua naturali diſpoſitione poteſt facere, nihilominus in via corruptionis non dabitur niſi minima inflatio ſub qua non poteſt eſſe. ¶ Et per hoc ſoluitur aliud argumentum, qđ alias eſſet moleſtiſſimū aduerſus tertiā ꝯcluſionē: vbi dictum eſt, ꝙ alie etiam qualitatiue diſpoſitones terminantur ad maximū qđ ſic. Arguitur enim cōtra. Detur. v. g. ꝙ calor ſub quo poteſt conſeruari forma hominis ſit vt quatuor. Itaq; debitum temperamentum, v. g. ſit caliditas ⁊ frigiditas vt tria, ſed poteſt durare infirmus quoadúſq; calor intendatꝛ ad quatuor. Tunc ſic. Calor vt. 4. eſt maximus calor ſub quo homo poteſt eſſe: ergo homo deſinit eſſe per vltimum ſui eſſe: nam in illo tēpore quo calor cōtinue intenditur dabitur inſtans in quo primo calor eſt, vt. 4. ⁊ immediate poſt illud erit maior: ⁊ per ꝯñs in illo inſtanti erit homo, ⁊ non immediate poſt illud erit. ¶ Reſpondetur autē ꝙ tertia concluſio intelligitur hoc modo ꝙ ad introductionē forme datur minima diſpoſitio q̄ ſufficit: qua poſita res incipit eſſe per primum ſui eſſe. Illa tamen diſpoſitio poteſt creſcere quoadúſq; veniat ad optimā que eſt maxima. V. g. maxima diſpoſitio hominis eſt vt habeat calorē. v. g. vt tria, humiditatē vt duo, ⁊ ſic de alijs humoribus. Eſt tamē latitudo: qꝛ creſcente, aut decreſcēte calore adhuc homo poteſt viuere: licet infirmus: non tamen datur minimū temperamentum ſub quo poteſt conſeruari: alias deſineret eſſe per vltimum ſui eſſe: ſed datur minimum diſtēperamentum ſub quo non cōſeruatur. Unde calor ſub quo cōſeruatur non terminatur ad maximum qđ ſic, ſed ad minimum quod nō. Itaq; creſcente febri ſub calore vt. 4. eſſe non poteſt, ⁊ ſub quolibet minori (citra minimum) eſſe poteſt. Et ideo inſtans caloris vt. 4. eſt primum non eſſe hominis. Et pari modo ſi morit homo per defectū caloris, non dabitur minimus ſub quo poteſt cōſeruari, alias deſineret eſſe homo per vltimū ſui eſſe: ſed datur maximus ſub quo non cōſeruatur vt ſi ille. v. g. ſit calor vt duo, tunc inſtans quo eſt calor vt duo, eſt inſtans primum non eſſe hominis. In aqua hoc fit manifeſtū. Minima enim frigiditas, que requiritur ad generationem aque, eſt. v. g. frigiditas vt ſex que creſcit vſq; ad octo que eſt maxima diſpoſitio aque. Sed quando caleſit ab igne poterit conſeruari ſub frigiditate vt 4. minori forſan q̄ȝ requirebatur ad eius generationem. Non tamē datur minima frigiditas ſub qua poteſt conſeruari, alias deſineret aqua per vltimum ſui eſſe: ſed datur maxima ſub qua non poteſt conſeruari. Que ſi. v. g. ſit vt tria, illud inſtans in quo eſt frigiditas vt tria eſt primum nō eſſe aque. Hec omnia nituntur illo fundamento Ariſt. quod videbimus. 8. huius tex. 69. videlicet ꝙ res permanentes incipiunt per primū ſui eſſe, ⁊ deſinunt per primū non eſſe. ¶ Iuxta hoc ipſum fundamentum intelligendum eſt aliud de maxima ⁊ minima dēſitate ⁊ raritate. Datur enim minima denſitas ⁊ minima raritas que requiritur v. g. ad generationem aque: ita vt ſub minori generari non pōt: illa vero ſub qua aq̄ in naturaliſſima diſpoſitione cōſeruatur, terminatur ad maximam. i. ad optimā: ſed tamen illa ſub qua ſimpliciter poteſt cōſeruari non terminatur ad maximum, alias daretur vltimum inſtans eſſe aq̄. Si enim aqua per continuā rarefactionē vertit in aerem, ⁊ raritas. v. g. vt vnum eſt maxima ſub qua pōt eſſe, illud inſtans in quo eſt rara vt vnū, eſſet vltimum inſtans illius: qꝛ immediate poſt illud erit maior raritas. Sed dicendum eſt ꝙ raritas. v. g. vt vnum eſt minima ſub qua nō poteſt conſeruari aqua, ⁊ minima ſub qua generatꝛ aer. Et ſic ſaluatur ꝙ illud inſtans tranſmutationis aque in aerem eſt primū inſtans non eſſe aque et primum eſſe aeris, vt docet Ariſt. 8. huius. Eodē modo ſi aqua per condenſationem conuertatur in terrā, dada eſt minima cōdēſatio ſub qua non poteſt conſeruari aqua, que eſt minima ſub qua generatur terra. Unde ſequitur ꝙ qui admittūt maximam denſitatem ſub qua conſeruatꝛ aqua, ⁊ maximam raritatem ſub qua conſeruatur aer, non philoſophantur a priori ex principijs ⁊ naturis rerum: ſed ſolum a poſteriori inferēdo ſophiſtica inconuenientia: que pro libito ⁊ fingunt, et diſſoluunt. ¶ Quod ſi quis arguat. Sicut augmētum caloris in homine, ⁊ augmentum denſitatis in aqua, non terminatur intrinſece per maximum quod ſic, ſed per minimum quod non: ita terminetur augmentum quantitatis. Reſpondetur ꝙ augmentum quidem quod fit a forma naturali per nutritionem, illud quidem terminatur ad maximū: ſed illud quod fit via corruptionis per inflationem, iam dictum eſt non terminari, niſi per minimum quod non.

Quō intelligitur maximus hō.

Maxima diſpoſitio.

Maxima denſi. ra.



Ar. tertiꝰ.

## ¶ Tertius demum articulus poſitus

Scotus.

eſt in diſputatione de minimo naturali. De quo ſunt due opiniōes. Prima eſt Scoti in. 2. ſenten. d. 2. q. 9. negantis ſimpliciter minimū ſaltē in homogeneis: nam in etereogeneis, puta in viuētibꝰ id negare nō pōt. Non enim ſolū negat minimū ad hūc ſenſum, ꝙ res nō terminentꝛ ad paruitatē per minimū qđ ſic (nā hoc nō eſſet adeo improbabile) ſed negat ſimpliciter terminari quoad paruitatē, aut per minimū qđ ſic, aut per maximū qđ non. Ait namq; nullā eſſe quātitatē tam minimā ignis quin quecūq; eius pars poſſit per ſe ſubſiſtere: ſed ſolū inquit in rebꝰ animatis poſuit Ariſto. terminū augmēti ⁊ decrementi. 2. de anima. Opinio hec in hoc ſenſu eſt profecto ſingularis: nam ſiue per minimū quod ſic ſiue per maximum qđ nō, nullus eſt qui neget res terminari quoad paruitatem.

1. Conclu.

¶ Reſpondetur ergo ad queſtionem quinq; cōcluſionibus. Prima. Subſtantie vniuerſe tam viuentes ⁊ etereogenee, q̄ȝ elementa ⁊ alia mixta homogenea, terminātur naturaliter quoad paruitatem. Cōcluſio imprimis de animatis a nullo, neq; ab ipſo Scoto negatur: nam organizatio que requiritꝛ in viuentibus etiam in plantis conſeruari nequit naturaliter ſub quacunq; quantitate: neq;. n. homo nec equus, nec oliua tam parua eſſe pōt naturaliter vt granū ſinapis. Sed ꝙ vera etiā ſit generalr̄ de omnibus, ſaltē apud Ariſt. non eſt dubiū: quippe qui in hoc text. 38. expreſſe ait cōtra Anaxagoram ꝙ ex minima carne nō eſt ſeparabilis caro. Neq; reſpōſio Scoti vr̄ plene ſatiſfacere, dicētis, ꝙ ad intētionē phī ſatis eſt ꝙ deueniatur ad tam paruam carnē, vt de illa nō poſſit ſeparari equalis pars illis que ſeparate ſunt, cuius oppoſitū videbatur ſequi ex opinione Anaxagore: non tamen (inquit) negaſſet Ariſto. quin a quacūq; carne ſit ſeparabilis aliqua portiūcula ſemper minor ⁊ minor. Nō inq̄ȝ ſatiſfacit ſolutio: nam Ariſ. duas, inter alias, facit rōnes cōtra Anaxagorā. Enimuero tex. 36. arguerat de partibus que ſeparantur ꝙ non poterant ſemper eſſe minores ⁊ minores, quin daretur terminus paruitatis illarū, ⁊ per conſequens ſi ſegregatio procedit in infinitum, dantur infinite partes equales in carne. Poſtea in text. 38. arguit de illa re a qua fit ſeparatio. ꝙ etiam terminabitur quoad paruitatem, ita vt ex illa nihil eſſet prorſus ſeparabile: ne poſſet proterue dicere Anaxagoras, ꝙ ſaltē a quolibet ſine termino pōt aliquid ſeparari. Fateor ꝙ Ariſt. nō fuit ſolicitus de termino paruitatis per minimū qđ ſic, aut per maximū qđ nō. Neq; de iſta differentia terminoꝝ vſq; meminit. Sed tñ expreſſe voluit ꝙ ſaltē terminarentur quoad paruitatē. Et licet poſuit exemplum de carne et oſſe, idē intellexit de aqua de qua facit illic mentionem. Et confirmatur ratio authoritate Themiſtij ⁊ omniū expoſitorū Ariſt. ⁊ preſertim Cōmentatoris hic ⁊ lib. 6. cōmē. 32. ⁊. 69. ⁊ alibi ſepe. ¶ Et ſecundo. Experientia videtur quodam modo illud probari. Uidemus enim ꝙ per maximā contritionē, aut contuſionē res corrumpuntꝛ: vt triticū in molendino cum fit farina, forſan mutat ſpēm: qꝛ ſub puluere nō conſeruatꝛ triticum. Et apud pharmacopolas per nimiam cōtuſionem ſimplicium ad facienda emplaſtra res corrumpuntur: qꝛ non poſſunt ſub tam parua quātitate cōſeruari. Tametſi forſan hoc nō fiat ſine aliqua alteratione.

2. Conclu.

¶ Secūda cōcluſio. Nihil repugnat res terminari per minimū qđ ſic ſaltē quoad generationem, ita ꝙ detur minima quantitas que requiritur ad generationem ignis vt ſub minori non poſſit generari: ⁊ minima que requiritur ad generationem aque ⁊ ſic de alijs. Concluſio eſt Commentatoris. 6. huius cōm. 32. ⁊ lib. 7. cōm. 2. ⁊ alibi frequenter. Et ratione probatꝛ. In alijs diſpoſitionibus datur minima que requiritꝛ ad generationem, vt dictum eſt in articulo ſuperiori, vt minima intenſio frigiditatis q̄ requiritꝛ ad introductionē aque, minima denſitas ⁊c. eo ꝙ res incipiūt eſſe per pͥmū ſui eſſe: ⁊ ideo illud inſtās, in quo eſt minima diſpoſitio, eſt primū inſtans eſſe rei: ergo eadē rōne dabitur minima quantitas que requiritꝛ ad generationē. ¶ Et confir. ſicut ſecunda concluſio ſuperioris articuli: qꝛ eſſentialis perfectio forme terminatur intrinſece ⁊ poſitiue: ergo ⁊ quantitas que requiritur ad generationē.

3. Cōcluſi.

¶ Tertia cōcluſio. Non datꝛ minima quantitas in corruptione rerū q̄ fit ſḿ ordinē naturalē, ſub qua res poteſt cōſeruari. Probatur cōcluſio ex dictis in ſuperiori articulo. Quādo aer per cōdenſationē conuertitur in aquā, non eſt dabilis maxima cōdenſatio ſub qua poteſt conſeruari. alias ſi cōtinua eſſet cōdenſatio, illud inſtans in quo eſſet illa maxima ꝯdenſatio, puta vt duo, eſſet vltimū eſſe aeris: ergo eadē prorſus ratione nō dabitur minima quātitas ſub qua pōt cōſeruari aer: nā cum per cōdenſationem ſemper fiat minor aer, daretur eadem ratione vltimū inſtās eſſe aeris. Igitur ſicut datur minima cōdenſatio ſub q̄ nō pōt eſſe aer, ita datur maxima quātitas ſub qua nō poteſt cōſeruari. Semper enim obſeruandū eſt ꝙ illud inſtans mediū tranſmutationis eſt primū inſtans eſſe rei que gñatur, ⁊ primū non eſſe rei que corrumpitur. ¶ Et confirmatur concluſio preſertim in viuentibus, de quibus dictum eſt ꝙ non datur minimū temperamentum ſub quo poſſunt conſeruari, alias deſinerent eſſe per vltimum ſui eſſe: ſed datur minimū diſtemperamentū ſub quo non conſeruantur. Tunc ſic arguitur. Cū homo corrūpitur per diminutionē caloris, nō datur minimus calor ſub quo conſeruatur, ſed maximus ſub quo nō cōſeruatur (vt deſinat homo, nō per vltimū eſſe, ſed per primū non eſſe) ergo eadē rōne, ſi corrūpatur homo per extenuationē ⁊ cōſumptionē per maciem, non dabitur minima quātitas ſub qua poteſt conſeruari, ſed maxima ſub qua non pōt cōſeruari. Et hec cōcluſio, que ex proprijs principijs naturalibus a priori ꝓcedit, notāda eſt ad diſſoluēdū mille ſophiſmata q̄ fiunt in materia de minimo. Non eñ ſequitꝛ ꝙ ſi requiratur minima quātitas ad generationē, detur etiā minima que ſufficit ad conſeruationē. (In quo multi falluntur:) plus eñ exigitur ad generationē q̄ȝ ad conſeruationē. Et hinc Ariſto. elicuit illā regulam ꝙ res permanentes incipiunt per primum ſui eſſe ⁊ deſinunt per primum non eſſe. ¶ Quod ſi quis in contrarium adducat authoritatem Ariſtot. qui ait per viam ſeparationis deueniendum eſſe ad minimam carnem a qua nihil eſt ſeparabile. Rñdetꝛ ꝙ ipſe non cōceſſit in corruptionibꝰ naturalibꝰ deueniēdū eſſe

eſſe ad minimū (vt ſtatim amplius explicabim⁹) ſed dixit ꝙ cum res terminentur quoad paruitatem, ſi per impoſſibile daretur per illam ſeparationem Anaxagore vt perueniretur ad minimā, nihil ab illa poterit ſeparari. Illi tamen non eſt illic cura neqꝫ alicubi ſuorum operū de hac differentia, ſiue per minimum quod ſic, ſiue per maximum qđ nō res terminentur. Neqꝫ S. Tho. neqꝫ antiqui expreſſam vnqꝫ memoriā fecerūt huius differentie de minimo qđ ſic, aut maximo quod non: ſed poſteri illā inuenerunt. Et ideo iudicandum eſt de illa ſm dicta Ariſt. in alijs locis ⁊ ſm naturam rerum. Et cum .8. huius generaliter dicat ꝙ res permanentes incipiunt eſſe per primū ſui eſſe ⁊ deſinunt per primum non eſſe, hinc colligitur ꝙ datur minima quantitas in inceptione

4. Cõcluſ. ⁊ maxima que non, in deſitione. ¶ Quarta cõcluſio. De potentia dei abſoluta res non terminant quoad paruitatem, nec homogenea nec etereogenea, nec per minimum quod ſic nec per maximum quod non: ſed deus poteſt per miraculum cõſeruare quancūqꝫ rem ſub quacunqꝫ minima quantitate, ⁊ ſub quacūqꝫ minori: immo in puncto. Hoc patet manifeſtiſſime de ſacratiſſimo corpore Chriſti in ſacramento altaris: qđ totū cum ſua quantitate eſt ſub qualibet particula, et ſub quolibet puncto hoſtie: ⁊ per ɔñs quodcunqꝫ aliud animal, ⁊ a fortiori quācūqꝫ aliā ſubſtantiā, poteſt conſeruare ſub quacūqꝫ voluerit quantitate. Uerum eſt tamen ꝙ conſeruando hominē ſub quantitate grani ſinapis, ⁊ maxime ſi cõſeruaret in puncto, ſicut ſacramentū altaris, nō poſſet exercere operationes vitales. Quod non eſt

5. Conclu. preſentis loci diſputare. ¶ Quinta concluſio. In accidentibus vero nō dat minimum nec quoad intenſionem, nec quoad extenſionem: licet ſint qui contrarium opinentur. Probatur. Cum igni applicatur lignum, incipit calefieri per motum: ergo ſicuti motus localis incipit per vltimū non eſſe, ita ⁊ alteratio incipit per vltimum non eſſe. Itaqꝫ nunc nō eſt calor in igne, ⁊ immediate poſt hoc erit calor. Tūc vlterius. In his que incipiūt per vltimum non eſſe, non datur minimū quoad inceptionem, ſed quocunqꝫ inſtanti dato in quo eſt motus, ante illud iam erat motus: ergo eadē ratione quocunqꝫ gradu caloris dato extenſo per aliquam partem ligni, prius fuerat extēſus per minorem partem: ⁊ per conſequēs nō datur minima extenſio. Et quocunqꝫ gradu dato intenſionis, ante illum fuit minor intenſio: et per ɔñs nec datur minimum intenſionis. Nec eſt eadem ratio de forma ſubſtantiali: nam forma ſubſtantialis requirit determinatas diſpotiones: accidens vero, non: ſed ignis per vltimū non eſſe incipit ⁊ exicare ⁊ calefacere lignum ⁊ calefaciendo exicat, ⁊ exicando calefacit.

¶ Contra primam concluſionē occurrit ſtatim argumentum ex quinta concluſione ſuperioris articuli. Ignis ⁊ alia homogenea non terminantur quoad augmētum ex natura ſua: niſi ꝑpter ordinē vniuerſi: ergo nec terminantur quoad decrementū in paruitate. Negat tamē cõſequentia, alia .n. eſt ratio de augmento ⁊ alia de paruitate: nam ignis propterea ſemper creſcit ꝙ diu cõbuſtibilia adhibentur: qꝛ illa eſt augmentatio impropriе dicta per appoſitionem ab extrinſeco noue materie in quā introducitur noua pars forme: ſed tamen quoad paruitatem determinat forma certā extēſionem: ſicut determinat alia accidentia q̄ requiruntur ad eius cõſeruationē. ¶ Sed ꝑterea arguit Scotus ad probandū ꝙ res homogenee non terminentur quoad paruitatē, nec per minimū qđ ſic, nec per maximum qđ non. Diuidi in partes cõuenit rei cuicūqꝫ ratione quātitatis, vt patet in predicamentis cap. de quantitate ⁊ .5. meta. text. 18. ergo cuicūqꝫ cõpetit quantitas, conuenit etiā diuiſio: ſed minimum naturale habet quantitatē eiuſdē rationis cum maximo: ergo eſt diuiſibile in partes ſicut ⁊ maximum: ⁊ per ɔñs dabitur pars ſeparata minor illo. Quod ſi dicas diuiſionē repugnare minimo ratione forme naturalis: contra. Diuiſio eſt propria paſſio que conſequitur quantitatem: ergo cuicūqꝫ repugnat diuiſio, repugnat ⁊ quantitas: vel ſi non repugnat quantitas, nec repugnabit diuiſio. ¶ In primis pro hoc argumēto ⁊ omnibus ſubſequentibus, ne vera philoſophia cum caſibus metaphiſicis miſceatur, adnotandum eſt ꝙ minimum naturale vix aut nunqꝫ profecto cõtingere poteſt naturaliter, nec in generatione rerum, nec in corruptione: nam in generatione, cum ignis .v.g. generat ignē ex ligno, non poteſt fieri talis applicatio vt minima pars diſponatur ante alias, quia applicatio fit ſimul per multas partes, que ſimul diſponuntur: ⁊ per ɔſequēs nunqꝫ dabitur minimus ignis in ligno. Et preterea quia ignis nihil inflāmat, niſi vniendo ſibi materiam ⁊ ſic non generatur minimus ignis. Et in generatione animalis ſemē ſimul diſponitur totum: ⁊ ſic forma introducitur vel in toto animali ſimul vel in magna parte illi⁹. Et eodem modo in fine corruptionis ligni non datur minimū lignū, ſed bona pars vltima ſimul inflāmatur. Et a fortiori qn̄ corrumpitur animal per extenuationem, ante ꝙ veniat ad minimā quantitatem vel maximam que non, corrumpitur tēperamentū animalis: ⁊ per ɔñs animal. Sed admittimus iſtos caſus metaphiſicos, ſi per impoſſibile deus abſcinderet vnum minimum naturale aque, aut ligni, ⁊ relinqueretur ſue nature. ¶ Secundo notate quantū ad Scotum, ꝙ ſi ſolū vellet probare ꝙ non datur minimum naturale, quod ſufficit ad conſeruationem forme, hoc facile daremus illi, vt diximus in .3. concluſione. Nec credo Ariſto. ſolicitum fuiſſe, ſi res terminentur per minimum qđ ſic, aut per maximū quod non. Sed tamen vult probare Scotus ꝙ nullo modo terminentur quoad paruitatem: Itaqꝫ digitalitas aque, aut ignis nec eſt minima que poteſt eſſe, nec maxima que non poteſt eſſe: ſed poteſt eſſe ignis ſubduplus per ſe, ⁊ ſubquadrupl⁹, ⁊ ita in infinitum: qđ certe eſt falſum. Et ideo diſputationis gratia dam⁹ illi ꝙ digitalitas ſit minima aqua. Et ad eius argumentum reſpondemus, vt ipſe reſpondet, ꝙ licet ratione quantitatis nō repugnet diuiſio, repugnat tamen ratione forme aque, que non poteſt eſſe naturaliter ſub minori quantitate. ¶ Et ad replicā reſpondetur ꝙ diuiſio ad hunc ſenſum eſt paſſio quantitatis, ꝙ extēdit partes ſubiecti in quo eſt, faciens partem eſſe extra partem, ⁊ hoc etiā cõuenit minimo: non tū ad hunc ſenſum ꝙ ſubm̄ poſſit naturaliter diuidi: nam celum eſt quantū, ⁊ non poteſt diuidi. Et

pretere



preterea reſpõdetur ꝙ ſi hoc minimum aque ex vtraqꝫ parte haberet ſibi vnitam aliā aquā, tunc poſſet diuidi in quocūqꝫ eius pūcto. ¶ Et per hoc ſoluitur ſm eius argumentū, vbi ait ꝙ nō eſt intelligibile ꝙ aliquid ſit quātum, quin pars eius ſit minor toto exiſtēs in toto, niſi daretur aliqua pars in puncto indiuiſibili. Reſpondetur, inqꝫ, ꝙ ponentes minimum non negant, quin qcunqꝫ pars minimi ſit minor minimo: neqꝫ fingunt aliquam eſſe indiuiſibilē: ſed ſolum dicunt ꝙ nō poteſt ſeparata per ſe ſubſiſtere. ¶ Et ad aliā confirmationē quā facit, vꝫ, quelibet pars minimi homogenei eſt eiuſdē rõnis cū toto: ergo ſi totū per ſe poteſt ſubſiſtere, quecūqꝫ pars per ſe põt ſubſiſtere: negatur ɔñia: patet in partibus celi, quarꝫ nulla poteſt per ſe ſubſiſtere. Et eſt ꝑterea ſimile in partibus animalis: que certe ſunt eiuſdem rationis, ad hunc ſenſum, ꝙ cõſtāt omnes ex eadē materia ⁊ ex eadē forma: ⁊ tamen abſciſa manu, non poteſt ſubſiſtere ſub eadem forma: qꝛ ſtatim corrūpitur: eo ꝙ forma non poteſt animare illā materiam in qua non eſt ſufficiens organizatio totius hois. Eodē modo dicim⁹ ꝙ abſciſſa pars minimi, non põt per ſe eſſe ex defectu quātitatis quā forma naturalis requirit. ¶ Hinc itē ſolutum reſtat aliud eius tertiū argm̄ qđ facit, inquirēs, vtrum repugnet ab intrinſeco partem minimi per ſe eſſe: an ab extrinſeco: quia reſiſtere nō poteſt corrūpenti. Reſpõſio .n. eſt ꝙ hoc repugnat ab intrinſeco: queadmodum em̄ forme animalis repugnat naturaliter eſſe in materia, niſi ſit organizata, ⁊ cuicūqꝫ forme homogeneorum repugnat eſſe niſi cum certis diſpoſitionibus, ita cuicunqꝫ repugnat eſſe, niſi ſub certa quantitate. Et ideo quodcūqꝫ agens diuidēs minimū, corrūperet illud. Aliud facit argm̄ maiorē tangens difficultatē. ¶ Sed prius arguit argumento cõmuni

De corruptione minimi. cõtra vltimā ſolutionem. Dato minimo naturali v.g. aque, applicetur aliquod condenſatiuum illius. Tunc ſequitur imprimis ꝙ illud minimum deſinat eſſe per vltimum ſui eſſe: nam cū per condenſationē res efficit minor, ⁊ cõdenſatio ſit motus, qui incipit per vltimū nō eſſe, verum erit dicere res modo nō cõdenſatur, ⁊ immediate poſt hoc condenſabitur: ⁊ per ɔñs nūc eſt minimum ⁊ immediate poſt hoc non erit. Quod ſi id nō habeatur pro incõueniēti in minimo: arguitur ſic. Corruptio vnius, vt patet .1. de generatione, ſemper eſt generatio alteri⁹: ſed ex illo minimo non poteſt aliquid generari: nam generatio non poteſt eſſe ſine aliqua alteratione preuia: ⁊ illud cõdenſatiuū non poteſt per ſolā cõdenſationē alterare minimū, vt generet tā cito aliud ſibi ſimile. Uel detur ꝙ minimū .v.g. lignum diuidat gladio qui quidē non poteſt alterare minimū ad generationē alterius rei. ¶ Qđ ſi dicat ꝙ materia minimi informabit forma circunſtantis, vt ſi ſit in aere cõuertetur in aerē. Tunc reſtat difficultas primo ꝙ aer non poteſt ita cito diſponere materiam minimi ad introductionem forme: ⁊ preſertim ſi illud minimum eſt aqueū qđ corrumpitur per condenſationē. Tunc enim cum forma aeris maiorem raritatem expoſcat, ꝙ forma aque, non videt quō minimū reſoluat in aerē. Atqui vt hec oia ſuprema replica cõfirment, quid ſi illud minimū diuideret in vacuo. ¶ Horū multa diſſoluunt tenendo ꝙ non datur minima quantitas que ſufficit ad conſeruationē indiuidui. Qđ ſane credo eſſe verum: nam vt diximus de maximo, ꝙ licet detur maxima quātitas ad quā forma in ſua diſpoſitione põt puenire, nihilominus qn̄ corrumpitur per inflationē preter naturalē non datur niſi minima inflatio ſub qua nō poteſt cõſeruari: ita qn̄ minimū corrūpitur per extenuationē, aut cõdenſationē, non datur, niſi maximum ſub quo nō cõſeruatur. ¶ Et contra hoc ſolum videtur ſtare authoritas Ariſt. in hoc loco tex. 38. vbi ait ꝙ ex minima carne nō eſt ſeparabile quicqꝫ. Ad qđ tamē iam ſupra reſpõſum eſt. ¶ Sed rūdetur preterea ꝙ etiam dato minimo cauſa diſputationis, ſi corrumpatur per ſolam diuiſionem, non ſequitur ꝙ deſinat per vltimū ſui eſſe: nam illud argumētū equo pede currit, ſi res terminentur per maximū qđ nō. Detur .n. ꝙ maxima quātitas ſub qua non poteſt eſſe lignū ſit digitalis. Tunc ſignato ligno digitali cū vna quarta, applicet gladius diuidens per mediū: ſequitur ꝙ deſinit eſſe per vltimum ſui eſſe: nam medietas illius nō poteſt ſeparata manere, alias daret minus maximo qđ non, qđ eſt idē incõueniēs, ac ſi detur minus minimo. ¶ Negatur nihilominus ꝙ tunc deſinat minimū per vltimū ſui eſſe: qm̄ illud lignū habet aliquā groſſitiē (qꝛ linea indiuiſibilis non datur ſeparata) ⁊ per ɔñs diuiſio fiet in tēpore: atqꝫ adeo primū nō eſſe diuiſionis erit primū non eſſe minimi. Qđ ſi ſupernaturaliter diuidatur in inſtanti, tunc concedimus ꝙ deus põt non ſolū minimū, ſed vniuerſum finire per vltimū ſui eſſe. Et eodē mõ rūdet de minimo, ſi admitteret. ¶ Sed ſi corruptio fiat per condenſationē non ita facile rūdetur, niſi dicatur ꝙ ante cõdenſationē requiritur aliqua alteratio, puta frigefactio: ⁊ ꝙ datur minima frigiditas que ſufficit ad cõdenſationem: ⁊ illud inſtans quo primo eſt illa frigiditas eſt primum non eſſe minimi. Sed revera (vt dixim⁹ de maximo) ſuppoſito ꝙ alteratio de ſe non ſufficeret corrumpere, niſi ratione cõdenſationis, videtur ꝙ cū cõdenſatio incipiat per vltimū non eſſe, ⁊ ꝙ in illo inſtanti adhuc minimum non ſit corruptū, ⁊ per ɔñs illud ſit vltimū eſſe illius. At ſi non admittat minimū, ſed maximum qđ nō (quod .v.g. ſit digitale) rūdetur ꝙ non dat aqua per ſe, niſi maior ꝙ digitalis: que quidem poteſt cõdenſari quoaduſqꝫ veniat ad digitalitatē: ⁊ illud erit primū inſtans non eſſe aque. Et in illa parua morula poteſt diſponi ad nouā formam. ¶ Alia incõuenientia cõmunia ſunt ſiue detur minimum ſiue maximū qđ non. Rūdetur ergo ꝙ ſi illa condenſatio fiat ab agente qđ poſſit inducere ſuā formā, inducet illā: ſin minus, reſoluet in materiā circūſtantē, etiā ſi non poſſet tam cito diſponere: qꝛ ad diuiſionē ſequitur corruptio neceſſario ex natura rei. Quēadmodum, ſi animali ſubito abſcinditur caput gladio, continuo ſubſequitur forma cadaueris: licet gladius non poſſit diſponere ad illam: qm̄ illa forma non introducit ex intentione directa alicuius agentis (ſicut ignis corrumpit aquā vt introducat ſuā formā) ſed ſolū cõſequit ad corruptionem alterius ne detur materia ſine forma. Et proportionabiliter dicatur etiam ſi minimū diuidat in vacuo. Si .n. illud minimū qđ diuiditur fuerit animal, ſubſequet forma cadaueris. Sed ſi fuerit elementū aut lapis, tunc dicendū ꝙ aut ſubſequetur alia forma, natura vniuer-

ſi id prouidente, aut non poterit naturaliter diuidi, natura vniuerſi reſiſtente, ne detur materia ſine forma. Nam dicere ꝙ reſtabit materia ſine forma, multo eſt maius inconueniens.

## ¶ Contra ſecundam cõcluſionẽ

qua dictum eſt dari minimũ in gñatione rei naturalis, arguit ſic. Applicet. v. g. lignũ igni et ſit quãtitas digitalis illa q̃ requirit plene diſpoſita in ligno, anteq̃ introducat forma ignis, que debet incipere in ligno per primũ ſui eſſe. Et arguitur ſic. In illa digitalitate non erit forma ignis anteq̃ intẽſio caloris vt octo ſit extẽſa per totam (nam illa eſt minima que requirit ad generationem ignis) ſed, vt in quinta cõcluſiõe aſſertũ eſt, nõ datur minima extenſio accidẽtis: ergo intenſio vt octo caloris prius fuit in medietate illius digitalitatis q̃ in toto. Rurſus cũ intẽſione caloris vt octo nulla alia forma poteſt eſſe, niſi forma ignis: ergo exiſtẽte illa intẽſione in medietate digitalitatis non erat illic forma ligni, nec alia forma q̃ forma ignis: ſ; neq; erat forma ignis ex defectu quãtitatis, ꝗ tunc fuit materia ſine forma. ¶ Ad hoc ꝑmo rñdet ꝙ vt plurimũ ignis nõ gñat ignẽ in aliqua materia, niſi vniẽdo eam ſibi. Patet imprimis de flamma que nutrit fumo ⁊ aere. Non. n. cõuertit aerẽ in ignẽ, niſi vniẽdo ſibi. Idẽ patet de ſtuppa ⁊ ligno proiecto in ignẽ, vniẽdo enim materiam ligni ſibi inflãmat illam. Sicuti virtus nutritiua animalis non prius tẽpore conuertit cibũ in ſubſtãtiam aliti, q̃ vniat ſubſtãtie ipſius animalis. Et in tali caſu nõ currit argumẽtum. Nõ. n. ignis expectat diſponere minimã materiã in qua introducat formã: ſed quacũq; data prius iam vniuit ſibi minorẽ: ⁊ per ꝯñs nõ datur minus minimo per ſe exiſtẽs. Vel (qđ frequẽtius vſu venit) ſimul equaliter diſponit multas partes materie, quas ſimul inflammat. Si vero paſſum ſit diſtãs aliquãtulum ab igne, vt ſi ſtuppa ponat pedaliter diſtans ab igne tunc vr currere argm̃: qꝛ inflãmabitur, nec tñ vnietur igni: vel ſi ferro calidiſſimo, vbi tñ formaliter non eſt ignis, applicetur ſtuppa inflãmabitur: ⁊ tñ nõ vnietur alteri igni qui nullus erat. Reſpondetur nihilominus ꝙ nec tũc poterit diſponi medietas minimi priuſq̃ alie partes: qꝛ cũ ignis agens ſit extẽſus, ⁊ ſtuppa ſit extenſa, neceſſariũ eſt vt vel tota ſtuppa vel magna pars eius ſimul diſponat. Et ita cõſtat experientia ꝙ ſimul totum inflãmat. Cũ enĩ lignũ nõ vult ardere, ſi ſupponãtur palee, ſimul inflãmantur. Profecto naturaliter vix poſſet dari ille caſus quo minima materia prius diſponatur, q̃ maior pars: nã etiã ſemen animalis prius diſponit totũ vel ſaltẽ nõ diſponit pars minor minima anteq̃ diſponatur maior minima. ¶ Quinimmo ſunt qui credãt formã hois nõ priꝰ informare partẽ q̃ totã materiã. Qđ non crediderim: ſed potius cõſentio multis medicorum, ꝙ cor prius viuit in hõie ⁊ vltimo morit. Et ideo licet aĩa ſit indiuiſibilis, ſucceſſiue tñ aĩat totum. Et ita vr experiẽtia cõpertũ ꝙ prius deſinũt viuere pedes q̃ pectus. Sed de hoc alias. Hoc tñ ſufficit hic ꝙ pars q̃ incipit viuere non eſt minima. ¶ Si autem ſemel daretur minimus ignis, forſan ibi poſſet fieri talis applicatio ſtuppe vt diſponeretur minima eius quantitas ſucceſſiue. Vtcũq; autem id fuerit, admittimus diſputationis gratia ꝙ minima quantitas poſſet ſucceſſiue diſponi. Et tunc rñdere forſan quiſpiam poſſet ꝓpter argumentum ꝙ quocunq; inſtanti dato quo eſt forma ignis in paſſo, ante illud erat ĩ minori parte, poſtq̃ ante illud intẽſio vt octo erat in minori. Hoc tamen nullatenus ſuſtineri poteſt in phyſica: qꝛ tũc ignis inciperet eſſe per vltimum non eſſe contra doctrinam Ariſt. 8. huius. Et expreſſe contra Cõmẽ. 6. huius cõmẽ. 31. vbi ait ꝙ primũ in generatione eſt minimũ naturale. Et contra manifeſtã rationem: nam forma ignis nõ poteſt incipere eſſe in paſſo niſi in illo inſtanti quo incipit eſſe intẽſio caloris vt. 8. que eſt vltima eius diſpoſitio: ⁊ talis intẽſio manifeſtũ eſt ꝙ non incipit per vltimum non eſſe: ſed per primũ ſui eſſe: qꝛ, cũ talis intenſio fiat per motum, quocũq; inſtãti dato in quo nõ eſt intẽſio vt. 8. adhuc reſtat aliquid partibile intenſionis producendũ: ⁊ per ꝯñs nõ immediate poſt tale inſtans erit intenſio vt octo. Cũ ergo intenſio vt. 8. incipiat eſſe in paſſo per primũ ſui eſſe, fit vt ⁊ forma ignis incipiat eſſe per idem primũ ſui eſſe. Vñ manifeſte ſequit ꝙ eſt dabilis certa quantitas materie in qua primo eſt: ſi non maior, ſaltem minima. ¶ Vnde tandem ad argumentum reſpondetur, ꝙ q̃uis accidens ex natura ſue ꝓductionis non determinet minimã intenſionẽ, aut extẽſionẽ: nihilominꝰ qꝛ forma ſubſtantialis exigit certã extenſionẽ, illa ſumma intenſio que requiritur ad introductionem forme: non prius eſt in parte illius minimi q̃ in toto: ſed q̃ primum eſt in parte, per neceſſariam ſubſequentiam eſt extẽſa per totũ ad extenſionẽ forme ſubſtantialis ignis in toto minimo.

## ¶ Poſt hæc ſubſequitur argumẽ

tum aliud qđ Scotus format aduerſus minimũ. Scotus. Seq̃retur (inquit) ad poſitionẽ minimi ꝙ daret primũ in motu. i. primũ inſtans eſſe forme ſubſtãtialis: ꝯñs eſt falſum: ergo. Probat minorem: qꝛ ſi daretur primum eſſe forme in minimo, tũc vel in eodem inſtanti producũtur alia minima ſubſequentia: ⁊ ſic augmentatio ignis in paſſo non fieret ſucceſſiue: qđ eſt contra experientiam. Vel ꝓducto primo minimo debet agẽs expectare vt diſponatur alia materia eiuſdem quantitatis vt producatur ſcđm minimum: quo producto, adhuc deberet expectare vt diſponatur materia tertij minimi: vnde ſequeretur motũ augmentationis nõ poſſe eſſe cõtinuum: ſed neceſſario interrũpi per quietẽ qđ eſt falſum. vt. 5. huius ⁊. 1. de generatione eſt videre. ¶ Ad primum argumentũ cõcedimus vt probatum eſt ꝙ eſt neceſſarium dare primũ in motu. i. primũ inſtans eſſe forme ſubſtãtialis in minimo: ſi tam ſubtilis eſſe põt applicatio vt diſponat ante alias partes. Quãuis hoc nõ ſit dare primũ inſtans eſſe motus (qđ expreſſe negat Ariſto. 5. huius.) Enimuero generatio forme ſubſtantialis non eſt motus. Sed negat tunc vtraq; pars diſiunctiue. ſ. aut ꝙ in eodem inſtãti incipiant eſſe alia minima ſubſequentia, aut ꝙ agẽs debeat expectare diſpoſitionẽ alteriꝰ equalis materie, anteq̃ introducat formã in ſecundo minimo. Tãetſi in hac ſecũda parte fuerint multi decepti, etiã thomiſte: cõcedentes augmentationẽ nõ eſſe motũ continuum, ſed fieri per minima vt infert Scotus. Et Cõmentator fuit huius opinionis. 8. huius cõmẽ. 23. ⁊ commen. 44. Sed

profecto



profecto nõ obſtãte eius ⁊ cuiuſcũq; authoritate, ille eſt in phĩa intollerabilis error. Et ꝓbatur manifeſte: quia neceſſitas minimi ſolũ eſt in inceptione forme, vt dicebamus: propterea ꝙ res permanẽs incipit eſſe per primũ ſui eſſe. Et ideo neceſſe eſt ſignare certam quantitatem materie in qua primo ſit. Sed tñ poſtea in augmentatione ceſſat hec neceſſitas: qꝛ quecunq; pars materie poſt minimã iam eſt vnita ꝓcedenti, ⁊ per ꝯñs quãtulacũq; minori minima informetur, nõ dat minus minimo per ſe exiſtẽs. Et preterea id probatur qm̃ ſi hoc eſt primũ inſtãs eſſe intenſionis caloris vt octo in tꝰo quantitatis primi minimi, immediate poſt hoc idem gradꝰ erit vltra illud pũctũ, et per ꝯñs immediate poſt hoc erit ignis maior minimo. Itaq; poſt hoc inſtans eſſe minimi nullum erit dabile inſtans quin ante illud erit ignis maior minimo. Et hoc eſt admodum notandum in motu augmentationis.

Contra quintã.

## ¶ Aduerſus quintam concluſio

nem arguunt nõnulli tenentes ꝙ poteſt dari minima intẽſio ⁊ extẽſio. Primo, qꝛ accidẽs eſt propter ſubſtãtiã: ergo cum forme ſubſtãtiales determinent ſibi minimã quantitatẽ, ſequit ꝙ etiã accidentia erunt terminata quoad paruitatẽ intẽſionis ⁊ extẽſionis: ſicut arguit Ariſt. in hoc loco tex. 36. de toto ad partes, ꝙ ſi totũ eſt terminatum, etiã partes. ¶ Ad hoc rñdetur ꝙ argm̃ ſolũ probat ꝙ accidentia requiſita ad introductionẽ forme ſubſtãtialis ſunt terminata ad maximũ et minimũ, vt expoſitũ eſt in cõcluſione tertia ſuperioris articuli, ⁊ modo in proxima ſolutione dicebamus. Ita vt forma non introducatur, niſi ſit cum certis diſpoſitionibus. Non tñ probat ꝙ in motu alterationis det remiſſiſſima qualitas primo ꝓducta, aut minima pars extenſionis primo calida. ¶ Sed maiꝰ argm̃ eſſet ex Ariſt. qui. 8. huius tex. 69. generaliter dicit entia permanentia incipere per primũ ſui eſſe: ⁊ cum qualitates ſint entia permanentia vr ꝙ incipiant per primum ſui eſſe. Vnde ſequit ꝙ in primo inſtãti eſſe qualitatis datur remiſſiſſima qualitas ⁊ minima extenſio. Nihilominus rñdetur ꝙ Ariſto. loquit ſolũ de gñatione ⁊ corruptione ſubſtantie. Sed de accidẽte, qđ producit per alterationem, idẽ iudiciũ eſt qđ de motu. Vnde ſicut in motu non datur primũ inſtans eſſe, ita neq; in qualitate q̃ per motũ producit. Secus eſſet de qualitatibus ſpiritualibus ⁊ forſan de ſenſationibus, ſi admitteret illarũ productio fieri in inſtanti eo ꝙ ꝓducũtur abſq; reſiſtentia. ¶ Alterũ argm̃ eſt hoc. Applicatio agentis ad paſſum fit ſucceſſiue per motũ: ergo datur primũ inſtans applicati eſſe vt ſic loquamur, ita ꝙ nunc eſt applicatũ, ⁊ non immediate ante hoc erat applicatũ. Tunc in illo inſtãti producitur aliqua qualitas ⁊ nõ niſi remiſſiſſima que produci poteſt: ergo. ¶ Pro ſolutione huius argumẽti notãdũ eſt ꝙ ſphera actiuitatis agentis nullatenus terminari poteſt intrinſece: ſed extrinſece. (Applicatio.) Volo dicere ꝙ ſi ignis poteſt agere per aliqđ certũ ſpacium, illud non terminatur per lineam in qua poteſt agere ⁊ vltra quã nõ poteſt: ſed per lineã in qua non poteſt ⁊ citra quam põt. Et ratio eſt manifeſta: qꝛ effectus agẽtis, puta calor productus ab igne ⁊ lumen productũ a luminoſo, ꝓducit vniformiter difformiter a ſummo gradu vſq; ad non gradũ. Ita vt calor vt octo ſit in igne ⁊ non gradus ſit in extremo ſphere ſue actiuitatis. Et ideo in quocunq; puncto eſt gradus caloris, adhuc vltra illud eſt remiſſior calor: ⁊ per conſequens ſphera terminatur vbi primo eſt non gradus caloris: atq; adeo ille erit terminus extrinſecus. Hinc ſequitur ꝙ ſi paſſum eſt in illa linea, tunc incipit agẽs applicari ad paſſum per vltimum non eſſe. Itaq; nũc non applicatur, ⁊ immediate poſt hoc applicabit: ⁊ per ꝯñs nunc nõ eſt calor in paſſo, ⁊ immediate poſt hoc erit calor: atq; adeo poſt hoc non dabit inſtans in quo ſit calor in paſſo quin ante illud fuerit remiſſior. Nec dabitur extenſus per aliquam partem, quin prius fuerit extenſus per minorẽ. ¶ Vnde ad argumentũ cõcedit ꝙ applicatio fit ꝑ motũ: ſed negatur cõſequẽtia cũ infertur, ergo dat primũ inſtãs facte applicationis: qꝛ q̃diu ſphera agẽtis eſt extra illã lineam non eſt facta applicatio: ſed qñ non gradus agẽtis eſt primo in illa linea, tũc incipit applicari per vltimum non eſſe: ⁊ idcirco in quocũq; inſtanti poſtea eſt applicatum, ante iam erat applicatum. ¶ Hinc ſequitur ꝙ illa ꝯñia non valet, datur intentiſſimus calor: ergo datur remiſſiſſimus: quia quodcunq; agens agit a ſummo gradu incluſiue vſq; ad nõ gradũ excluſiue. Vnde in luminoſo, puta in cãdela eſt ſummꝰ gradus luminis: ſed quocũq; lumine dato in aliquo puncto ſphere illuminate, adhuc vltra illud pũctum eſt lumen remiſſius. ¶ Quod ſi quis arguat ꝙ datur minima extenſio albedinis, quia datur minimum niuis: quod poteſt per ſe ſuſtinere. Reſpõdetur ꝙ illud nõ eſt minimum albedinis, ſed niuis: qꝛ ſi albedo non põt eſſe in minori ſubiecto, eſt ratione forme ſubſtãtialis que non põt eſſe ſub minori quãtitate. Et preterea poteſt forſan dari ⁊ minima extẽſio ⁊ minima intẽſio tam, albedinis q̃ caloris que poſſet ſentiri: ſed tamen nõ minima que poſſet produci in ſubiecto. Alia multa ſophiſmata ſolent hic fieri, que indigna ſunt phyſica diſputatione, De terminis autẽ potentie actiue ⁊ reſiſtentie, vtrũ vꝫ potentia actiua ignis terminetur ad maximũ qđ põt, an in minimũ qđ non poteſt non eſt hic locus dicendi ne materias ante vertamus. ¶ Subſequitur in textu. Caput quintum. Omnes igitur ⁊c. et caput ſextum ⁊ ſeptimum vſq; ad text. 70.

Tex. lxvij. Quo circa eſt quidem vt duo &c.

## Quæſtio quinta.

### VTRVM PRINCIPIA RErum naturalium ſint contraria & tantum tria.

A Parte negatiua primi mẽbri queſtionis arguitur primo. Principia rei naturalis ſunt ſubſtãtie, nã ſubſtãtia ex accidentibus nõ cõponitur, vt Ariſto. hic text. 52. teſtatur: ſed ſubſtantie nihil eſt contrarium, vt habetur in predicamentis cap. de ſubſtantia: ergo principia non ſunt contraria. ¶ Et confirmat. Si principia ſubſtantie eſſent contraria, maxime eſſent forma et priuatio, nam materia, cum prius ſit ſub priuatione, ⁊ deinceps ſub forma, neutri earum eſt cõtraria: at vero forma ⁊ priuatio non ſunt contra

 ria:

ria: qꝛ vt habetur in poſtpredicamentis, diuerſa eſt cõtrarioꝛũ oppoſitio ab illa que eſt priuatiue oppoſitoꝛũ, eo ꝙ cõtrarietas eſt inter duo poſitiua: ergo principia nõ ſunt cõtraria. ¶Et cõfirmatur ſecundo. Ariſtoteles in hac parte vr̄ ſibiipſe modis tribus contradixiſſe: ergo non eſt auſcultandus. Probatur antecedens. In text.41. dixit principia eſſe cõtraria: ⁊ in textu.52. affirmauit principia nõ eſſe accidẽtia, ⁊ ſubſtantie nihil eſſe cõtrariũ: que manifeſte cõtradicunt: nã ſi principia nõ ſunt accidentia, ſunt ſubſtãtie, ⁊ ſi ſubſtãtie nihil eſt contrarium, principia nõ ſunt cõtraria. Itẽ tex.42. dixit contraria non fieri ex alterutris: ⁊ inferius in textu.43. contra dixit vnũquodqꝫ fieri ex ſuo contrario, puta albũ ex non albo. Itẽ tex.50. dixit principia ſemper permanere in compoſito: vnde ſequitur non eſſe cõtraria. Et enim, vt cap. de quantitate dictum eſt, contraria repugnant in eodem ſubiecto. ¶Secundo principaliter pro parte negatiua ſecũdi membri arguitur. Aut principia eſſe tm̄ tria, intelligit de vniuerſis ꝓncipijs tam ĩtrinſecis ꝙ̃ extrinſecis, ⁊ tũc ſunt quinqꝫ, puta materia forma, ⁊ priuatio, ⁊ efficiẽs ⁊ finis: aut intelligitur ſolũ de intrinſecis, ⁊ ſic non ſunt niſi tantum duo, puta materia ⁊ forma: nam priuatio nõ intrat cõpoſitionem rei genite: ſed eſt ſolũ tr̄us a quo generationis. ¶Et confirmat. Aut intelligit de omnibus ꝓncipijs tam per ſe ꝙ̃ per accidẽs, aut de ꝓncipijs tm̄ per ſe. Si de omnibꝰ, non ſolum eſt vnus tr̄us a quo, ſed infiniti: fit enim album per accidens ex quocunqꝫ non albo, puta ex muſico, ex dulci ⁊c. vt tex.43. docet Ariſt. ⁊ eadem rõne hõ poteſt eſſe ſaltem mediate ex terra ex ligno ⁊ ſic in infinitũ: qꝛ hõ fit ex nõ hoĩe, ⁊, non hõ, pro qualibet re alia ab homine ſupponit. Si vero intelligitur de ꝓncipijs ſolum per ſe, tunc non ſunt niſi duo, puta materia ⁊ forma: vt ex profeſſo docet Ariſto. text.65. dicẽs ea ſola eſſe principia per ſe, ex quibus res fit ⁊ facta eſt. i. que manent. in re iam facta: priuatio vero forme que gignitur nõ manet in re genita. In quo videtur ſecũ pugnare: quippe qui textu.43. dixerat muſicum per ſe fieri ex immuſico, per accidens vero ex albo, vbi inſinuauit priuationem eſſe principium per ſe: cuius contrarium tex.66. pronunciauit. ¶In contrariũ eſt ſentẽtia Ariſto. tex.67. vbi vtrũqꝫ mẽbrũ q̄ſtiõis affirmat, dicẽs, ꝙ ꝓncipia dicẽda ſunt quodãmõ vt duo, ⁊ quodã modo vt tria, ⁊ quodam modo vt contraria.

¶Hæc queſtio prima eſt ad principia pertinens rei naturalis, de quibus eſt huius libri principalis intentio. In qua non poſſumus non aliqua eorum repetere que in cõmentarijs ſuper textũ adnotauimus. Eſt namqꝫ animus in his queſtionibꝰ examẽ, epilogũqꝫ textus Ariſt. facere. Faciemus autẽ articulos duos de duobus membris queſtionis. Primũ de contrarietate ꝓncipioꝛũ, ⁊ alterũ de numero, qui a deo cõnexi ſunt vt cõmode nequiuerint, niſi ſub vno queſtionis titulo elucidari. Tractat queſtiones has Ariſto. poſtꝙ̃ veterum opiniones refutauerat, in tribus capitulis.5.6.⁊.7. per triginta textꝰ: nempe a.41. vſqꝫ ad.70. ¶Circa queſtionis titulũ ſupponatur ex his que diximus q̃one.1. concluſione.5. nomine rei naturalis ſignificari rẽ q̃ in ſe habet ꝓncipiũ ſui motus. Eſt enim tam forma ꝙ̃ materia principium, aut actiuum, aut paſſiuum motꝰ, quo ex his cõpoſitũ mouet. Et ideo vtraqꝫ appellatur natura: atqꝫ adeo omne compoſitũ ex materia ⁊ forma dicit, ⁊ ens naturale, ⁊ proinde ens mobile, vt per amplius lib.2. explicabit. ¶Secundo notãdum eſt ꝙ alia eſt queſtio, quot ſunt cauſarum gña rei naturalis, alia vero, quot ſunt principia: prima enim queſtio pertinet ad ſecũdum librum: hec vero, ad hũc primũ. Enimuero, vt in cõmento ſuper tex. primum adnotauimus, differt inter principiũ ⁊ cauſam: principiũ enim ſolũ dicit ordinem: cauſa vero, dicit preterea influxum: ſicuti cauſa efficiens influit in effectum, ⁊ finalis mouet efficiens ad agendum. Nõ ergo accipit hic principium generaliter pro quacunqꝫ cauſa: ſed ſpecialiter pro partibꝰ eſſentialibus rei, ⁊ pro tr̄o vnde incipit motus. Quo fit vt deus, intelligẽtie, ſol, ⁊ homo, qui generãt hominẽ, ſint quidẽ cauſe efficientes, non tñ principia vt in preſentiarum. ¶Tertio notanda ſtatim eſt diffinitio principiorum: quã text.42. deſignat Ariſ. vbi ait. Principia ſunt que nec ſunt ex alijs, neqꝫ ex alterutris, ſed oĩa alia ſunt ex illis. Que quidẽ diffinitio de primis ꝓncipijs rei naturalis intelligit. Ad cuiꝰ euidẽtiã cõſiderandũ eſt, ꝙ ly, ex. ꝙ̃uis nõnunꝙ̃ gñaliter accipiat, vt dicat habitudines aliarũ cauſarũ, tñ proprie dicit habitudinem principij eſſentialis, aut termini a quo. Et ita accipitur in preſentiarum. Unde Ariſt. primis duabus particulis intendit docere ſimplicitatem primorum principiorum. Intelligit ergo ꝙ principia prima non fiũt ex alijs neqꝫ ex alterutris tanꝙ̃ ex principijs eſſentialibus. ¶Ex quo ſequitur primo ꝙ elementa, ex quibꝰ generat mixtũ, non ſunt prima principia, cum qꝛ fiũt ex alijs tanꝙ̃ ex principijs eſſentialibꝰ, puta ex materia ⁊ forma, tũ qꝛ mixtũ nõ fit ex illis tanꝙ̃ ex partibꝰ eſſentialibꝰ, ſed ex eoꝝ actione, vt primo de generatione eſt videre. Sed tam materia ꝙ̃ forma, qꝛ neutrum fit ex alijs tanꝙ̃ ex principijs eſſentialibꝰ: neqꝫ ex alterutris: qꝛ nec materia eſt pars eſſentialis forme, nec forma pars eſſentialis materie: ſed ex illis tanꝙ̃ ex partibus eſſentialibus cõponuntur omnia corpora, fit vt ſint prima principia. ¶Sequit ſecundo, nihil rationi primoꝝ principiorum obſtare, ꝙ tam materia ꝙ̃ forma diuiſibilis cõponat ex ſuis partibus integralibus: nã partes integrales non cẽſentur hic nomine ꝓncipioꝛũ: nec cõpoſitio ex partibus integralibus repugnat principiorum ſimplicitati. Neqꝫ rurſus eſt cõtra naturã principioꝛũ, ſaltẽ forme, fieri ex alio tanꝙ̃ ex cauſa efficiente: at ꝙ materia habuerit cauſam efficientẽ, non cognouit Ariſ. ¶Sequit tertio ꝙ neqꝫ obſtat ꝓncipia fieri ex alterutris vt ly, ex, dicat habitudinẽ alterius cauſe, ꝙ̃ eſſentialis: forma enim fit ex materia, tanꝙ̃ ex ſubiecto de cuius potentia educitur: et viciſſim materia fit ex forma. ſeu per formã: quia materia eſſe in actu naturaliter nequit niſi per formam. ¶Conſiderandum eſt preterea ꝙ illa diffinitio non ſolum conuenit principijs intrinſecis, puta materie ⁊ forme, ſed etiam priuationi: quia loquitur hic Ariſt. de principijs vt ſe extẽdũt ad principia contraria: ⁊, vt ꝙ̃ primum videbimus, inter ſolam priuationem ⁊ formam eſt contrarietas. Obidqꝫ tertia particul. ſ. ꝙ alia fiant ex illis, intelligenda eſt, aut tanquã ex partibus eſſentialibus,

Ens naturale.

Princip. ⁊ cauſa.

Principiorũ diffinitio.



tialibus, aut tanꝙ̃ ex tr̄o a quo: quẽadmodũ priuatio eſt ꝓncipium. ¶Qđ ſi arguas celos eſſe entia naturalia, qui tñ non ſunt facti ex priuatione, qꝛ materia celoꝛũ nunꝙ̃ caruit forma quam habuit. Rñdet ꝙ Ariſto. ſolũ intelligit oĩa que fiunt per naturalẽ generationẽ, fieri ex his tribus ꝓncipijs: celi vero ſm Ariſt. nullatenus ſunt facti: ⁊ ſm rei veritatem, non ſunt ex ſubiecto facti, ſed creati ex nihilo. ¶Quarto principaliter adnotãdum eſt ꝙ de numero ⁊ contrarietate principiorum duodecim veterũ opiniones recenſuit Ariſto. in tria fere membra principalia diuiſas. Sex enim fuerũt opiniones ponentium vnicum principium. Prima Meliſſi credentis vnicũ eſſe principiũ infinitũ ⁊ immobile. Qui nullã videtur poſuiſſe cõtrarietatẽ: obidqꝫ oĩm peſſime philoſophatus eſt. Quã partim ſup textũ.13. ⁊ rurſus ſuper tex.23. explicuimus. Secunda fuit Parmenidis opinantis vnicum fuiſſe principiũ ſm rationem ⁊ illud finitũ: qꝛ oĩa ſunt vnum ſm rationẽ, ⁊ vniuerſum eſt finitum: ſed tñ ſm apparentiam ſenſuũ poſuit contrarietatẽ calidi ⁊ frigidi: quã appellauit ignem ⁊ terram. De qua loquuti ſumus tex.25. ⁊ tex.41. Tertia fuit opinio Thaletis, philoſophantis principiũ eſſe aquam. Et quarta Diogenis ⁊ Anaximenis, credentium eſſe aerem. Et quinta Heracliti, credentis eſſe ignem. Ac deniqꝫ ſexta aliorum credẽtium eſſe aliquid medium inter aquã et aerem, aut inter aerem et ignẽ. Qui oẽs quatuor naturalr̓ loquẽtes ponebant principiũ eſſe mobile: atqꝫ adeo ponebãt raritatẽ ⁊ denſitatẽ, tanꝙ̃ duo cõtraria. De quibus ſuper textum.32. mẽtionem fecimus. ¶Tres alie fuerunt opiniones in alio extremo, ponentium infinita principia. Anaximander enim primus, et deinde Anaxagoras poſuerunt infinita principia ſimilaria. i. eiuſdẽ ſpeciei eſſe ꝓncipia in vnaquaqꝫ ſpecie: ⁊ alia infinita alteriꝰ ſpẽi eſſentialis in alia ſpecie: vt infinitas particulas carnis, infinitas oſſis ⁊c. Que quidẽ (aiebãt) fuerũt ſeparate ab vno chao, in quo omnes fuerunt ab initio permixte. Niſi ꝙ differebant vt ſuper eundẽ textũ.32. explicuimꝰ, ꝙ Anaximander putabat illud chaos fuiſſe primũ ꝓncipium ⁊ cauſam ſimilarium particularũ. Anaxagoras vero cõtra opinabat illas ſimilares particulas fuiſſe cauſam illius chaos. Iſti proprie non ponebant ꝓncipia contraria propterea ꝙ omnia dicebant actu latere in quolibet: qđ eſt contra naturam cõtrariorum. Tertia vero, atqꝫ inter omnes noua, fuit opinio. Democri qui ponebat infinitas atomos, oẽs omniũ rerũ eiuſdẽ ſpeciei eſſentialis, differentes autẽ poſitione ⁊ figura, vt tex.41. late expoſitũ eſt. Qui quidẽ ꝓinde quodã modo etiã ponebat principia cõtraria. ¶Tres deniqꝫ preterea fuerunt in medio opiniones ponentiũ principia plura vno, finita tñ: nam Plato poſuit duo contraria ex parte materie, puta magnum ⁊ paruũ, vt ſuper tex.32. dictũ eſt: ſed principiũ formale dicebat eſſe ideam vnius cuiuſqꝫ ſpeciei. Pythagoras vero, cuius opinionẽ ſuper text.48. expoſitã fecimus, ponebat par et impar eſſe principia cõtraria. Duodecima deniqꝫ, atqꝫ adeo omniũ vero proxima, fuit opinio Empedoclis, de qua ſuper text.32. ſermo a nobis habitus eſt. Qui quidẽ ponebat principia omnium rerum eſſe quatuor elementa: in quibus itidem eſt contrarietas: ex quorum inuicem actione mixta generãtur vniuerſa. Omnes iſti philoſophi, preterꝙ̃ Meliſſus ⁊ Anaximander ⁊ Anaxagoras, quodam modo ponebant duo principia contraria circa vnum tertium ſubiectum.

Duodecim opiniões antiquoꝝ.

¶His præſuppoſitis (vt literam Ariſtotelis in epilogũ colligamus) ſex Ariſtoteles concluſionibus reſpõdet ad hanc queſtionẽ. Prima fundamentalis eſt tex.41. Principia rerũ naturaliũ ſunt cõtraria. Non intelligitur vniuerſaliter de omnibus, ſed particulr̓, ꝙ in vnaquaqꝫ gñatione cõcurrũt aliqua principia contraria. Hanc primũ ꝓbat authoritate oĩm fere antiquorũ preter Meliſſum vt diximus ⁊ Anaxagoram. Omnes quippe alij in hac ſentẽtia cõſentiebãt: coacti vt ait Cõmentã. experientia. Compertum enim eſt nihil generari, niſi vbi aliud cõtrarium corrumpitur. Unde palã fit in omni generatione duo eſſe cõtraria: quoꝛũ vnũ alterũ pellit, vt ſibi ſimile gignat. ¶Ratione preterea id probat. Illa eñ (inquit) que neqꝫ ex alijs fiunt, neqꝫ ex alterutris, ſꝫ oĩa alia fiunt ex illis, ſunt prima ꝓncipia: at prima contraria ſunt huiuſmodi: ergo prima contraria ſunt prima principia, ⁊ per conuerſionẽ principia ſunt contraria. Minor quoad duas priores particulas patet exemplo in predicamẽto qualitatis. Albũ enim et nigrũ, ⁊ dulce et amarum, que ſunt cõtraria ſecundarũ qualitatũ, fiũt quidem ex temperamẽto primarũ, puta caloris ⁊ frigoris cum humido ⁊ ſicco. Et fiunt item quodam modo ex alterutris. Nam colores ſaporeſqꝫ medij rationẽ extremoꝛũ participant, vt in commento.59. dicebamus. Prime autem qualitates, vt calor ⁊ frigus, neqꝫ ex alijs fiunt neqꝫ ex alterutris. ſ. ex cõmixtione vnius cum alio. Tertiam vero particulã. ſ. ꝙ omnia fiunt ex contrarijs, probat Ariſt. tex.43. qꝛ vnũquodqꝫ fit ex ſuo contrario, ſeu ex ſua propria priuatione, vt albũ, ex non albo: ⁊ homo, ex nõ homine. Cuius ratio eſt hec: qꝛ fieri aliquid ſimplr̓, eſt acquirere nouum eſſe qđ antea nõ habeat: ⁊ fieri tale, eſt acquirere nouũ eſſe tale. Et ideo ordo neceſſarius gñationis exigit ignẽ. v.g. fieri ex eo qđ non erat ignis, ⁊ album ex eo quod nõ erat albũ. At qꝛ naturaliter nihil ex nihilo fieri poteſt, conſequitur vt vnaqueqꝫ forma producat ex negatione ſui in ſubiecto apto nato ad illã recipiendã, vt ignis neceſſario fit ex materia, que forma ignis carebat, ⁊ albũ ex ſubiecto, qđ carebat albedine. Que quidẽ negatio in ſubiecto proprie appellatur priuatio, vt habetur.4. meta. text.4. Atqꝫ adeo principia cõtraria neceſſaria ad generationem ſunt forma ⁊ priuatio, ſ. in accidẽtalibꝰ productionibus, forma accidẽtalis ⁊ priuatio: ⁊ in generatione ſubſtantie, forma ſubſtantialis ⁊ priuatio. ¶Attamẽ ſi rem oculatius inſpicias, inter has ꝓuationes neceſſarias vna ſola eſt proxima et per ſe requiſita: alie vero ſunt remote. Exempli gratia. Animal fit neceſſario ex non animali: ſed tamen proxima priuatio eſt illa que accidit materie rõne proxime forme cui ſuccedit forma aĩalis. Equus enim non fit immediate ex ligno, ſed ex ſemine: nec ex ſemine quomõcũqꝫ: qꝛ in ſemine mediant multe forme ante introductionẽ forme equi: ſed equus fit proxime ex non equo. i. ex proxima priuatione ad formam equi, puta ex embrione. Et

1. Conclu.

Fieri.

Priuatio proxima.

hoc eſt qđ adnotauimus in expoſitione tex.43.ꝙ non albū, aut non equus poteſt accipi infinitanter pro quocūqꝫ quod non eſt equus: ⁊ alio modo priuatiue pro illo ſubiecto qđ eſt aptū in proxima diſpoſitione ad formā equi. Et iſto modo accipitur priuatio qñ dicit Ariſto. ꝙ priuatio ⁊ forma ſunt duo principia cōtraria neceſſaria ad generationē. Atqui nō ſolum in animalibus, verū in alioꝝ generatione id experimur. Non.n. ex ligno immediate fit ignis, aut cineres: ſed prius euaporatur humidū, qđ cōuertitur in flāmam: ⁊ qđ reſtat cōuertit in carbonē inflāmatū: qđ iam non eſt lignum. At carbo partim reſoluit in fauillas: partim in cineres. Nec ſarmētum immediate vertit in vinū, ſed in gēmam: ⁊ gēma in vuam: ex qua matura fit vinum, Et ideo vinum fit ex nō vino, non quidem infinitāter: qꝛ nō fit ex lapide: ſed ex vua ⁊ vua ex gēma. Quēadmodū forme artificiales nō educunt de quacunqꝫ materia quomōcunqꝫ informi: qꝛ ſtatua non ſculpit in aqua, aut in lana: ſed in ere, aut marmore, aut duris alijs ſimilibus. Hoc eſt phyſice ſtudioſis mēte ſeruandū. ¶ Ex quo ſequitur primo ꝙ principia contraria nō ſunt neceſſaria ad cōpoſitionē rei in facto eſſe, ſed ſolū ad generationē in fieri, cum eñi ex aqua generat ignis, in igne genito nō manet, niſi tantum materia ⁊ forma: ſed tñ dum generat neceſſe eſt ꝙ gñetur ex non igne.i.ex propria priuatione ignis in ſubiecto. ¶ Sequitur ſecūdo, ꝙ non appellat Ariſt. principia contraria generationis, formas ſubſtātiales, aut eoꝝ accidentia, ſed formā ⁊ priuationē: nam forma que expelit, ſaltim inquantū eſt quid poſitiuum, nō habet rationē principij in generatione: cū potius corrūpat tanqꝫ obſtās generationi. Sed tñ cū de rōne huius, qđ eſt fieri, ſit nouum eſſe acquirere, optime dictū eſt, priuationē forme pcedentē eſſe principiū tanqꝫ neceſſarius terminꝰ a quo in ordine gñationis. Tametſi vt queſtione.8. videbit nonnunqꝫ priuatio accipitur pro toto, qđ corrumpit in generatione: fit enim ignis ex aqua que eſt nō ignis: ⁊ homo ex ſemine. ¶ Sequitur tertio quātam huic textui violentiā inferant, qui hanc principioꝝ cōtrarietatē nōibus tribuere cōtendunt.

Buridanꝰ

Buridanus.n. (cui aliqui ex nominalibus cōſentiunt) in hoc lib. qōne.14. affirmat Ariſtotelem, vbi dixit, priuationem ⁊ formā eſſe cōtraria, terminos accipere materialiter. Nam priuatio (inquit) nihil in re ponit: ſed oppoſitio priuatiua eſt termini ſignificantes idē ſubiectum, quoꝝ vnus cōnotat aliquā formā, alter vero carentiā illius, vt ly, cecus, ⁊ ly, videns, ſignificāt oculū. Sūt ergo ſm eū principia gñationis contraria ad hunc ſenſum, ꝙ iſti duo termini gñatio forme ignis et priuatio eius, ſignificāt eandē materiam: ſed tñ priuatio cōnotat ꝙ careat forma, ⁊ generatio ꝙ illam acquirat: ⁊ ideo in gñatione prius verificat de materia tr̄us priuatiuus, ꝙ̄ poſitiuus, ⁊ in corruptione, ecōuerſo. ¶ Hunc, alias bonū authorē, citauerim, ſi forſan quoſdā huius etatis perſuaſos habere poſſim, ne nominaliter perſeuerent phyſicam tractare. Nam quicquid de vlibus, diſtinctionibuſqꝫ metaphyſicis ſenſerint, tñ phyſicas (que rerū ſunt) cōditiones, nulla eſt cauſa vt nominibꝰ tribuant. Enimuero quis credat cum Ariſt. dicit principia eſſe cōtraria, principia accipere pro terminis: nam cum generatio hominis a parte rei contingat, eſto nullus eſſet cōceptus, quo termini principia ſunt generationis hoīs: Item Ariſt. probauit principia eſſe contraria, qꝛ albū inquit fit ex nō albo: ⁊ muſicū ex immuſico: tr̄us autē non fit ex tr̄o: ſed albū ex nigro, ⁊ homo muſicus ex ignorāte muſicā. Itē probat ipſe inferius tria eſſe principia: qꝛ duo cōtraria non poſſunt inuicē ſe expellere, niſi circa idē ſubiectū, qđ ſit tertium principiū: expellere autem actio realis eſt, ⁊ non ſola ſignificatio terminoꝝ. At non opus eſt in re manifeſta, verba prodigere.

Ad.1.prin.

¶ Igitur ad primum argumētū principale conceditꝫ principia ſubſtātie eſſe ſubſtantias, ſeu partes ſubſtātie. Cōceditur qꝫ ſubinde nō eſſe proprie cōtraria, ſed largo mō.i. priuatiue oppoſita. ¶ At non abs re ambigere quiſqꝫ poteſt, cur ſubſtātie nihil eſt proprie cōtrarium, ſaltē forme ſubſtantiali.

Subſtantie nihil ē cōtrariū.

Arguitur.n. ſic. Calor et frigus eo dicuntur cōtraria, qꝛ ſunt duo entia poſitiua in eodē ſubiecto repugnātia: ſed pariter repugnāt forma ignis ⁊ forma aque: ergo pari mō ſunt cōtraria. ¶ Et cōfirmatur. Calor ⁊ frigus dicuntur proprie contraria, quia viciſſim ſe ab eodē ſubiecto pellunt: ſed forme ſubſtātiales ignis ⁊ aque pariter ſe expellunt: quin etiā actio prius ⁊ principalius eſt formarū ſubſtātialium, ꝙ̄ accidentalium: ignis nāqꝫ principalius agit per formā ſubſtantialē, ꝙ̄ per calorē qui eſt velut eius inſtrumētum. ¶ Et preterea arguit authoritate Ariſt. qui.1. de celo tex.20. ait celum eſſe incorruptibile: qꝛ nihil eſt illi cōtrariū: inſinuans aquā propterea eſſe corruptibilē, quia ignis eſt ei contrarius: ⁊.2. de gene. tex.24. expreſſe ait elementa eſſe cōtraria. Quod ſi forme ſubſtātiales proprie ſunt cōtrarie, melius hoc mō ſaluabit principia generationis eſſe contraria cū in omni gñatione neceſſario cōcurrāt due forme, quarū altera eijcit, altera vero inducitur. ¶ Rñdetur ꝙ contraria

Cōtraria.

(qđ bene cōſiderandū eſt) ſunt duo extrema contra ſe poſita, extrema vero nō ſunt, niſi reſpectu alicuius certe latitudinis, vt albedo et nigredo ſunt extrema in latitudine coloꝝ, ⁊ calor ſummꝰ ſummūqꝫ frigus, in alteratione. Et ideo ait Ariſto. ꝙ cōtraria ſunt que maxime diſtant. Hinc ſequitur ꝙ contraria nō ſunt, niſi vbi eſt magis et minus, vt ſit pgreſſus ab vno ad aliud. ¶ Sequit ſcđo, ꝙ illa proprie ſunt contraria, que per ſeipſa ſe expellūt: ad qđ neceſſario requirit ꝙ ſub gradibꝰ remiſſis poſſint eſſe in eodē ſubiecto. Exempli gratia calor ⁊ frigus ppriiſſime ſunt cōtraria, qꝛ vtrūqꝫ recipit magis ⁊ minus, obidqꝫ frigidū fit calidū progreſſu quodam intenſionis, dum ſimul in eodē ſubiecto paulatim remittitur frigiditas ⁊ intenditur caliditas: ſicut mobile localiter ab vno extremo per mediū peruenit in aliud. Et ita ex nigro per media fit albū: ⁊ ex dulci amarum. Quapropter Ariſt. ait illic ꝙ contrarietas eſt perfecta oppoſitio: nempe ꝙ album non perfecte cōtrariat pallido aut rubeo, ſed tñ nigro. Et qꝛ inter predicamēta ſola qualitas recipit magis ⁊ minus, in illa ſola eſt contrarietas. ¶ Quocirca vt S. Thom.11. meta. lect.12. refert, antiqui credentes formas ſubſtātiales eſſe contrarias, poſuerunt illas eſſe accidentia intenſibilia ⁊ remiſſibilia. Et Commenta.3. celi commē.67. volēs formas ſubſtātiales elemētoꝝ eſſe pprie cōtrarias,



poſuit proinde illas intēſibiles ⁊ remiſſibiles: ⁊ ideo ex vno errore in alterū prolapſus eſt. Qua de cauſa Ariſt. in pdicamētis cuicūqꝫ predicamēto attribuit non ſuſcipere magis ⁊ minus, ſubinde aſſerit non habere contrarium. ¶ Dum ergo querit cur ſubſtātie nihil eſt cōtrarium. Rñdetur ꝙ de ſubſtantia totali, q̄ eſt in recta linea, manifeſta eſt ratio: qꝛ nō recipitur in ſubiecto, et actio cōtrarioꝝ eſt circa aliqđ ſubm̄. De forma vero ſubſtātiali, rō eſt, qꝛ cū forma ſubſtantialis nō recipiat magis ⁊ minus, nō pprie due forme ſunt extrema vnius latitudinis: ſed excedunt ſe indiuiſibiliter, ſicut numeri. Eſt ergo inter formas ſubſtātiales repugnātia: nō tñ cōtrarietas proprie. ¶ Unde ad argumentum reſpondetur ꝙ ꝙ̄uis actio proprie attribuat formis ſubſtātialibus, nō tñ pprie attribuitur eis cōtrarietas: eo ꝙ nō ſe per ſe ipſe immediate expellūt, ſed per accidentia, que proprie ſunt cōtraria. Nō enim vnū immediate expellit alterum, niſi qñ ambo ſunt ſub gradibus remiſſis in eodem ſubiecto: qđ nō cōuenit formis ſubſtātialibus, ſed earū accidentibus. Et in hoc ſenſu ait Ariſt. ꝙ elemēta cotrariant: qꝛ vlꝫ vendicāt ſibi propria accidētia contraria: que quidē accidentia cum nō ſint in celo, nihil eſt illi contrarium. ¶ Et ideo Ariſtot. hic in duobus condēnat antiquos de cōtrarietate pncipioꝝ. Primo ꝙ ponebāt illa eſſe accidentia: et ſecūdo ꝙ appellabāt pncipia, illas formas, quarum vna expellit aliā: cum tñ illa que expellitur nō habeat rationē pncipij: priuatio vero habet rationē principij a quo. ¶ Qđ ſiquis forte percōtetur, quo ergo oppoſitionis nomine appellat illa que eſt inter duas formas ſubſtātiales. Rñdetur ꝙ nullo illarū quatuor, quas tractat Ariſto.

Diuerſe.

10. meta. Neqꝫ enim ſunt contradictorie, nec relatiue, nec priuatiue, nec cōtrarie oppoſite: ſed ſpeciali nomine dicunt diuerſe. Quapropter poſtqꝫ loco modo citato diſputauit Ariſto. de his quatuor oppoſitionum generibus, ſubſequēter tex.24. tractat de eodem ⁊ diuerſo, quales ſunt forme ſubſtātiales. ¶ At vero qꝛ iter hmōi formas, quippe que ſe habent vt numeri, vna ſemper eſt alia imperfectior, illa virtualiter includit priuationem perfectioris. Et inde eſt vt ex diuerſitate formarū ſubſtantialium naſcantur dr̄ie diuidentes genꝰ ⁊ cōſtitutiue ſpecierum, ſenſibile inſenſibile, rationale ⁊ irrationale, que explicantur per modum habitus ⁊ priuationis. Nihilominꝰ tñ vtraqꝫ differentia deſignat aliquid poſitiuū. Et hec de oppoſitione formarū ſubſtātialium, et dr̄iarū diuidentiū genus, obiter quidē, nō tamē prorſus abſqꝫ propoſito dicta fuerint. ¶ Et p hec

Ad primā confir.

patet reſpōſio ad primā cōfirmationē. Reſpōdetur eñi, ꝙ ꝙ̄uis alia ſit oppoſitio puatiua a ꝯtrarioꝝ oppoſitione, nihilominus gñali noīe illa q̄ priuatiue opponunt dicunt contraria. Et preſertim: qꝛ priuatio forme que gignit conuenit materie rōne forme ſubſtātialis diuerſe, ⁊ quodā modo ꝯtrarie. Qua de cauſa maiori ratione poſſunt forma ⁊ eius priuatio dici cōtraria: qꝛ agens per actionē cōtrarioꝝ accidentium expellēs diuerſam formā, expellit quodā mō priuationē introducens propriā formā, ad modū cōtrarioꝝ. ¶ Et

Ad Buri.

ad Buridanū ⁊ eius ſequaces, arguētes, ꝙ priuatio nihil eſt, ⁊ per ꝯñs nulli cōtrariatur, rñdetur ꝙ ſatis eſt ſola ratione differre a materia, vt contrarietur quodā modo forme: non enim ita ſunt negāde diſtinctiones rerū, vt modi loquēdi philoſophici permutent. Cū enim ſecluſo quocunqꝫ cōceptu ⁊ nomine, materia a parte rei, quatenꝰ priuat forma ignis, quodā mō opponitur forme, qꝛ eſt ſub oppoſita forma, hoc ſatis eſt vt concedamus formā ⁊ priuationē a parte rei eſſe cōtraria. ¶ Ad ſecundā confirmationem negatur aliquā eſſe in Ariſtotele contradictionem.

Ad ſcđm confir.

Et ad primam iam reſpōſum eſt nihil obſtare, ⁊ principia ſubſtātie non eſſe accidētia, ſed partes ſubſtātie: ⁊ formā nihilominus ⁊ priuationē eſſe largo mō cōtrarias: licet ſubſtātie ſit nihil proprie contrariū. ¶ Ad ſecūdā vero quidā rñdent, ꝙ cum prius dixit cōtraria nō fieri ex alterutris, accipit ꝯtraria in abſtracto: calor.n. nō cōuertit in frigus: qñ aūt ſubiūgit, ꝙ albū fit ex nō albo, accepit illa in cōcreto: idē.n. ſubm̄, qđ prius eſt nigrum, poſtea eſt album. Sed tñ aliter forſan proprius rñdetur ad intētionem Ariſto. ꝙ prius dixit cōtraria non fieri ex alterutris, tanqꝫ ex partibus eſſentialibꝰ: ſicut nō fiunt ex alijs, denotans ꝙ principia debent eſſe ſimplicia: ſed poſtea dixit ꝙ vnū cōtrariū fit ex altero tanqꝫ ex tr̄o a quo, ſiue in cōcreto ſiue in abſtracto. Dixit.n. hoc ad oſtēdēdum quō principia ſunt contraria: nempe quomodo calidum fit ex non calido: ⁊ calor, ex priuatione caloris: ⁊ ignis fit ex nō igne, ⁊ forma ignis, ex eius priuatione in ſubiecto apto. ¶ Ad tertiū mēbrum reſpondetur ꝙ tex.50. non dixit vniuerſaliter oīa principia permanere in compoſito: ſed intelligit de principijs que ſunt per ſe principia intrinſeca, puta materia ⁊ forma. vt queſtione ſequenti monſtrabimus: priuatio vero que contrariatur forme ⁊ eſt principium generationis tanquam terminus a quo, non manet ſimul cum forma. Et ideo nulla eſt contradictio.

¶ Subſequitur in ſecūdo articulo ſecūdū membrū queſtionis.

Articulus ſecundus.

Ex hac ergo ſecūda cōcluſione quā toto cap.5. tractat Ariſ. ratiocinat numerū principioꝝ. Quapropter in tex.50. ſubdit hanc ſecūdā cōcluſionem. ¶ Principia rei naturalis ſunt plura ꝙ̄ vnū.

2. Conclu.

Que ſequitur ex ſuperiori hoc modo. Principia ſunt contraria: ſed nihil eſt ſibi ipſum cōtrariū, vt habetur in predicamentis cap.6. ergo plura ſunt vno principia. ¶ Tertia cōcluſio eſt etiā in eodem textu. Principia non ſunt infinita.

3. Concluſ.

Hāc probat illic quatuor rationibꝰ, qꝛ (inquit) alias principia non eſſent cognoſcibilia, ⁊ per ꝯñs nec totū ens naturale. Et preterea qꝛ fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora: atqꝫ alijs duabus rōnibus, que in cōmento abūde expoſite ſunt. ¶ Quarta concluſio eſt in text.51. Principia ſunt plura ꝙ̄ duo.

4. Cōclu.ſ

Hāc probat illic tribꝰ rationibus, quas in cōmētis lucide habes expoſitas. Oēs autem huc tendunt. Principia debēt eſſe cōtraria: ſed duo contraria nō poſſunt inuicem agere ⁊ pati, niſi circa vnum ſubm̄: ergo ponendū eſt tertium principiū, qđ ſit ſubm̄ illoꝝ cōtrarioꝝ. Scđa ratio eſt. Illa principia debēt eſſe partes ſubſtātie: ergo nō ſunt accidētia: ſed ſubſtātie pprie nihil eſt cōtrariū: ergo principia proprie non ſunt cōtraria, ſed tanqꝫ priuatiue oppoſita: priuatio autem non eſt, niſi in ſubiecto apto ad recipiendā formā: ergo preter priuationē ⁊ formam, que ſunt duo principia,

eſt etiã ſubm̃ qđ eſt tertiũ. Qđ adhuc Ariſt. cõfirmat authoritate antiquoꝝ. Et ſic habetur principia ſunt ſaltẽ tria: que eſt prima pars huius excluſiue principaliter intente, tñ ſunt tria principia.

5. Cõcluſ. ¶ Quinta cõcluſio eſt in textu. 56. Principia rerũ naturalium nõ ſunt plura ꝙ̃ tria: que eſt altera expones. Probat. Unũ par primoꝝ cõtrariorũ ſufficit ad oẽs gñationes que ſunt in vniuerſo: ⁊ vni cõtrarietati ſufficit vnicũ ſubm̃: ergo tñ ſunt tria principia. Maiorem non probat Ariſto. ſed ſupponit tanꝙ̃ notã. Explicat tñ eam Themiſtius hoc modo. Si eſſent plura cõtraria ꝙ̃ duo, aut quicquid generaret ex duob⁹ cõtrarijs poſſet mediate vel imediate generari ex alijs duobus, aut nõ: ſi ſic, tunc plura ꝙ̃ illa duo eſſent ſuperflua. Si vero non, tunc ſequeret̃ primo ꝙ non oẽs ſubſtantie gñabiles ⁊ corruptibiles reducerentur ad idẽ genus principiorũ: qđ eſt falſum, q꞉ cum ſubſtãtia ſit vnius gñis, principia debent eſſe vni⁹ gñis. Scđo ſequeret̃ ꝙ deberẽt eſſe infinita cõtraria: nã eadẽ rõne qua ponuntur plura ꝙ̃ duo, non poſſet diffiniri eorũ numerus.

Dubitatio. ¶ Dubitatio tñ eſt hic non cõtẽnenda (quã ſuper text. 57. partim tetigimus) circa iſtam quintã concluſionẽ, q̃ũo duo tñ contraria omniſufficiãt generationi. Arguitur enim ſic. Alia principia ſunt cõtraria in motu locali, puta a ſupremo loco ad infimũ (qualis eſt motus grauium) vel ecõuerſo (qualis eſt mot⁹ leuiũ) vel a dextro in ſiniſtrum: qualẽ. 2. celi ait Ariſt. eſſe motum celi. Alie ſunt, eedẽq꞉ plurime in motu alterationis. ſ. a calido in frigidum, ab albo in nigrum ⁊c. ⁊ alie in motu augmẽtationis ⁊ diminutionis. ſ. a paruo in magnum, ⁊ econuerſo. Quin etiã in gñationib⁹ ſubſtantiarũ ſunt diuerſa contraria principia: nam alia eſt cõtrarietas principioꝝ in gñatione ignis ex ligno, ⁊ alia in gñatione animalis ex ſemine: atq꞉ alia in gñatione cadaueris ex hoie. Nã ꝯtrarietas forme ⁊ priuationis eſt rõne diuerſitatis formarũ quaꝝ altera expellit ⁊ altera ĩtroducit: iſte aũt forme differũt ĩ ſpecie diuerſis gñib⁹: ergo ⁊ cõtrarietates principioꝝ ſunt diuerſe: ⁊ ꝑ ꝯñs nõ ſunt tñ duo principia cõtraria: atq꞉ adeo neq꞉ principia oĩa ſunt tantum tria. ¶ Ad hanc dubitationẽ reſpondetur primũ omnium ꝙ hic non eſt ſermo de cõtrarietate extremorũ inter alios motus, ſed de cõtrarietate principiorũ gñis ſubſtãtie. Uerum eſt tñ ꝙ textu. 42. et textu. 50. inſinuat Ariſt. in vno quoq꞉ genere eſſe vnam primã contrarietatẽ ad quam omnes illius generis reducũtur: qđ ambob⁹ in locis ferme declarauimus.

Prima cõtraria. Sed reſtat adhuc cõſiderare ꝙ prima contraria poſſunt intelligi dupl'r: aut q꞉ ſunt vniuerſaliſſima in p̃dicando, aut q꞉ ſunt prima in efficiendo. Prima cõtrarietas in predicãdo authore Ariſtotele. 10. meta. tex. 15. eſt habitus ⁊ priuatio, quippe ꝙ relique oẽs participẽt rõnẽ huius, vt commento. 42. dicebamus. Imperfectius. n. duorũ contrariorũ virtualiter includit priuationẽ alterius. Unde eodẽ lib. tex. 7. habet̃, ꝙ nigrũ eſt priuatio albi. Et pariter relatiue oppoſita vt maius ⁊ minus: nam de cõtradictorie oppoſitis manifeſtum eſt ꝙ vnum dicit negationẽ alterius. Iſto ergo modo poſſumus dicere priuatiuam oppoſitionẽ eſſe primã: q꞉ vl'iter predicatur de quibuſcunq꞉ oppoſitis: ⁊ precipue de his q̃ diuidũt genus, vt, ſenſibile ⁊ inſenſibile, rõnale ⁊ irrationale, ⁊c. Alio modo dicuntur aliqua prima contraria primitate efficiẽtie: q̃ũo in gñe qualitatis caliditas ⁊ frigiditas ſunt prima contraria: ſane ex quibus oẽs alie qualitates ſecunde efficiuntur. Et quãuis humiditas ⁊ ſiccitas annumerentur etiã primis qualitatibus, tñ q꞉ ſunt paſſiue, ſunt poſteriores caliditate ⁊ frigiditate, que ſunt actiue. Qñ ergo hic dicit duo prima cõtraria ſufficere, vt ſint principium omnium generabiliũ ⁊ corruptibilium, intelligit duo prima vtroq꞉ modo: nam in omni gñatione cõcurrunt principia que ſe habẽt vt habitus (ſeu forma) ⁊ priuatio. Et hec etiam ſunt prima quodã modo in genere cauſandi. q̃m ſimpliciſſima principia ad generationem ſubſtãtie ſunt forma ⁊ priuatio, que ſeſe viciſſim expellunt circa eandẽ materiã. Et q꞉ oĩa accidentia ꝯproducunt̃ ad productionẽ ſubſtantie, ſunt ſimpliciter prima. ¶ Ex quo ſequitur accidentia que per alterationem precedunt generationem nõ habere rationẽ principiorũ, ſed ſunt inſtrumẽta quibus res corrũpitur, vt materia ſpoliet̃ forma, ⁊ nouã poſſit recipere, vt q̃ſtione ſequẽti euidẽti⁹ mõſtrabitur. ¶ Ex his rurſus que dicta ſunt elicitur ſolutio vulgatiſſimi cuiuſdã argumenti qđ eſt hoc. Cuiuſcũq꞉ rei, dum gignitur, ſunt ſua ꝑncipia ab alijs alteri⁹ rei, aut ſpecie, aut numero diſtincta: ⁊ ſunt res genite innumere, imo ſ̃m Ariſto. fuerũt ⁊ erunt infinite: ergo aut infinita, aut ſaltẽ ꝙ̃ plurima ſunt principia.

Tria principia. ¶ Ad hoc argumentum, qui plus nimio terminis ⁊ nominibus aſſueuerũt, explicant tria eſſe principia, hoc modo. Tres ſunt termini non ſynonomi omnia principia gñationis ſignificãtes. ſ. materia ⁊ forma ⁊ priuatio. At vero poſtꝙ̃ principia ſunt mere res, non opus eſt ad terminorum ſignificationes appellare: ſ꞉ ſatis exprimit̃ in hoc ſenſu propoſitio Ariſto. Cuiuſcunq꞉ gñationis ſubſtantie tria ſunt prima ꝑncipia. Et multo ſignificantius exprimit̃, ſi ly, ꝑncipia faciat ſuppoſitionem ſimplicem, ⁊ nõ deſcendamus perſonal'r ad ſingula. Ut cũ dicimus, tria ſunt ꝑncipia rerũ naturaliũ, ſenſus ſit. Tria ſunt principioꝝ gñа. ſ. materia forma ⁊ priuatio. Quẽadmodũ dicimus tantũ decẽ ſunt predicamenta. i. decem ſunt rerum genera. Enimuero forma ignis, forma arboris, et forma equi et forme vniuerſe ſubſtantiales in ratione principij ſunt eiuſdem generis: quia concurrũt tanquã principium formale in generatione. Et pariter omnes priuationes in ratione termini a quo ſunt eiuſdem generis. Nam de materia omnium generabilium nulla eſt ambiguitas, cum ſint omnes eiuſdem ſpeciei.

6. Conclu. ¶ Sexta demum concluſione ex ꝓpria ſententia reſpondet Ariſ. tex. 67. ad vtrũq꞉ mẽbrũ q̃õnis, hoc tenore. Principia quodam mõ ſunt vt duo, quodã mõ vt tria, ⁊ quodã mõ vt cõtraria.

Duo ꝑncipia intrinſeca. Intelligit eſſe quodam modo vt duo, eo ꝙ principia intrinſeca rei genite ſunt tantum duo, eadẽq꞉ realiter diſtincta. ſ. materia ⁊ forma. Atq꞉ ꝙ tñ hec principia ſint intrinſeca, probat Phus tex. 65. hac ratione. Ea ex quibus per ſe compoſitum fit ⁊ factũ eſt, ſunt eius principia: ſed tñ materia ⁊ forma ſunt hmõi: ergo. Ex quib⁹ (inquit) fit ⁊ factũ eſt, ad excludendum priuationẽ, que eſt ꝑncipiũ ⁊ termin⁹ a quo gñationis in fieri, nõ tñ in facto eſſe: q꞉ nõ manet in ꝯpoſito, ⁊ ideo nõ eſt eius



eſt ei⁹ principiũ per ſe. Qđ autẽ materia, ⁊ forma ſint per ſe principia rei iã facte: probat, q꞉ reſolutio cõpoſiti fit in materiam ⁊ formã ⁊ vnũquodq꞉ cõponitur ex ijs in que reſoluitur. Intelligit verũtamen eſſe principia quodãmodo vt tria: quia omnia ſimul principia includendo principium a quo ſunt tria ratione: nam priuatio que eſt principium per accidens, licet ſit idem numero cum materia, differt tamen ratione. Quod autem priuatio ſit principium per accidens, probat tex. 66. quia res fit ex materia in quantum accidit ei priuatio forme que gignitur, ⁊ per cõſequens fit ex priuatione tanꝙ̃ ex termino a quo. Intelligit deniq꞉ eſſe quodãmodo vt contraria: quia forma ⁊ priuatio ſunt cõtraria. Uerũtamen non dicit ſimpliciter eſſe cõtraria: quia non omnia principia ſunt contraria: materia enim nõ cõtrariatur forme. In ſumma, cõparando materiã ad formã, dicit eſſe quodãmodo duo: verũ cõparando eam ſimul ad priuationem, dicit eſſe quodãmodo tria. Rurſus conferendo formã cum priuatione, dicit eſſe vt contraria: innuens ꝙ ſi conſideretur in ordine ad materiã, non eſt illi contraria.

Ad. 2. prĩ. ¶ Ad ſecũdum igitur principale argumentũ reſpõdetur, ꝙ Ari. loquit̃ hic de principijs ſecundũ propriã nominis ſignificationẽ, vt notabili ſecundo in principio queſtiõis explicuimus. ſ. pro illo quod pertinet intrinſice ad ordinem generationis. ⁊ ideo efficiens ⁊ finis non numerantur inter principia Sed cum arguitur, aut intelligitur de principijs intrinſecis et per ſe, aut de extrinſecis ⁊ per accidens: tota difficultas eſt de priuatione, que nec eſt intrinſeca rei genite, nec proinde principium per ſe illius, ſed per accidens vt textu. 66. docet Ariſtote. cuius contrarium videtur dixiſſe in textu. 43. ¶ Et arguitur ꝙ ſi priuatio eſt principium per accidens, non eſſet aſſerendum proprie principium: quia principia per accidens ſunt infinita: et ideo non cadunt ſub ſcientia. ¶ Ad hoc reſpondet Cõmentator cõmento. 66. ꝙ priuatio licet ſit principiũ per accidẽs, eſt tñ neceſſariũ. Sicuti ꝓpria paſſio, l꞉ ſit accidẽs, eſt tñ neceſſariũ. Et ideo Ariſt. nec loquitur hic de ſolis principijs per ſe, nec de omnibus per accidens: ſed de neceſſarijs. Attamen cõtra hanc expoſitionẽ videt̃ eſſe qđ diximus. 1. poſte. q. 3. de intentione Ariſ. ꝙ idẽ eſt neceſſariũ et per ſe: nihil enim neceſſario rei cõuenit, niſi qđ per ſe. i. ab eſſentia ſua conuenit, vnde et propria paſſio facit ſecundũ modum per ſe.

Priuatio. ¶ Aliter ergo arbitror eſſe dicendũ. ſ. ꝙ priuatio ſi cõparetur ad materiã, eſt quidẽ accidẽs illius: item ſi comparetur ad cõpoſitum quod gignitur, eſt etiã principiũ per accidẽs: quia nõ dicit aliquod poſitiuũ influens in cõpoſitum, ſicut vera cauſa: neq꞉ permanet in illo tãꝙ̃ pars eius eſſentialis: ſed eſt eius principium per accidens ad hũc ſenſum ꝙ cõpoſitum fit ex materia cui accidit priuatio. Et hoc intẽdit Ari. tex. 66. Si tamẽ priuatio cõparetur ad generationẽ ipſam, tunc non eſt ſolũ neceſſariũ principiũ: ſed quodãmodo intrinſecũ et per ſe intrans diffinitionẽ generationis et corruptiõis. Et hoc voluit dicere textu. 43. generatio enim eſt mutatio a non eſſe ad eſſe, corruptio vero mutatio ab eſſe ad non eſſe, vt habetur. 5. huius text. 7.

Gñatio. Cum ergo queritur de quibus principijs determinat Ariſtote. eſſe tria reſpondetur ꝙ nec de ſolis principijs intrinſecis ⁊ per ſe entis naturalis, nec de omnibus extrinſecis et per accidens: ſed de intrinſecis ⁊ per ſe gñationis entis naturalis: que ſunt terminus a quo ⁊ terminus ad quẽ ⁊ ſubiectũ. ¶ Quod ſi interroges quomodo fieri põt, vt aliqua ſint per ſe principia generationis, que non ſunt rei genite. Reſpondetur. Idcirco ꝙ alia eſt diffinitio rei naturalis, ⁊ alia, generationis eius: res enim naturalis diffinitur phyſice per ſolam materiã et formam: eſt enim ſimitas naſi cauitas: ⁊ homo animal cõpoſitum ex materia ⁊ anima rationali. Et per hoc probat Ariſto. hec duo tantum eſſe principia intrinſeca rei naturalis, vt ſuper textũ. 65. expoſuimus. Generatio vero eſt mutatio ſubſtãtie de non eſſe ad eſſe: ⁊ corruptio mutatio de eſſe ad non eſſe: in quarum prima diffinitiõe ponitur priuatio, tanꝙ̃ termin⁹ a quo incipit mutatio: et in ſecunda, tanꝙ̃ terminus in quem deſinit.

¶ Sequitur conſequenter. queſtio. ſexta.

Textus. lxix. Hæc non ſic vnum exiſtens &c.

## ¶ Quæſtio ſexta.

### VTRVM MATERIA SIT adeo pura potentia, vt nullam de ſe habeat actualitatem.

Poſt numerũ iam diffinitũ principiorũ, ſequit̃ ſinguloꝝ, ſingulis queſtionibus, rimari naturã: quippe quorũ cognitio pluſꝙ̃ dimidiũ eſt totius phyſice ſciẽtie. Arguit ergo ꝙ materia nõ ſit pura potẽtia. Materia ꝑ ſe eſt ens reale exiſtẽs ſine operatione intellectus, atq꞉ adeo reale ſubiectũ forme quã ſuſtinet ⁊ conſeruat: ergo de ſe eſt actu ens, ⁊ per ꝯñs nõ eſt mera potentia. ¶ Et cõfirmatur. Materia differt a priuatione vt tex. 75. et. 79. ait Ariſt. in hoc ꝙ priuatio eſt per ſe nõ ens: materia vero eſt prope ſubſtantia permanẽs in compoſito: ergo materia per ſe habet aliquẽ gradũ entitatis, ⁊ per cõſequẽs nõ eſt mera potentia. ¶ Et cõfirmatur ſecũdo. Materia habet ex ſe veras proprias paſſiones: habet enim appetitũ forme, vt habetur tex. 81. habetq꞉ potentiam, vnde educitur forma, vt habetur tex. 78. qđ eſt habere realem cauſalitatem reſpectu forme: hec autem, niſi rei que per ſe ſit, competere non videntur: ergo materia per ſe eſt ens in actu. Itẽ eſt per ſe principium, vt habetur text. 65. ergo eſt per ſe ens: quia entis principium eſt entis ens. ¶ Secundo principaliter arguitur. Si materia eſſet pura potentia vt diſtinguitur cõtra actum, ſequeretur ꝙ nec per diuinã potentiã poſſet eſſe materia ſine forma (haberet em̃ tũc materia eſſe ita intrinſece a forma, ſicut corp⁹ h꞉ eſſe albũ ab albedine: ita em̃ ſe habet pura potentia eſſentialis ad eſſe ſimpl'r, ſicut pura potẽtia accidẽtalis ad eſſe albũ) ſed repugnat ꝑ quãcũq꞉ potentiam corpus eſſe albũ ſine albedine: ergo ita tũc repugnaret materiã eſſe ſine forma. Cõſequens tamẽ inde apparet falſum ꝙ cũ materia et forma ſint due res numero diſtincte, vt enũciat Ari. tex. 67. ⁊ neutra illarũ ſit pars alteri⁹ (in quo ſenſu dixerat Ari. tex. 43. principia nõ fieri ex alterutris) ſequit̃ deũ poſſe materiã ſeorſum conſeruare ſine forma: ſicuti formã põt, ſine materia. ¶ In cõtrariũ eſt Ari. tex. 69. vbi ait. Unũ igitur principium

 hec

hec (ſcilicet materia) non ſic vnum, neqꝫ ſic ens, vt hoc aliquid: vnũ autem ſcilicet forma, ſecundum quod ratio. Ubi docet materiam de ſe non exiſtere niſi per formam.

¶ Quæſtio hæc duos habebit articulos. In primo reſpõdebitur ad queſtionem: et in ſecundo alia minora dubia circa naturam materie terminabuntur. Atqui primũ omnium attente notanda eſt natura materie: que fundamentũ eſt ſcientie naturalis. Et quo ab eius diffinitione ſumatur exordiũ. Materia (vt textu.82. habetur) eſt primum ſubiectũ vniuſcuiuſqꝫ, ex quo fit aliquid cũ inſit, non ſecundum accidens. Ait, primum ſubiectũ, ad differentiam ſubiecti accidentium: quorũ ſubiectum, quo, eſt quantitas, ſubiectum vero, quod, eſt totum compoſitũ, vt.1.de generatiõe ſuper textũ.24.dicturi ſumus materia vero eſt ſubm̃ forme ſubſtantialis: que preſupponitur accidentibus. Ex quo cum inſit fit, aliquid nõ ſecundũ accidens, ad differẽtiam priuationis, que nec permanet in cõpoſito, nec ꝓinde per ſe cõcurrit ad eius eſſe q2 eſſe cõpoſiti nõ reſultat ex eſſe priuationis, ſicuti ex eſſe materie ⁊ forme. Et eadẽ particula excludit terminus a quo includens formam contrariam. Fit nanqꝫ acetum ex vino: ⁊ tamen vinum non eſt hoc modo materia (quia non manet in aceto) ſed eſt terminus a quo. Et fit mixtum ex elemẽtis que non ſunt hoc modo materia: quia nõ manent formaliter in mixto. Tametſi etiam ſi manerent excluderentur per aliam particulã: quia nõ ſunt ſubm̃ primum. At quia materia vt text.68. habetur innoteſcit per analogiã ad ſubm̃ accidentiũ et potiſſimum artificialiũ, prima cõparatio eſt ꝙ ſicut ſubiectum forme accidẽtalis recipit a forma eſſe accidentale, puta eſſe album, aut calidum ⁊c. ita materia prima recipit a forma eſſe ſubſtãtiale.i. ſimpliciter actu exiſtere. Unde ſicuti prima ſubſtantia.i. ſuppoſitum eſt primũ ſubiectum reſpectu omnium accidentium, eo ꝙ illa ſola ſimpliciter per ſe exiſtit, ita materia, quia eſt ſubiectum forme dantis eſſe ſimpliciter, dicitur ſimpliciter prima materia ⁊ primum ſubiectũ. ¶ Eſt tamẽ differentia ꝙ prima ſubſtantia eſt ſubiectũ accidentium, dans illis eſſe: quia eſſe accidentiũ non eſt aliud, q̃ in eſſe ſubſtantie: ſed tamẽ prima materia non eſt ita ſubiectum, vt illo modo det eſſe forme. Immo potius forma eſt actus per quẽ actu eſt materia: veluti albedo eſt forma per quã ſubiectum eſt albũ. Quo circa materia ſuſtinet quidem, cõſeruatqꝫ formam: at nõ proprie dando illi eſſe: ſed tanq̃ potẽtia ad eſſe per formã. ¶ Hinc ſequitur ſecũda apprimeqꝫ notanda differentia, cur ex materia ⁊ forma fit vnum ens per ſe, tamẽ ex ſubiecto et accidentibus non fit vnum per ſe: quam docet Ariſto.8.meta.tex.15. quia videlicet cum forma ſubſtantialis aduenit materie, nõ aduenit enti quod ſimpliciter ſit per ſe in actu ante aduentum forme: obidqꝫ non ponunt in numero forma ⁊ materia, vt duo ſimpl'r entia, ſed quod reſultat eſt ſimpliciter vnum: accidens vero aduenit enti qđ ꝑ ſe eſt actu ens: ⁊ ideo forma ⁊ ſubiectum ſemper manent duo non facientia vnũ. In quo ſenſu intelligitur illa maxima. Ex duobꝰ entibus in actu non fit vnum ſimpliciter. ¶ Hinc ſequitur tertia differentia quantum ad modũ loquendi, ꝙ proprie ſubiectum accidentiũ dicitur materia in qua: ſed materia prima dicit̃ proprius materia ex qua (vt habetur in diffinitione Ariſt. ex quo ⁊c. Et ratio eſt, ꝙ eſſe ſuppoſiti nõ conſtat tanq̃ ex partibus ex eſſe accidẽtium, ſed potius ſubiectum communicat illis ſuum eſſe: licet viciſſim recipiat ab illis denominationem accidẽtalem: ſed tamen eſſe ſuppoſiti reſultat ex materia ⁊ forma, tanq̃ ex partibus eſſentialibus.

Materie diffinitio.

Comparatio materie ad ſubiectũ acci.

Unũ pſe.

¶ His præiactis fundamẽtis circa queſtionis titulum notandũ eſt, ꝙ potentia et actus, que ex oppoſito diſtinguũtur, multis modis dicit̃, vt habetur.5.meta.text.14.et copioſius lib.9.in principio. Uno modo actiue, ſicut calor eſt potentia ignis ad calefaciendum aquam, et alio modo paſſiue, ſicut ſiccitas ligni eſt potentia paſſiua vt bene ſit cõbuſtibile: et tertio modo pro potentia ſubiectiua, ſicut corpus recipit colorem et intellectus ſpecies. Et iſtis modis non accipitur in propoſito. Nõ enim hic diſputamus an materia habeat potentiã actiuam, neqꝫ querimus an ſic habeat potentiam paſſiuã, vt ſit cõbuſtibilis: alie nanqꝫ ſunt, diuerſeqꝫ huiuſmodi queſtiones. Neqꝫ rurſus ambigimus an materia ſit potentia ſubiectiua reſpectu forme: hoc enim notiſſimum eſt. Sed accipitur hic potentia vt diſtinguitur contra actum ſubſtantialẽ vel accidẽtalem qui eſt eſſe. Et querimus vtrum materia in ſua ratione formali includat actum huiuſmodi: quemadmodũ homo in ſua ratione includit formam: et album, includit albedinem. ¶ Ad quam quidem queſtionem reſpondetur tribus concluſionibus. Prima. Materia eſt verũ ens actu exiſtens ſeu entis ens, in alio exiſtens. Probatur. Materia eſt vera pars ſubſtantie de qua ſimpl'r ꝑdicatur eſſe: vt eñ vera eſt hec ꝓpoſitio, lignũ eſt, ita ⁊ forma eſt, ⁊ materia eſt, niſi ꝙ ſuppoſitũ ſubſiſtit, partes vero non per ſe ſubſiſtunt: ens vero eſt participiũ huius quod eſt eſſe: ergo materia eſt ens reale, actu exiſtens in toto. Concluſio hec preterea comprobatur argumẽto primo principali cum ſuis confirmationibus. ¶ Secunda concluſio. Materia in ſua intrinſeca ratione formali nõ includit actum aliquem a quo formaliter ſit. Et hoc eſt eſſe pura potentia. Probatur. Actus ⁊ forma in quocunqꝫ genere idem prorſus eſt: ſed materia prima, vt nomẽ ipſum ſonat, nullam in ſua ratione formam includit, quin potius omnem excludit: ergo materia nullã de ſe habet actualitatẽ. Probatur maior inductiue. Id quo aliquid eſt actu albũ, eſt forma accidentalis albedinis: et quo eſt actu calidũ, eſt forma caloris. Et eadem ratione quo aliquid eſt actu equus, eſt forma equi: ⁊ quo aliquid eſt actu homo, eſt forma hominis: ⁊ ita diſcurrẽdo per omnia. Immo idem prorſus ſignificat, eſſe actu tale, et eſſe formaliter tale.i.a forma: ergo eadem ratione, eſſe ſi abſolute dicatur eſt ab aliqua forma. Cũ ergo materia de ſe nullam formam dicat, nullũ in ſua ratione includit actum. Et per cõſequens eſt mera potentia. Et confimatur. Nulla res eſt ſimpliciter, niſi ſit in aliqua certa ſpẽ ſubſtantie, puta homo, equus, aut lignum ⁊c. ſicut nulla res eſt qualis, niſi in aliqua certa ſpecie qualitatis, nec quanta niſi in aliqua ſpecie quãtitatis ⁊c. ſed materia de ſe nullam dicit certam ſpeciem: ſed quid penitus informe: ergo in ſua ratione non includit aliquem actũ: ſed eſt mera potẽtia. ¶ Hãc concluſionem intendit Ariſt. in textu preſenti.69. dicens ꝙ materia nõ eſt hoc aliquid, ſed aliud principium.ſ. forma, eſt vt ratio. Quaſi dicat Materia nõ habet eſſe: niſi per formam. Et tex.71. ait ꝙ materia eſt prope ſubſtãtia.i. in potẽtia vt ſubſiſtat per formã. Et tex.78. ait materiã eſſe ens, non ſimpliciter, ſed in potentia. Quod euidẽtius pronunciat.1.de gene.tex.xj. Et expreſſe.7.meta.tex.8. materia (inquit) ſecũdũ ſe, nec eſt qđ nec quantum, nec aliquid aliorum generũ. ¶ Hanc deniqꝫ concluſionem Ariſto. perſcrutatus eſt aduerſus antiquos: qui oẽs hoc peſſime errabãt, ꝙ principiũ materiale entis ponebãt eſſe ens in actu includens formã: alij.ſ. aquã aut aliud quoduis elementum: alij vero res ipas naturales latitare in quolibet. Unde cogebantur negare generationẽ ſubſtantie ſimpliciter: nã enti cõpleto in actu nõ põt aduenire forma, niſi accidẽtalis. Quapropter cũ videret Ari. materiã eſſe aptũ ſubiectum ad vniuerſas formas, cognouit eã in ſua ratione nudã prorſus eſſe omni forma. Sicuti oculus eo caret omni colore, vt accipere poſſit omniũ ſpecies colorũ. ¶ Tertia cõcluſio eſt. Materia nõ eſt niſi per formam. Hec manifeſte ſequitur ex ſuperioribus, hoc modo. Materia vere ⁊ realiter eſt (que eſt prima concluſio.) et non eſt per ſe (vt habetur in ſecunda) ergo eſt per formam. Et hoc eſt quod ait.3.huius tex.67. Materia cõtinetur a forma. Et.1.de gene.tex.83. Materia efficitur, vt ſit in actu per formam. ¶ Et cõfirmatur quia eſſe actualiter idem eſt quod eſſe formaliter, ⁊ per cõſequẽs eſſe per formam. Itaqꝫ ſicut Petrus eſt albus per albedinem et ẽs eſt ſtatua per figuram, ita materia ſimpliciter eſt per formam. Licet forte non nil differat, vt iam modo dicturi ſumus. ¶ Hec deniqꝫ omnia manifeſtiora fiunt nominibus, quibus grece materia et forma ſignificant̃. Materia nanqꝫ nuncupatur, hyle, forma vero, entelechia, Hyle autẽ in artificijs ſignificat materiam, non quancunqꝫ, ſed informẽ, vt eſt ſilua lignorum et lapidum que edificio conſtruendo congregata ſunt. Et ideo in naturalibus proprie ſignificat materiã primã omnipenitus forma nudam. Entelechia vero ſignificat formã, non quomodocũqꝫ: nã eidos, etiam ſignificat formã. Sed eidos, quãuis cõmuniter ſignificet oẽm formã, etiam illã, que eſt pars cõpoſiti, tñ potius ſignificat formã a totius quã dicimus naturã hoĩs, aut equi ⁊c. Entelechia vero ſignificat ꝓprie formã.i. actũ ⁊ perfectionẽ corporis vt diſtinguitur cõtra merã potentiã. Aliqui ſcribunt endelechiam per.d. ſed tamẽ grece per.t. ſcribitur: niſi ꝙ cũ.t. poſt eñ proferat grece vt.d. latinũ, aliqui trãſtulerũt p.d. ¶ Et ꝑ hec ſolutũ eſt ꝑmũ argm̃ cũ ſuis cõfirmationibꝰ: ad formã eñ primi diſtinguit̃ maior, ſcꝫ materia ꝑ ſe eſt ens reale, ſi eñ ens dicat actũ eſſendi, hoc negat̃: immo hoc hꝫ ꝑ formã. vt expſſe ait Ari. locis iã mõ citatis. Si aũt ens accipiat̃ vt dicat eſſentiã partialẽ, qđ eſt eſſe ꝑncipiũ eſſentie cõpoſiti, hoc bñ ꝓbat argm̃, ⁊ confirmatiões. Neqꝫ ſequit̃. Materia eſt ꝑ ſe ꝑncipiũ: ergo eſt ꝑ ſe actu, ſꝫ eſt ꝑ formã totiꝰ: ſicut eſt ꝑ eſſe totius. ¶ Hinc ſequit̃ ꝙ materia gñabiliũ nec ꝓprie eſt eiuſdẽ ſpẽi nec differẽs ſpẽ a mã celi: q2 tã vnitas q̃ drĩa ſpecifica, vtrũqꝫ ẽ a forma. Et iõ Ariſ.3.

Potentia

1. Cõclu.

2. Cõclu.

Concluſ.

Hyle, entelechia.

Primũ ar.



huiꝰ tex.65. dicit ꝙ materia nõ hꝫ ſpẽm. Sꝫ dr̃ mã gñabilium eiuſdẽ ſpẽi negatiue: q2 nõ hꝫ de ſe vñ differat ſpẽ. Et dicit̃ differre genere a materia celi: q2 vna appetit formã: alia vero nõ. Genere inq̃ modo quo ſtatim dub. quarto videbitur.

¶ In articulo ſecũdo primũ dubiũ eſt circa materiã ſcdĩ argumẽti principalis, vtrũ per potẽtiã dei ſup naturalẽ poſſet eſſe materia ſine forma. Eſt eñ theologis de hoc cõtrouerſia. Nã. S. Th.1.p.q.66.arti.1. ⁊ quolꝫ.3.arti.1. exiſtimat id implicare cõtradictionẽ. Cui ſubſcribit Durandus in.2.d.12.q.2. Scotus vero eodem lib. d.et.q. quem ſequitur in eodem loco Gregorius, dicunt contra, rem eſſe poſſibilẽ. At quia res eſt theologa, paucis eã abſoluemus duabus cõcluſionibus. Prima. Probabiliſſimũ eſt et quod rei nature cõgruentiſſimum videt̃, materiã per nullam potentia eſſe poſſe ſine forma. Probat̃ ratiõe S.Thom. Id quod implicat cõtradictionẽ deus non põt facere: ſed eſt cõtradictionis implicatio materiã eſſe ſine forma: ergo. Probatur minor. Materia formaliter habet eſſe per formã: nam vt dictum eſt materia de ſe eſt mera potẽtia, cuius actus eſt forma: quẽadmodũ corpus, qđ de ſe eſt pura potẽtia, vt ſit album, formaliter eſt album per albedinẽ: ſed implicat cõtradictionẽ aliqđ eſſe actu tale ſine forma qua eſt tale, vt implicat corpus eſſe albũ ſine albedine: ergo eadẽ ratiõe implicat materiã eſſe ſine forma. ¶ Et confirmat̃. Implicat cõtradictionem aliquid eſſe niſi in aliqua certe ſpẽ, vt Paulo ante dicebamꝰ: ſed materia ſine forma nulliꝰ eſſet prorſus ſpẽi: q2 ſpẽs eſt forma. Immo hoc ipſum ſonat forma, quod ſpecies, vt Ariſto. hic loquitur textu.81. Quod cõfirmatur ex illo citato.7.meta.text.8. Materia nec eſt quid, nec quale, nec quantũ ⁊c. ¶ Et cõfirmatur ſcdo: q2 ſi materia eſt, ea eſt corpus finitũ, et per cõſequens habet aliquã figurã quadratam, aut circularẽ ⁊c. hãc tñ ſine quãtitate habere nõ põt: nec quãtitatẽ aut aliud qđuis accidens ſine forma ſubſtãtiali: ergo implicat materiã eſſe ſine forma. ¶ In contrariũ arguũt Scotus ac Gregorius argumẽtis multis que quiſqꝫ apud illos et apud Capreo.2.d.13. videre poteſt. Sed que alicuius ſint põderis hec ſunt. Ex duabꝰ quibuſcũqꝫ rebꝰ realiter diſtinctis quarũ neutra eſt pars alterius deus poteſt vtrãlibet ſine altera ſeruare: ſed materia et forma ſunt huiuſmodi: ergo poteſt deus ſeruare materiam ſine forma. ¶ Hoc tamen argumentum in via Scoti tenentis deum non poſſe ſeruare ſubiectum ſine relatione nullum eſt contra San. Thomam: quia profecto maior dependentia videtur naturalis materie a forma, q̃ ſubiecti a relatione. Etenim ſicut pater formaliter eſt pater ſecundum Scotum ab illa paternitate diſtincta, ita et materia eſt formaliter ſecundum Ariſto. a forma: immo magis dependet: quia eſſe ſubſtãtiale habet a forma. Et per cõſequens ſi deus non poteſt ſeruare (vt ipſe dicit) fundamentum ſine relatione, multo minus poteſt materiã ſine forma. ¶ Scdm̃ argumentũ eſt hoc. Quicqđ deus facit et cõſeruare per cauſam ſcdãꝫ põt ſe ſolo facere ⁊ conſeruare: deus cõſeruat natural'r materiã ꝑ formã: ergo põt illã ſine forma cõſeruare. ¶ Et cõfir. Accidẽs plus dependet a ſubſtãtia q̃ mã a forma: ⁊ tñ in ſacramento ſeruat̃

Articulꝰ ſecũdus.

1. Cõclu.

ſeruat accidentia ſine ſubiecto: ergo. Item tantum forma dependet naturaliter a materia (ſaltem forma corporalis que educitur de potentia materie) quantum materia dependet a forma: ſed poteſt deus conſeruare formam ſine materia: ſiquidem ſeruat accidentia que ſunt minoris entitatis: ergo pariter poteſt materia ſine forma ſeruare. ¶Ad hec verũtamen reſpõdet. S. Tho. quotlibet. 3. citato, ꝙ aliter dependet materia a forma, q̃ accidentia a ſubiecto. Accidentia enim dependent a ſubiecto in genere quodãmodo efficientis ſeu cõſeruantis: ⁊ pari modo forma dependet a materia: materia vero depẽdet a forma in gñre: cauſe formalis: ſicuti corp⁹ eſſe albũ dependet ab albedine. Unde ad formã reſpondetur ꝙ quicquid deus facit aut conſeruat cũ cauſa ſecunda, cõcurrente tanq̃ efficiens, aut quomodocunq̃ cõſeruans in ratione ſubiecti, poteſt cõſeruare ſe ſolo: vicẽ tamẽ cauſe formalis nõ poteſt ſupplere: quoniam non poteſt facere corpus album ſine albedine, aut hominem ſine anima.

2. Cõclu.

¶Nihilominus ſit ſecunda concluſio. Probabile eſt deum poſſe materiam ſine forma ſeruare. Nec in hoc puto derogari grauiſſime authoritati. S. Tho. tum quia res, non eſt tanti momenti: tum quia nõ nego, quin in principiis perſiſtendo Ariſto. probabiliſſima eſt eius ſententia: quam quicũq̃ poteſt optime ſuſtinere. Et forſan ego fallor. Ratio que me verũtamen mouet, vnica eſt illa prima. Hoc eſt enĩ mihi ingenium, vt credere aliud non poſſim, q̃ ꝙ ex duabus quibuſcũq̃ rebus realiter diſtinctis, quarum neutra eſt pars alterius, deus poſſit vtralibet ſine altera cõſeruare: nihil enim deo negandũ eſt, niſi vbi maniſeſtiſſima eſt cõtradictio: que certe in hoc non adeo eſt manifeſta. Nec id mihi perſuadeo ſolũ in rebus abſolutis, vt Scotus arguit, ſed etiã in relatiuis, quod ipſe negat. Profecto ſi paternitas diſtincta eſſet a patre meo, ambigere nõ poſſum quin deus poſſit patrẽ ſine illa entitate, etiã me viuo, ſeruare. Et ſi illud implicaret cõtradictionem, vt putat Scotus, pariter implicaret ꝙ materia eſſet ſine forma. vt modo dicebam⁹. Atqui hoc mihi bonũ eſt argumentũ, relationes nõ diſtingui realiter a ſubiectis: nempe ꝙ deſtructa quacunq̃ alia entitate, ſaluis patre et filio, vnus eſſet pater ⁊ alter filius: eo ꝙ ille genuit: hic vero genitus eſt. Ideq̃ aſſeruimus cap. de proprio, de ſubiecto ⁊ paſſione: videlicet ꝙ deus poteſt hominem ſeruare ſine entitate que eſt riſibilitas: et animã ſine intellectu. At nihilominus ille homo riſibilis eſſet, ⁊ intellectiuus ex ſua natura. Tametſi neq̃ ridere, neq̃ intelligere poſſet, niſi reſtitutis ei illis potẽtiis. Veluti cecus, viſiu⁹ quidem eſt, vt ſic loquar, in potẽtia remota: quia videre poteſt ſi modo dentur ei oculi: quod lapis non poteſt. ¶Ad rationẽ proinde. S. Tho. vtcũq̃ reſpondetur, ꝙ quis naturaliter materia formaliter habeat eſſe per formã, nõ tamẽ hoc eſt adeo illi intrinſecum, q̃ eſt, corpus eſſe album per albedinem, quia eſſe albũ, nõ dicit aliquam eſſentiam, aut parte eſſentie, ſed ſolum informari albedine: materia vero dicit aliquã eſſentiam diſtinctam a forma vt dicebamus in prima cõcluſione: ſiquidem eſſentia totius conſtat ex eſſentia partiali materie ⁊ ex eſſentia ptiali forme. Et ideo licet ſit talis eſſentia, vt naturaliter nõ ſit actu niſi per formam, nõ tamẽ repugnat deũ illam actualitatem ſupplere ſeruãdo materiam ſine forma. Quemadmodũ cap. de quantitate dixímus, ꝙ licet corpus per quantitatẽ habeat partem extra partem, nihilominus ſupra naturaliter poteſt deus ſeruare corpus extenſum ſine quantitate. ¶Quod ſi tunc percontaris, vtrum materia ſine forma ſeruabitur in puncto, an in loco extenſo. Aliqui dicunt, ꝙ non poteſt ſeruari niſi in pũcto, poſtq̃ non habet quantitatẽ. Crediderim tamẽ, ꝙ deus poterit ſeruare ſicut voluerit: nam, vt dicebamus etiã illic, ſi deus a me ſepararet modo quantitatẽ, partes non fluerent ad punctum, vt aliqui autumant, quia nec moueri poſſent: ſed deus deberet eas ſeruare miraculoſe in toto loco in quo ſunt mõ. Tametſi tunc nõ replerẽt locũ. Immo poſſet mecum tũc aliud corpus eſſe in eodem loco, ſi quidem ego tunc nõ eſſem quantus. Eodem modo poſſet materiã conſeruare in eodẽ loco ⁊ figura qua conſeruaretur a quantitate: licet ſi figura diſtinguitur a re figurata, tunc non haberet figuram a ſe diſtinctã. ¶Quod ſi tunc arguas. Si materia eſſet ſine quantitate, tunc partes integrales nõ facerent vnum, nam partes integrales cõtinuantur per quantitatẽ. Ad hoc reſpondet Scot. ꝙ tũc materia haberet partes ſubſtantiales nõ per quantitatẽ: ſed non reſpondet per quid vnirentur partes poſtq̃ faciunt vnum ſubſtantialiter. Dicendum igitur eſt forte vt diximus. 2. q. de quãtitate ꝙ forſam formaliter partes ſubſtantie nõ vniuntur per quantitatẽ, cũ ſit accidens: vel ſaltim nõ ita formaliter quin deus in hoc poſſit ſupplere vicem quãtitatis. ¶Quod ſi ſecundo interroget, poſſet ne deus ſeruare materiam ſine forma ſubſtantiali, cui nihilominus inhererẽt accidẽtia, puta quantitas, ⁊ q̃litas ⁊c. Rñſio huius pẽdet ex alia q̃ſtione, vtrũ accidentia ſubiectent in materia prima, an in toto cõpoſito. Enimuero ſecundũ primam opinionem nihil vetat quo minus deus per miraculum poſſit ſeruare materiam cũ accidentibus cuiuſcunq̃ ſpeciei, ſine forma ſubſtãtiali, vt appareat equ⁹, vel bos, ⁊ quicquid voluerit. Attamen ſi accidentia ſubiectantur in toto compoſito, videtur forte ꝙ materia ſine forma non poteſt magis recipere accidentia corporalia, q̃ angelus. Sed de hoc latius. 1. de gene. ſuper textum. 24. Ubi cõcedemus ꝙ per miraculum, forſan nõ repugnat accidẽtia ſubiectari immediate in materia. ¶Hoc verũtamen eſt hic adnotandũ, ꝙ licet teneatur materiã poſſe eſſe ſine forma, id tamen multo maius miraculum eſt, q̃ formã poſſe eſſe ſine materia cum ſit minus. Obidq̃ nullatenus cõcedendũ eſt (vt admonet. S. Tho. 1. p. q. 66. arti. 1.) in creatione rerũ creatam fuiſſe materiã in formẽ, ex qua poſt modum educte ſunt forme. Immo vt inquit Auguſtinus de fide ⁊ ſimbolo. ca. 1. certiſſime creditur omnia deum feciſſe ex nihilo: ⁊ tamen ſi formam preceſſiſſet materia, tunc compoſita non fuiſſent proprie creata: ſed genita. At de hoc ſatis.

2. Ap

¶Secundum dubium eſt vtrum potentia ⁊ appetitus materie ad formã ſint res ⁊ inter ſe, ⁊ a materia aliquo modo diſtincte. Et videtur ꝙ ſic Ait enĩ Ariſto. tex. 78. rem fieri de potentia materie (quod queſtione ſequenti diſputabitur) potentie vero, vt capi. de proprio diffinitũ eſt,



eſt. ſunt accidentia diſtincta a ſubiectis, vt intellectus ⁊ volũtas: quod certe nõ authoritas tantum. S. Tho. ſed rões ⁊ cõis modus cõcipiendi ſuadere videntur ergo ⁊ potentia materie diſtinguitur a materia. Et de appetitu habetur tex. 81. ꝙ materia appetit formã: appetitus autem alia res videt eſſe a potẽtia: nã appetitus ſolũ dicit inclinationẽ, potẽtia vero dicit quodãmodo cauſalitatẽ: ergo ſunt due res a materia diſticte.

Cõcluſio.

¶Ad hoc dubiũ reſpondet vnica cõcluſiõe Potẽtia et appetit⁹ ſola rõne, ⁊ iter ſe, ⁊ a materia diſtinguit Ad cui⁹ euidẽtiã notãdus eſt ordo inter hec quatuor que ſunt aptitudo, priuatio, appetitus, potẽtia. Primũ qd in materia eſt cõſiderãdũ, eſt aptitudo ad formam.

Aptitudo.

Que nihil aliud eſt, q̃ ꝓportio quedã ad formã, tãq̃ q̃d ſuapte natura ordinatũ ad illã. Et q̃ lumẽ fidei naturalia etiã nobis facit lucere, cõſideremus ꝙ deus creauit materiã tanq̃ ꝓpriũ quodã ⁊ aptiſſimũ receptaculũ forme. Queamodũ in anulo fit vas proportionatũ figure gemme que in illo eſt celãda. ¶Aptitudo hec in materia eſt cauſa, vt negatio forme in illa ſit priuatio: eſt nãq̃ priuatio, vt habet. 4. meta. text. 4. negatio forme in ſubiecto apto.

Priuatio.

Itaq̃, q̃ materia eſt apta, negatio dr̃ priuatio: ⁊ nõ econuerſo, quia eſt priuata, eſt apta. Quo fit vt materia celi, eo nõ habeat priuationem forme ignis, q̃ nõ eſt apta ad recipiendum illã.

Appetit⁹.

¶Rurſus ex priuatione naſcitur appetitus vt ait Ariſto. tex. 81. vbi ait ꝙ materia non appetit formã quã habet, ſed quã non habet: vnde illa celebris dimanauit ſententia. Priuatio eſt cauſa appetitus. Quo circa inepte diſtingut hic nonnulli, aliũ eſſe appetitũ carẽtie in materia reſpectu forme quam non habet, ⁊ aliũ cõplacẽtie reſpectu forme quã habet. Nam improprie et abuſiue dicit q̃d appetere id qd habet: appetitus enĩ dicit deſideriũ ⁊ motum ad formã quã quis nõ habet: ſed cõplacentia in re qua quis habet pot⁹ eſt quies ⁊ fruitio, q̃ appetitus. Sicuti beati nõ tã proprie dicunt appetere beatitudinem, q̃ beatitudine frui.

Potentia.

¶At vero potẽtia materie eſt genus quodaz cauſalitatis reſpectu forme prouenient ex eadẽ aptitudine, vnde prouenit appetitus. ¶Hoc etiã preterea vellẽ lectores admonere vt dr̃as rationis, que ſunt in rebus cognitis, explicẽt nõ ꝑ terminos, ſꝫ queadmodum Ari. vt. q. 8. elucidabim⁹. ꝑ diuerſas cõſiderationes rerũ. Nã hec nõ eſt diſtinctio inter reales et nominales, ſꝫ eſt loqui ⁊ Ariſtotelice ⁊ ſcd̃m rerũ naturã. Qd̃ enĩ aliqui poſſent dicere, iſta differre ratione ad hũc ſenſum, ꝙ ſunt termini ſignificantes eandẽ materiã ſub diuerſis cõnotationibus, idẽ eſt prorſus, niſi ꝙ apti⁹ dr̃ hoc mõ. Aptitudo, ꝑuatio, appetit⁹, ⁊ potẽtie materie ſunt eadẽ res, que eſt materia, cõderata ꝑ intellectum diuerſis cõſiderationib⁹, vł in ordine ad diuerſa. Et enĩ differre rõne, nihil eſt aliud, q̃ differre ꝑ ſolã conſiderationẽ intellect⁹ Exẽpli gr̃a. Materia cõſiderata in ordine ad formã: tanq̃ aliqd receptaculũ illi ꝓportionatũ, habet rõnẽ aptitudinis. Cõſiderata vero vt carẽs tali forma, ad quã eſt apta, habet rõnem priuationis, vt. q. 8. videbit. Rurſus cõ cõſiderata in ordine ad formã, tanq̃ imperfectũ tendẽs ad ſuã perfectionẽ ⁊ finẽ, habet rõnem appetitus. Sed ſi cõſideretur in ordine ad formam, tanq̃ quodãmodo ad effectũ (q̃ forma depẽdet a materia in genere cauſe) habet rõnem potẽtie. Itaq̃ appetitus ⁊ potẽtia materie differũt, ꝙ appetitus dicit ordinẽ ad finẽ: potẽtia vero, ordinẽ ad effectũ. Et ꝙ hec diſtinguãtur rõne patet per cõparationẽ ad aĩalia in quib⁹ appetit⁹ ⁊ potentia differunt re. Appetit enĩ homo aliqñ dignitates, ⁊ pecunias, quarũ nõ habet potentiã conſequendi. Et rurſus ſtat quẽpiã habere potentiã cõſequendi, qui tamẽ nõ habeat appetitũ illarũ. Unde ſi materia eſſet aĩal (cui⁹ appetit⁹ ſequitur cognitionẽ, appetit⁹ eius eſſet act⁹ elicit⁹, tẽdẽs in finẽ: potẽtia vero nõ eſſet, niſi virtus a qua dependet quodãmodo forma in fieri, vt. q. ſequenti explicabimus. ¶Hinc palã eſt cur forma nõ dicatur vice verſa appetere materiã: nẽpe q̃ materia nõ eſt finis ⁊ ꝑfectio forme. Nihilomin⁹ inclinat ad illã actuandũ ⁊ ꝑficiendũ ſaltẽ aĩa rõnalis ſeparata habet talẽ appetitũ ad corpus: nã in formis corruptibilibus nõ poſſumus hoc dicere: q̃ quãdo nõ ſunt in materia, nullibi ſunt vt appetãt corpus: ⁊ qñ ſunt in materia, iã nõ appetũt, poſtq̃ actu quieſcũt in illa: tanq̃ ꝓprius eius actus.

Ad primũ argũ.

¶Ad primũ ergo argumentũ rñdet ꝙ potẽtie ſubſtantie ad ꝓducendũ vel recipiendũ actũ, qui eſt accidens, ſunt itidẽ accidentia: ſicut intellectus agens ad ꝓducendũ ſpecies, ⁊ intellectus poſſibilis ad recipiendũ, ⁊ calor ignis ad cõburendũ: et ſiccitas ligni, vt ſit bene cõbuſtibile. Potentia vero materie non eſt ad actum accidentalẽ: ſed ad recipiẽdum formam ſubſtantialem, ⁊ quodãmodo cõcurrendũ ad productionẽ eius. Et ideo potentia materie nõ eſt accidẽs eius: ſed ipa per ſe eſt potentia ꝓportionata forme, vt ait. S. Tho. 1. q. 77. art. 1. Et ratio eſt quia potentia ⁊ actus debent eſſe eiuſdẽ generis: quã ob rem, ſicut potentia ad actum ſubſtãtialem eſt ſubſtantia. Appetitum vero materie ad formam manifeſtum eſt non eſſe accidens diſtinctũ a forma. In ſolis enĩ animalibus actus appetendi eſt actus elicitus a potentia, et ab illa diſtinctus: ſicuti volitio. In rebus autem inanimatis nihil aliud eſt, q̃ quedam inclinatio ⁊ propẽſio ad ſuum finem. Et maxime quãdo finis eſt ſubſtãtia: inclinatio enĩ tũc nihil aliud eſt q̃ natura ipſius rei que inclinatur. De grauitate aũt ⁊ leuitate grauiũ ⁊ leuium alia forſan eſt rõ: nã cũ ille ſint potẽtie ⁊ inclinatiões ad motũ, q̃ eſt accidẽs, forſan diſtinguunt realiter a rebus grauibus ⁊ leuibus. Sed de hoc lib. octauo.

Fundamẽtum.

¶Hoc mente ſeruandum eſt fundamentum, quo nititur opinio. S. Thome, accidentia non ſubiectari immediate in materia: quod nihil aliud eſt dicere vt ſeipſe prima parte. q. 76. articu. 6. exponit, q̃, ꝙ materia eſt in potentia ad formam ſubſtantialem et accidentia ordine quodam. Et quia eſſe ſimpliciter eſt fundamentum omnium eſſe accidentalium, puta huius quod eſt, eſſe calidum, eſſe album ⁊c, immediatius materia inclinatur ad formam ſubſtantialem, q̃ ad accidentalem. Et ideo prius ſaltem natura forma ſubſtantialis ineſt materie quam accidẽtia.

Nã reqrũ diſpoſitiones.

¶Quod ſi verum ſit falſa eſt illa proprietas, quã aliqui tribuunt materie. ſ. ꝙ materia requirit accidentales diſpoſitiones ad recipiẽdum formã. Nam ſecundum iſtos materia non habet immediatum ordinem ad formam. Quod tamen Ariſtote. nuſq̃ docuit. Sed calor qui in aqua precedit formam ignis, ſolum eſt ad expellendum formã aque: qua dũ materia eſt ſpoliata, prius natura

tura recipit formam ignis, ꝙ̃ accidentia, que manent in igne genito. Sed de hoc in primo de generatione. ¶ Ambigere hic quiſpiam poſſet vtrũ materia habeat naturalem appetitũ ad animã rationalem. Et videtur ꝙ non: quia cum non educatur de potẽtia naturali materie: videtur ꝙ nec appetitus naturalis extendatur ad illam. ¶ Reſpondetur nihilominus ꝙ appetitus ⁊ potentie materie non ſunt plures vt ſinguli ſint ad ſingulas formas: eſſent enim tunc infiniti. Sed vt. q. 8. radicitus videbitur eſt vnꝰ appetitus ad formã in genere, niſi ꝙ illam quam habet iam deſinit appetere. Quod autem appetat in genere formã quam non habet hinc prouenit: quia non poteſt eſſe ſine forma ⁊ illa quam habet eſt corruptibilis: ⁊ ideo materia celi non appetit aliquam formam. Unde ſequitur ꝙ materia indifferenter appetat quãcunqꝫ formam: etiam animam rationalem: ad quod ſufficit ꝙ ſit naturale receptiuum illius: licet non educatur anima de potentia materie. ¶ Quod ſi ſecundo arguas ꝙ ſaltem materia hominis non appetit aliam formam: cũ quia illa eſt optima quam habere poteſt: tum etiam quia illa non eſt corruptibilis. Reſpondetur ꝙ materie non eſt melius eſſe per vnam formam ꝙ̃ per aliam. Et ideo quia anima, licet non ſit corruptibilis, eſt tñ a materia ſeparabilis, adhuc materia hoĩs appetit aliã formã. Hinc ſequit̃ ꝙ appetitus materie nõ determinat̃ ad habendũ vnã ſolam formã vel plures ſimul: ⁊ ideo ſi repugnat habere plures formas non eſt ex appetitu materie: ſed ex repugnantia formarum interſe.

3. Dubiũ. ¶ Tertium dubium eſt de ſenſu illius dicti text. 69. ſ. ꝙ materia eſt cognoſcibilis per analogiam. Cui addunt nonnulli ex recentioribus, per analogiam ad formã. Et dicunt materiam cognoſci per analogiam ad formam, nihil aliud eſſe, ꝙ̃ cognoſci per hoc quod forma recipitur in ſubiecto ⁊ corrumpitur manente materia. ¶ Ad hoc tamen iam diximus in cõmento ꝙ

Analogia. Ariſto. nõ dicit, per analogiam ad formã: ſed per analogiam. Et preterea argr̃ contra iſtum ſenſum: quia analogia eſt proportionũ ſimilitudo: ꝙ autem materia ſit ſubiectũ vbi recipiatur forma, nullã dicit analogiã aut ſilitudinẽ inter materiã ⁊ formã. Item eadẽ ratiõe diceret̃ formã cognoſci per analogiam ad materiã: nam illo modo quo cognoſcimus materiam recipere formã, cognoſcimus ⁊ formam recipi in materia. Item quia Ariſt. volluit tradere illic modum ſenſibus manifeſtum, quo poſſumus cognoſcere latẽtem materiam: modus autẽ iſte non eſt vt per cognitionem forme ſubſtantialis veniamus in cognitionem materie: antiqui enim experientiam habebant ꝙ ex ligno fiunt cineres, ⁊ tamẽ inde non

Cognitio materie. cognoſcebant ꝙ materia eſſet ſubiectum diſtinctum a forma. ¶ Igitur dicendum eſt ꝙ duplex eſt queſtio de cognitiõe materie. Prima. Utrum per ſe ſit cognoſcibilis, ſiue a nobis, ſiue ab angelo. Ad quod Ariſt. 7. meta. text. 36. reſpondet ꝙ materia per ſe eſt ignota. Et cõmẽtator hic cõm. 69. r̃ndet ꝙ non põt intelligi per ſe: qꝛ res cognoſcitur inquãtũ participat de actu, ⁊ entitate. Uñ qꝛ materia eſt pura potẽtia, ſicut nõ eſt niſi ꝑ formã, ita non eſt cognoſcibilis niſi per formã. Et reuera diſtincta cognitione intelligi nõ poteſt, niſi per formã. Diffinit̃. n. materia per formã intrinſece, tanqꝫ per ſuũ propriũ actũ, ſicut albũ per albedinẽ: forma vero nõ diffinitur ꝑ materiã, niſi extrinſece tanqꝫ per ſuũ ſubiectũ: ⁊ ideo forma, que eſt actus cognoſcibilis eſt ſuapte natura ſine materia: non tñ ecõuerſo. ¶ Scđa queſtio eſt de mõ cognoſcẽdi materiã ꝓ iſto ſtatu. Et hec eſt quã hic determinat Ariſt. Ubi notandũ eſt, ꝙ materiã rerũ naturaliũ, vt docte adnotauit Philoponus duplex fuit modus inueſtigãdi apud antiquos. Primus per negationẽ. Enimuero vt primũ efficiens, qđ a ſenſibꝰ eſt remotiſſimũ, cognoſcimus per negationes: dicimus. n. Deum eſſe illud, qđ nec eſt albũ, nec quantũ, nec corpus, ⁊ ita diſcurrẽdo per ea que videmus: ſed eſt aliq̃d his omnibus perfectius, atqꝫ adeo purus actus. Unde hec oĩa procedũt: ita materia prima, vt iam citatũ eſt ex Ariſtotele, nec eſt quale, nec quantũ, nec quid, ⁊ ita diſcernẽdo per oĩa genera, ſed eſt aliq̃d omnibus imperfectiꝰ, ⁊ pura potẽtia, ⁊ per cõſequẽs primũ omniũ ſubiectũ, veluti ſi ceco a natiuitate vollẽtes explicare quid eſt lignũ, oſtẽderemus illi per tactũ ſcanũ, arcã, ⁊ alia lignea artificia, ⁊ diceremus lignũ eſſe id, ex quo omnia illa fiunt. ¶ Scđus modus cognoſcẽdi fuit poſitiue per analogiã ad materiã artificialiũ. i. per ſimilitudinẽ inter duas proportiones. Sicut. n. ſe habet marmor ad ſtatuã, ita materia prima ad formã ſubſtãtialẽ. Hoc eſt ſicut ſenſu experimur ex marmore, in quo priꝰ erat ſculpta figura Mercurij, mox fieri ſtatuã Iouis, ita intellectu contẽplandũ eſt, ꝙ eadẽ materia que prius fuit ſub forma ligni, poſtea fit ſub forma cinerũ: atqꝫ adeo eandẽ eſſe rerũ generabiliũ materiã. At qꝛ forme ſunt actus, quibꝰ cõpoſita ſpecie diſtinguuntur, per ſeipſe cognoſcuntur. Per formas nãqꝫ cognoſcimꝰ hominẽ, ⁊ equũ differre. Quare nõ eſt opus analogia ad cognoſcendum formas.

4. Dubiũ ꝙ mã eſt ingñabilis. ¶ Quartum eſt hîc dubiũ, qua de cauſa materia eſt ingenerabilis, ⁊ incorruptibilis: qđ Ariſt. aſſerit tex. 82. Cuius rationẽ ſubtexit, ꝙ cum non poſſet generari ex nihilo, deberet preſupponi aliqđ prius ſubiectũ ex quo gñaret̃: qđ eſt cõtra naturã materie, cũ ipa ſit primũ oĩm ſubiectũ, alias eſſet proceſſus in infinitũ. ¶ Ubi hoc duxerim ad notandũ, ꝙ rem eſſe incorruptibilẽ, non dicit ſolũ, vt aliqui putãt cõſeruationẽ Dei perpetuã. Exiſtimat. n. Gabri. 2. ſent. d. 2. q. 1. ⁊ alij, angelũ nõ aliter eſſe incorruptibilẽ, hominem vero corruptibilẽ, niſi qꝛ Deus vult perpetuo cõſeruare angelũ, non autẽ hominẽ. Iſti vero non penetrãt rerũ naturã. Qm̃ licet mõ Deus ſtatueret cõſeruare animalia, eſſent ipſa nihilominꝰ corruptibilia: ⁊ licet annihilaret angelos, eſſent nihilominus ſuapte natura incorruptibiles. Et ideo incorruptibilitas dicit naturã rei, ſicut corruptibilitas. Cauſa ergo corruptibilitatis eſt aptitudo materie ad aliã formã, qua priuatur. Unde naſcit̃ appetitus ad aliã formã. Eſt ergo res a natura ſua incorruptibilis tripliciter. Aut qꝛ nullã hẽt materiã, vt angeli, aut qꝛ licet hẽt materiã, non tñ hẽt priuationẽ alterius forme, qꝛ forma, quã hẽt, nõ hẽt cõtrariũ (qua rõne probat. 1. de celo text. 20. celũ non eſſe corruptibile) aut qꝛ eſt primũ ſubiectũ, qđ de nullius prioris potẽtia põt educi, ⁊ hac rõne materia eſt incorruptibilis.



¶ Ex quo ſequitur, ꝙ incorruptibilitas primo, ⁊ ſcđo mõ arguunt perfectionẽ, ⁊ primo modo, maiorẽ ꝙ̃ ſecundo modo: incorruptibilitas vero tertio modo nõ arguit maiorẽ perfectionem: perfectior em̃ eſt ⁊ equus ⁊ ſua forma, ꝙ̃ materia, lꝫ equus ſit corruptibilis materia vero nõ. ¶ Sequit̃ ſcđo cur Ariſto. 10. meta. tex. 26. dixit corruptibile ⁊ incorruptibile eſſe differentiã, nõ ſpecificã, ſed genericam. Etem̃ vt differentia que eſt a forma ⁊ actu eſt ſpecifica, ita illa que prouenit rõne materie, eſt generica. Diximus em̃. c. de gñe, genus in ordine ad differentiã ſe hẽre vt materia: cũ ergo corruptibilitas ſit rõne priuatiõis et potẽtie materie, ⁊ pariter incorruptibilitas: qꝛ videlicet aut nulla eſt, aut non eſt in potentia ad aliã formã, fit vt hec differẽtia ſit generica. ¶ Sequit̃ tertio, ꝙ oĩa hec ingenerabilia ⁊ incorruptibilia produci nõ poſſunt, niſi per creationẽ, nec corrumpi, niſi per anichilationẽ ſupra naturaliter: que Ariſt. ⁊ philoſophi naturales nõ cognouerũt. ¶ Sequit̃ quarto, ꝙ intelligẽtias celũ ⁊ materiam primã perpetuo durare, non eſſet miraculũ, ſꝫ eſſet nãle: deſinere aũt eẽ hoc eſſet miraculum. E conuerſo vero ꝙ deus conſeruaret perpetuo hominẽ aut equũ hoc eſſet miraculum: ſed ꝙ corrũpant̃ eſt naturale. ¶ Sequit̃ deniqꝫ poſtremo ꝓ tyronibꝰ phyloſophie, ꝙ tota materia que mõ eſt in orbe, in aĩalibꝰ ⁊ plãtis, ⁊ alijs q̃ generãtur ⁊ vſqꝫ ad finẽ mũdi gñabunt̃, eadẽ fuit nũero creata in principio mũdi: cui nec addi quicq̃ poteſt nec adimi per naturã ſecus in miraculo ſanctiſſimi ſacramẽti. Sed que mõ eſt ſub forma terre, mox eſt ſub forma herbe, deinde ſub forma bouis, poſtremo ſub forma hoĩs qui bouẽ cõmedit. Et rurſus ſepultũ cadauer vertit̃ in terrã. Et pariter aer cauernas terre ingreſſus vertit̃ in aquã: ⁊ aqua rigans arborem vertit̃ in lignũ: ⁊ lignum in ignẽ, et ita iugiter manente ſemꝑ eadẽ materia ſub formis diuerſis. Et illa que in me modo eſt vna, diuidit̃ in partes. Et que modo ſunt diuiſe, aliquãdo cõueniunt in idem ſuppoſitum.

Dubiũ. ...um materia ſit actiua. ¶ Dubium quintum eſt vtrum materia prima ſit alicuius actiuitatis. Ad quod facile reſpõdetur nullius eſſe actiuitatis. vt Ariſtote. 2. de generat. tex. 50. et infra late probat aduerſus antiquos, dicens, ꝙ materie potius eſt moueri et pati: agere vero ⁊ mouere alterius eſt potentie. ſ. cauſe efficientis. Ratio ex ſuperius dictis colligitur manifeſta. Enimuero agere preſupponit eſſe: nihil enim agit, niſi in quantum eſt in actu, quia omne agens intendit agere ſibi ſimile: aqua enim quando eſt in potentia calida nõ calefacit, ſed quãdo eſt actu calida: ergo per eandem formã qua res habet eſſe habet ⁊ agere ſimile. Ut ignis per calorẽ quo eſt calidus, calefacit: ⁊ equꝰ, ꝑ formã qua eſt equꝰ, generat equũ: ⁊ ita in ceteris: ſed materia prima vt dictũ eſt nullã in ſua rõne formã includit: ergo nulliꝰ eſt actiuitatis. ¶ Et cõfirmat̃: qꝛ ſi materia eſſet alicuius actiuitatis, intẽderet producere ſibi ſimile in ſpecie: ſed materia de ſe nullius eſt ſpeciei ergo.

Dubi. 6. ¶ Per hæc tandem ſoluitur poſtremũ dubiũ vtrũ materia prima ſit entium infimũ vt dictũ eſt. Rñdetur infimũ eſſe ſubſtantiarũ omniũ per ſe ſubſiſtentiũ ſubſtantialiũqꝫ omniũ formarũ. Hoc eſt manifeſtũ: nec cuipiam debet phyloſopho in dubium reuocari: qꝛ perfectio in genere entis idẽ eſt quod actus perfectior: cũ ergo forma omnis ſit actus, ⁊ omne cõpoſitũ includat formã, materia vero ſit pura potẽtia, fit vt ſit omniũ imperfectiſſima. ¶ Sed de accidentibꝰ eſt dubiũ, quippe que vident̃ minoris eſſe entitatis, ꝙ̃ materia, que per ſe eſt pars ſubſtãtie. Rñdetur tamẽ ꝙ proprie nõ ſunt cõparabilia: qꝛ comparatio debet eſſe in eodẽ gñe: ſed materia hoc habet perfectius, ꝙ eſt pars ſubſtãtie: accidentia vero hoc habẽt perfectiꝰ, ꝙ ſunt actus q̃ dant aliquod eſſe: in quo ſimilitudo dei magis lucet. Unde Auguſt. 12. cõfeſſio cap. 7. Duo (inquit) celũ ⁊ terram feciſti dñe: vnum prope te. quo ſuperior tu eſſes, aliud prope nihil. quo inferius nihil eſſet. Atqui nomine celi intellexit celeſtes ſpũs: nomine vero terre materiã primã, vt ille ipſe ait ſuꝑ ge. c. 1. eo ꝙ (teſte. S. Thom. 1. p. q. 66. arti. 1.) ſicut terra omnibꝰ ſubſidet, ita materia eſt primũ ſubiectũ.

¶ Colligamꝰ ergo theoremata octo materie. Nẽpe, ꝙ materia eſt primũ ſubiectũ, ꝙ eſt pura potentia, ꝙ eſt per ſe principiũ ſubſtãtie, ingenerabilis ⁊ incorruptibilis, ꝙ nullius eſt actiuitatis, ꝙ eſt cognoſcibilis per analogiam ad materiã artificialẽ, ꝙ eſt apperẽs formã, ꝙ eſt deniqꝫ potẽtia, de qua educitur forma. Quod ſequens queſtio monſtrabit. Octo theoremata materie.

¶ Sequitur in tex. Caput. 8.

In capi. viij. Tex. lxxviij. Contingit eadem dicere ſecundum potentiam. &c.

## ¶ Quæſtio. vij. De forma.

### VTRVM FORMA EDVcatur de potentia materie.

A Parte negatiua arguitur. Nihil inde educitur vbi nõ erat: ſed forma anteqꝫ educat̃ nõ eſt in materia: quia, vt dictũ eſt. q. ꝑcedenti, materia prima eſt pura potẽtia, omni forma nuda: ergo forma non educit̃ de potentia materie. Uel ponẽda eſt in materia aliqua inchoatio forme vnde educatur: quã nõ ponit Ariſto. ¶ Et confirmatur. Educi idem eſt quod extra in re produci: ſed forma nõ producit̃ a materia: quia, vt dictũ eſt: materia nullius eſt actiuitatis: ergo nõ educit̃ de potentia materie, ſi non ponatur in materia aliqua ſeminalis virtus productiua materie. ¶ Secũdo principaliter arguit̃. Inquirẽdo quid eſt formã educi de potentia materie. Aut em̃ eſt materiam cõcurrere actiue: ⁊ hoc, non vt modo dicebamus: aut ſolum ex appetitu naturali paſſiue illam recipere: et hoc non, quia tunc anima etiam rationalis educeretur de potentia materie: nam materia tam aptum ſubiectum eſt receptiuum anime rationalis, ꝙ̃ alius cuiuſcunqꝫ forme. Quod ſi dicatur formam educi de potentia materie eſſe materiam mediantibus diſpoſitionibus attingere productionem forme, tunc arguitur. Primo accidentia non attingũt ad productionem forme ſubſtantialis, alias imperfectius produceret perfectius. Et preterea hoc potius eſſet produci de potentia diſpoſitionũ ⁊ agẽtis, ꝙ̃ educi de potentia materie. ¶ Et poſtremo videntur

videtur etiam diſpoſitiones attingere ad productionem anime rationalis: nam illis poſitis in embrione tam naturale eſt ſubſequi animã rõnalem, perindeq; eſſet miraculũ non ſubſequi, q̃ in alijs formis eſſet. ¶ Tertio principalr̃ argr̃. Si forma educeret de potentia materie, maxime quia alias agẽs naturale crearet producẽdo illã ex nihilo: ſ; hoc naturali agẽti nõ repugnat: ergo nulla eſt rõ. Probat minor: q: ſi hoc agẽti naturali repugnaret, id maxime eſſet (vt dicũt) q: argruit potentiã infinitã, hoc tñ eſt falſum: q: nulla maior virtus requirit ad producendũ effectũ, q̃ eſt perfectio ipſius effectus: ſed ex nihilo producere aliquid nõ eſt infinitus effectus: qui enim ex nihilo pducere formicã, nihil aliud faceret q̃ formicã: formica autem eſt finita perfectio: ergo nihil eſt cauſe cur non poſſit hoc fieri ab agente naturali. ¶ Et confirmatur: q: ſi daret a deo per impoſſibile frigiditas ſeparata in vacuo, tunc ignis poſſet eam naturaliter corrũpere: qd̃ tamen non poſſet facere, niſi producẽdo calorem vbi illa eſt: quem cum nõ educeret de potentia ſubiecti (quia nullum ſubeſt) conſequitur vt crearet illum.

Arti. pm⁹.

¶ Quæſtio hæc præcipua eſt in hoc primo libro: quippe in qua operepreciũ eſt explicare generationis naturam: que baſis prima eſt phyloſophie naturalis. Tres erũt queſtionis articuli, ſecundũ numerũ ⁊ ordinẽ argumentorum que propoſita ſunt. In primo nãq; referentur atq; refellentur opiniones quinq; ponẽtium aliquid perpetuũ in materia, vt inde educat forma, vel vt inde indiuiduetur. Cõtra quos ſtatuit vna concluſio vniuerſalis. In ſcd̃o explicabit qd̃nam ſit formã educi de potẽtia materie. Vbi reſpondet ad queſtionẽ vna cõcluſione exceptiua. In tertio demum explicabitur in quo cõſiſtat ratio productionis rei alicuius ex nihilo: q̃ eſt creatio. Diſſereturq; an ſit agenti naturali poſſibilis. Ad qd̃ rñdebit per vnã excluſiuã. ¶ In queſtiõis ergo ſtatim veſtibulo ſupponendũ eſt fundamẽtum illud, qd̃ in lumine naturali et vniuerſi phyloſophi ante Ariſtotelẽ vt p ſe notũ ſemp habuerũt, ⁊ Ariſtoteles hic etiã inter rñdẽdũ antiquis tex. 75. tanq; manifeſtũ cõfitetur. Nẽpe ex nihilo nihil fieri: ſaltem per ſe et ſimpliciter, vt limitat Ariſtote. nam ex priuatione per accidens nihil vetat, fit enim ignis ex materia cui accidebat priuatio forme ignis. Et eadem ratione fit ex aqua, que non eſt ignis: et homo ex ſemine, quod eſt non homo. At vero quid ſit ſimpliciter fieri ex nihilo, explicari nõ poteſt, niſi expoſito prius quid ſit fieri ex aliquo: quod eſt educi de potentia materie. Quod proinde articulo tertio reſeruetur. ¶ Secundo notandũ eſt q̃ iſtud principium adeo animis hominum inſedit, vt non ſolum antiqui negauerint ſimpliciter generationem, ſed multi poſt Ariſtotelem, alias Ariſtotelici, crediderint aut formas aliquomodo, aut aliquam earum particulam, vel accidens in materia latitare antequam ab agente manifeſte producatur.

Ex nihilo nihil fit.

Opiniões quinq;.

Et iſti fuerunt in multiplici differentia. Fuerunt enim quidam, quos Duran. 2. ſent. d. 18. refert, dicentes in materia latitare quaſdam poſſibilitates. v. g. in materia aque eſt poſſibilitas ignis, et poſſibilitates omnium formarum, que inde poſſunt educi. Que quidem poſſibilitas per actionem agentis conuertitur in actualem formam. Secunda fuit opinio Alberti magni in hoc. 1. lib. tracta. 3. c. 3. et. cap. 15. qui dixit formas omnes latere in materia ſecundum quaſdam inchoationes. Inchoationem autem forme appellat formam ſecundum eſſentiam et non ſimpliciter ſecundum eſſe. Itaq; imaginatur Albertus formã ignis et quancunq; aliam latere in materia ligni ſecundum eſſentiam: produci tamen ab agente ſecundum eſſe actuale. Unde in materia latent forme confuſſe ſecundum habitum: ⁊ poſtea per productionem agentis fiunt in actu diſtincte. Et tertij (vt Aureo. 2. d. 18.) id non potentes intelligere, dicunt q̃ forma eſt in materia ſecundũ partem: que poſtea per actionem agentis reducitur ad perfectum admodum intenſionis accidentium. Quarta eſt opinio quam recitat. Sanc. Thom. 2. d. 18. q. 1. articu. 2. ſ. q̃ in materia eſt perpetua forma corporeitatis, que facit illam eſſe corpoream et extenſam: et eſt communis omnibus generabilibus et corruptibilibus: ex cuius virtute producuntur forme ſpecifice. Quam opinionem tenet Scotus in. 4. d. xj. q. 2. articu. 2. Poſtrema opinio eſt Commentatoris in hoc. 1. libr. text. 63. et latius in libello de ſubſtantia orbis. c. 1. et. c. 4. tenentis in materia eſſe perpetuas dimẽſiones interminatas, illi coeuas et incorruptibiles, que faciunt illam extenſam et diuiſibilem, vt in diuerſis portionibus materie recipiantur diuerſe forme ſpecifice. ¶ Opiniões iſte aliquas habent communes, et rationes, et impugnationes: et alias ſpeciales. Omnes enim ponunt aliquid reale in materia incorruptibile et ingenerabile adiuuans cauſam efficientem ad generationem. Rationes vero quatuor primarum opinionum ſunt tres cõmunes. Prima quia niſi ponatur in materia entitas aliqua ſimilis forme generande, ſequitur formam produci ex nihilo, et per conſequens creari. Probatur conſequentia: quia forma non producitur ex forma contraria precedente in materia, cum ſint repugnantes: nec ex materia prima: tum quia nullius eſt actiuitatis, tum etiam quia omne quod producitur producitur a ſuo ſimili, et materia nullam habet ſimilitudinem cũ forma. Secunda ratio eſt, quia alias materia non appeteret formam; nam nihil appetit, niſi ſuum ſimile: ſi autem in materia non eſſet aliquid qualitercunq; ſimile forme generãde, non appeteret illam. Et tertio ſequeretur q̃ generatio omnis eſſet violenta, ⁊ per cõſequens non eſſet naturalis. Violentum enim, vt habetur. 3. ethi. capitu. 1. eſt quod fit ab extrinſeco, paſſo non conferente vim: cum ergo materia prima nullius ſit actiuitatis, ſi non eſſet in ea aliqua virtus productiua forme, tunc generatio ignis ex aqua eſſet atque violenta.

¶ His non obſtantibus ſtatuitur

Cõclu.

aduerſus iſtos. Prima concluſio, vniuerſalis. Nihil a materia diſtinctum eſt in ea perpetuum. Et quidem contra has omnes opiniones ſunt argumenta communia. Primo contra omnes eſt authoritas Ariſtote. qui tantum ponit tria principia. ſ. materiam formam et priuationem ſola ratione diſtinctam a materia, cum tamen ſecundũ iſtos aliquod ſit in materia principium realiter ab illa diſtinctum. ¶ Item quia ponunt aliquid

preter



preter materiam coeuum materie ⁊ ingñabile ⁊ incorruptibile, ſicuti eſt ipſa: qd̃ tñ eſt quodãmõ opinionẽ Anaxagore ab orco (vt aiunt) reuocare. Ariſt. nãq; ſolã materiã aſtruit ingenerabilẽ eſſe, et incorruptibilẽ. Itẽ, in ſolis viuentibus datur virtus alterãs ſemen ⁊ materiã in qua eſt reducens eã vt ſit actu planta aut animal: in alijs vero impoſſibile eſt aliquã virtutem agere in ſuã propriam materiam: quia nõ poteſt eſſe idẽ agẽs et patiens: iſti vero contrariũ dicunt. ¶ Sed contra ſingulas ſunt preterea argumenta ſpecialia. Prima eñ opinio aſſerens illas poſſibilitates forme manifeſte aſſerit impoſſibilia. Primo q: aſſerit poſſibilitatẽ. v. g. forme ignis, que eſt in aqua, conuerti per actionem ignis in actualem formã ignis. Cõtra quod argr̃. Aut poſſibilitas illa erat res alia aut ſpecie aut ſaltem numero diſtincta a forma que producitur, aut eadem numero: ſi primum, mutari nõ potuit in aliam: etenim nigredo fieri neq̃t albedo nec vna albedo fit alia ⁊ per cõſequens nec vna forma ſubſtantialis fieri poteſt alia. Hoc enim eſt miraculum, quod veneramur in ſanctiſſimo ſacramẽto altaris, q̃ panis trãſubſtantietur in corpus Chriſti. Ubi adhuc nõ cõcedim⁹ q̃ illa res nũero q̃ erat panis poſtea ſit corpus: ſed quod deſitio panis terminetur ad eſſe corporis. Si autem poſſibilitas illa non differebat numero a forma que producitur, hoc eſt aſſerere opinionem Anaxagore tenẽtis res que produci videntur, prius latere in ſubiecto. ¶ Itẽ vel illa poſſibilitas forme eſt ſubſtantia, vel accidẽs: ſi accidens, non eſt poſſibilitas ad formam: forma enim ſubſtantialis: licet producatur inſtrumentaliter ab accidente: tamen non educitur de potentia accidentis. Et ſic nõ euitarent quin produceretur ex nihilo. Si vero eſſet ſubſtantia, tũc faceret cum materia prima vnum ens actu: ⁊ ſic principium non eſſet materia nuda omni forma: ſed eſſet incidere in opinionem antiquorũ dicentium principium eſſe ens actu. ſ. aquam vel aerẽ ⁊c. cui ſecundũ Ariſt. nõ põt aduenire forma ſubſtantialis. ¶ Secũda opinio alia etiã ppria affert abſurda. Ait enim inchoationes formarũ eſſe formas ipſas ſecundum eſſentiam. Itaq; in materia aque ſunt ſecũdum eſſentiam omnes forme que inde poſſunt educi. Et ideo trac. 3. capi. 15. Agens (inquit) non producit formã ſecundũ eſſentiam, q: eſſentia iam erat: ſed ſecundũ eſſe. Videtur tamen contradictionẽ implicare, q̃ eſſentia forme fuerit, ⁊ q̃ producatur ſecundum eſſe. Arguitur enim ſic. Eſſentia forme ignis erat in aqua ante actionẽ ignis: ergo per actionẽ ignis nõ pducit nam produci eſt acquirere eſſe. Qd̃ ſi dicas ante habuiſſe eſſe eſſentie ⁊ nũc acquirere eſſe exiſtentie. Arguitur ſic. Eſſentiã eſſe, eſt habere eſſe exiſtentie: manifeſtum enim eſt ante creationem mundi eſſentias rerum non fuiſſe. Quoniam verbum, eſt ſecundũ adiacens ſemper dicit eſſe exiſtentie. Tametſi concedatur ante creationẽ mundi petrum fuiſſe hominem, ⁊ hominem fuiſſe animal. Unde eſſentie fuerunt producte per hoc qd̃ receperunt eſſe exiſtentie in ſuis indiuiduis. Nõ intelligo eſſe exiſtẽtie eſſe rem diſtinctã ab eſſentia: ſed ad hunc ſenſum, q̃ ab eterno petrus fuit homo, ⁊ homo fuit animal (quod eſt dicere, illa predicata erant de eſſentia ſubiecti) ſed per creationem deus dedit illis, vt eſſent. Et hoc fuit producere eſſentias. Ad propoſitum ergo. Si forme ſunt in materia ante actionem agentis, non ſimpliciter producuntur. ¶ Et preterea currit argumentum ſicut contra ſuperiorem opinionẽ: quia tunc ille inchoatiões, cum ſint ſubſtantie, faciũt vnum compoſitum ſubſtantiale cum materia: et per conſequens principium eſt vnum ens cõpletum, vt dicebant antiqui. ¶ Et preterea eſt tertiũ argumentum, q̃ ſecundum Albertũ non debent poni ſingule inchoationes ſingularum formarũ indiuiduarum, ſed vna inchoatio pro omnibus eiuſdem ſpeciei, quia dicit ſolum eſſe inchoationem ſecundum eſſentiam: ⁊ eſſentia omnium indiuiduorum eiuſdem ſpeciei eſt eadem. Hoc tamen quodammodo eſt alludere ad ideas. Platonis. Concedit enim vnam inchoationem cõmunem omnium formarũ ignis, que nec eſt iſta forma, nec iſta, nec iſta ſingularis. Vel ſi dicat q̃ eſt ſingularis et indiuidua, nõ videtur quomodo ſit inchoatio pluriũ indiuiduarum formarum. ¶ Et quarto arguitur. Vel aliqua de nouo ſubſtantia producitur actione agentis naturalis que prius non erat, vel non. Non poteſt dicere Albertus q̃ aliqua ſubſtantia de nouo producat: nã eſſentia forme ſecundũ ipſum iam erat, ⁊ per conſequens nec forma producitur nec aliquid ſui. Niſi fingat q̃ producit eſſe exiſtentie diſtinctum. Hoc tamẽ falſum eſt, vt modo dicebamus: q: nõ diſtinguit eſſe ab eſſentia tanq; diuerſa res. Et eſto diſtingueret, nõ tñ eſt vera ſubſtãtia: ſed quodãmõ accidens. ſeu actus ſubſtãtie, vt capi. 4. predicamẽtorum. q. 1. dicebamus. Si autem nulla ſubſtãtia de nouo producatur, ſequitur opinio Anaxagore, q̃ generatio nõ eſt pductio ſubſtantie, ſed manifeſtatio illius que prius latebat. ¶ Et. 5. arguit. Nihil agit, niſi in quãtũ eſt actu: ſed forme nõ preſunt in materia ſecundũ eſſe actuale, vt vult Alber. ergo nõ iuuant ad agendũ. Et hoc argumentum currit cõtra poſſibilitates prime opinionis.

Poſſibilitas.

Inchoatiões Alberti.

¶ Tertia opinio nõ eſt impugnatu digna: q: ponit formas ſubſtãtiales intenſiuas ad modũ accidentiũ. Intelligibile eñ non eſt, particulã forme ignis latere in materia ex qua poſt modũ fit perfecta forma, niſi id fiat per modũ intenſiõis. Qd̃ tamen eſt manifeſte cõtra rationẽ forme ſubſtantialis: quarũ perfectiones conſiſtunt in indiuiſibili, vt habetur. 8. meta. tex. 10. In quo cõparãtur numeris. ¶ Quarta opinio latius habet diſputari in libris de generatione ⁊ de anima: vbi examinabitur an plures forme ſubſtantiales poſſint eſſe in eodem cõpoſito: quod. S. T. 1. p. q. 76. arguit eſſe impoſſibile. Et pro nunc argr̃ ex intentione Ariſto. Forma quecũq; ſubſtantialis facit cũ materia ſimplr̃ vnum, quod eſt actu ens: ergo compoſitum ex materia et forma corporeitatis eſſet ſimplr̃ vnũ: ſed forma ſubſtantialis non põt ſubiectari ſimpliciter in eo quod eſt actu ens (hoc enim differũt forma ſubſtãtialis et accidentalis q̃ accidẽtalis aduenit cõpoſito ſubſtantiali cum quo proinde non facit vnũ ſimplr̃) ergo ſi in materia precederet forma corporeitatis, tunc forma ignis aduenieus nõ eſſet ſubſtantialis, nec faceret ſimpliciter vnũ cum priori cõpoſito. Hoc eñ argumento arguit Ariſt. 3. meta. tex. 18. aduerſus Platonem, q̃ ſi alia eſſet idea et forma animalis, et alia bipedis, tunc animal bipes non eſſet vnũ ſimpliciter in hoie. ¶ Et cõfirmatur. Si ignis nõ

3. Opinio.

4. Opinio Forma corporeitatis.

d habe

daberet ab eadē forma eſſe corporeū ⁊ eſſe ignis, ſed a diuerſis, tūc haberet ſe vt lac, quod alio accidēte eſt albū, ⁊ alio dulce: ⁊ per cōſequens corpus non eſſet genus ignis nec ignis poneret ſub corpore in recta linea predicamentali: ſicuti album nō eſt genus dulcis nec ecōuerſo. Itē ignis haberet duo eſſe ſubſtātialia ſimplr̄ diſtincta puta eſſe corp⁹, ⁊ eſſe ignē: ſicut in lacte eſſe dulce nō eſt eſſe album. Et cū ens dicatur ab eſſe, ſequitur ꝙ ignis eſſet duo entia. Non eſt ergo in igne neqꝫ in re aliqua naturali, niſi vnica forma ſubſtantialis. Unde homo ab vna anima rōnali habet eſſe ens, eſſe ſubſtantiā, eſſe corpus, eſſe animal, ⁊ eſſe hominē. Sed de hoc alias. ¶ Eſt preterea argumentū cōtra iſtos ⁊ potiſſimū cōtra hāc vltimā opinionē, qꝛ adhuc poſita forma corporeitatis, nō explicatur quēadmodū forma ſpecifica, que ſcd̄m ſe totā producitur, educatur de virtute illius forme corporeitatis: quippe que nō magis cōcurrit actiue ad generationē, ꝙ̄ materia ipſa. ¶ Et preterea eſt manifeſtū argumentū. Materia ex diffinitiōe Ariſt. tex. 82. eſt illud ſubiectū (quicquid illud ſit) quod eſt perpetuū ⁊ ſubijcit forme, que de nouo generat̄. ſed erat controuerſia inter eum et antiquos, ꝙ illi opinabātur eſſe ens actu includens formā: Ariſt. vero dicebat eſſe puram potentiā: ergo ponere formā corporeitatis perpetuam cū materia eſt ponere illud cōpoſitū ex materia ⁊ tali forma, eſſe ſubiectū formarū generabiliū: atqꝫ adeo eſſe materiā. Quod eſt manifeſte incidere in opinionē illorū aduerſus Ariſtotelem. Profecto argumentū ſecundū Ariſtotelem integrā facit fidē aduerſus formā corporeitatis.

*Dimenſiones Cōmētatoris*

¶ Quarta opinio Cōmentatoris aliud habet fundamentū. Dimenſiones interminatas vocat corpus de genere quātitatis. Siue quantitas diſtinguatur a ſubiecto, ſiue non, nihil ad rem mō differt. Niſi ꝙ perſpicatior erit opinio tenēdo quantitatē diſtingui a re quāta, vt tenet Cōmentator. Appellat ergo dimenſiones interminatas quantitatem extendentē materiā: abſtrahēdo ab hac et ab illa magnitudine, quā ſpecifica forma ſibi determinat Enimuero vt materia de ſe eſt indifferens ad quancūqꝫ formā, ita de ſe habet indifferentē quantitatē ad quācunqꝫ extenſionē: ſaltem citra quantitatē orbis lune, ſub quo vniuerſa generabilia cōtinentur. Et hāc quantitatē vocat dimenſiones interminatas: quia extenſio eſt ſecūdū tres differentias poſitionis. ſ. longū, latum, ⁊ profundū. He autē dimenſiones terminant̄ poſtea ab agente ſecundū exigentiā forme introducende. ¶ Fundamētū Cōmentatoris ponentis iſtā quantitatē perpetuā in materia, eſt hoc. Diuiſio numerica indiuiduorū oritur ex hoc qđ diuerſe forme in diuerſis partibus materie recipiunt̄: differt eñ numero forma vnius ignis a forma alteri⁹, ⁊ ꝑ cōſequēs totus ignis, a toto igne, quia hec forma recipitur in hac portione materie, ⁊ illa in illa: diuiſio autē materialis nō eſt, niſi rōne quantitatis: ergo materia intellecta ante oēm formā habet ſuā quantitatē. Unde Cōmentator nō ponit dimenſiones interminatas vt forma educat̄ de potētia materie, ſed vt ſit cauſa indiuiduationis formarū, vt videre eſt in libello citato de ſubſtātia orbis. Unde Scotus ⁊ alij ponētes formā corporeitatis coeuā materie, ſubſequēter habent ponere iſtā quantitatē et dimenſiōes interminatas. Et. S. Tho. in. 4. d. 12. q. 1. ar. 2. queſtiūcula. 3. vr̄ applaudere huic opinioni, niſi attēte legatur. Attamē. 1. p. q. 76. arti. 6. ad ſcd̄m argumentū, ⁊ in queſtione de anima. arti. 9. et alibi ſepe manifeſtat opinionē ſuā aduerſus Cōmentatorē. ¶ Et ꝙ in via. S. Tho. opinio Cōmentatoris ſit falſiſſima, eſt manifeſtū argumentū. Accidentia ſubiectant̄ in toto cōpoſito, quātitas eſt accidens: ergo eſt in toto cōpoſito. Et per cōſequens in materia, ante oēm formam cogitata, nulla eſt quantitas, nulleqꝫ ſubinde dimēſiones interminate. ¶ Sed in quacunqꝫ via, ſi teneatur quantitatē diſtingui a re quanta, (vt. q. 2. de quātitate diximus fuiſſe opinionē ⁊ Ariſto. ⁊ veroſimiliorē) eſt quoqꝫ falſa. Accidēs eñ preſupponit eſſe ſimplr̄ in ſubiecto i. q̄ eſt: ſꝫ quātitas eſt accidēs: ergo ſiue inſit cōpoſito, ſiue materie prime, nō poteſt illi inherere, quin prius, ſaltim natura, ſit: ⁊ cū materia, vt dictū eſt, ſuapte natura non habet eſſe ſubſtantiale niſi per formā, fit vt prius ſaltē natura, materia habeat eſſe per formā ſubſtantialem, ꝙ̄ recipiat quātitatē. ¶ Et cōfirmatur manifeſto argumento. Aut in equo ſunt due quātitates realiter diſtincte, alia ꝑpetua, qua materia eſt quāta, et alia producta a generante equum: primum non eſt credibile: vna enim numero quantitas ſufficit extendere omnia que ſunt in eodē ſuppoſito. Si autē eſt vnica, tunc vel generans equum nullā producit quantitatē, quod abſurdū eſſet dictu, cū alias oēs diſpoſitiones equi produxerit: aut ſi quantitatē produxit, nō erat alia perpetua in materia. ¶ Et confirmat̄ ſecundo preterqꝫ ꝙ ponit aliquid incorruptibile diſtinctū a materia cōtra doctrinā Ariſt. adhuc peius errat ꝙ̄ ſuperiores, in hoc, ꝙ cū illud ſit accidens, non pōt cū materia facere vnū ens per ſe. Item nec illud accidens pōt conſeruari conſideratū ante omnē formā: nam materia licet ſit primū ſubiectū omniū que ſunt in ſuppoſito, tñ forma eſt q̄ dat eſſe materie ⁊ toti cōpoſito, ⁊ que accidētia omnia ſuppoſiti conſeruat. ¶ Et tertio arguitur, etiā ſi quātitas credatur non diſtingui a ſubſtantia, tāqꝫ alia res materia tamē nullā habet naturaliter extenſionem niſi tanqꝫ diſpoſitionē forme ſubſtantialis neceſſariā ad generationē ⁊ cōſeruationem eius (quecūqꝫ enim forma determinat ſibi certā quātitatē, vt. q. 4. elucidatū eſt) ergo in materia per ſe cōſiderata nulle ſunt interminate dimēſiōes.

*Ad argu͞m Cōmentatoris.*

¶ Ad argumenta aliorū, que tangunt eductionē forme de potentia materie, reſpondebitur in fine queſtionis: ſed ad argumentū Cōmentatoris reſpondetur cū. S. Tho. locis citatis, ꝙ in materia nulla eſt quātitas preter illā que generat̄ ab agēte naturali ad introductionem forme. Et cum arguit, principiū indiuiduationis formarū eſt diuiſio materie per quantitatē, cōceditur ad hūc ſenſum, ꝙ iſte diſpoſitiones numero in hoc loco, in hoc tp̄e, ī hac parte materie ſunt cauſa vt producatur hec numero forma. Negat̄ verutamē cōña, cū infertur, quantitatē eſſe perpetuā in materia. Sed forma. v. g. equi prius natura dat materie et cōpoſito eſſe ſubſtātiale mox eſſe corporeū deinde eſſe hoc animal, et poſtremo eſſe hui⁹ ſpeciei. Et in illo priori quo dat eſſe corpus intelliguntur dimenſiones terminate ad eſſe huius animalis. Itaqꝫ ſolū natura dimēſiōes precedūt eſſe equi. hoc eſt dicere. Quia hec materia hꝫ has dimenſiones,



ſiones: recipit formam equi. Sed de hoc alias.

*Arti. ſcd̄⁹.*

¶ Si igitur in materia nihil eſt preter ipſam de cui⁹ virtute educatur forma edocere reſtat in hoc ſecundo articulo quid nā ſit formā educi de potentia materie. Enimuero qui dicunt aliquid preexiſtere in materia, vt cunqꝫ exponunt eductionem forme de potentia materie: illo tamen ſecluſo, cū materia nullius ſit actiuitatis, ⁊ paſſiue recipere formā non ſatis eſt vt forma educatur de potentia materie (vt ante queſtionē arguebamus de anima li rōnali) difficile iudicant doctores hanc eductionem explicare.

*1. Opinio.*

¶ Iuniores quidā ad diſpōnes accidētales materie recurrūt dicētes, formā educi de potētia materie idē eſſe qđ formā produci in materia certis diſpōnibus diſpoſita, que natural'r ordinant̄ ad talē formā, ſine quibus forma nō produceretur. Et ad argumentū de anima rōnali rñdent ꝙ ille diſpōnes embrionis nō ordinant̄ ex ſua natura ad animā rationalē. Obidqꝫ (vt aiunt) nec introductio forme in materiā ſequit̄ ex natura diſpoſitionis materie: ſed ex pacto diuino. Deus enim pepigit (inquiunt) poſitis diſpoſitionibus introducere animā. Et ideo ſubinde concedunt ꝙ iſte diſpoſitiones nihil prorſus agunt ad introductionē anime rōnalis, potius ꝙ̄ alie alterius ſpeciei, ſed deus eodē mō poſſet ꝓducere animā cū alijs diſpōnibus, ſicut cū iſtis: niſi ꝙ ex ſuo beneplacito hoc facit: quia ita pepigit. ¶ Sed reuera doctrina hec nihil pertinet ad phyloſophiā naturalē. Nam ad pactū ⁊ beneplacitum dei appellare, eſt rerū naturas tollere. Et quāqꝫ natura a deo depēdeat tanqꝫ a prima cauſa, nihilominus res naturaliter agūt deo gn̄aliter cōcurrēte modo (vt ita dicā) neceſſario ac ſi nō eſſet cauſa libera. Atqui q̄ cauſas impedit naturales, illđ eſt miraculū. Ad propoſitū ergo argr̄. Quēadmodū poſitis diſpōnibus in embrione ad introductionē anime rōnalis poſſet deus de potentia abſoluta nō producere animā, vel illā cū alijs diſpōnibus producere ⁊ cōſeruare, ita omnino poſitis ſufficiētibus diſpōnibus ad formā ignis in ligno poſſet illā nō producere vel aliā quancunqꝫ ꝓducere (nā. vt. q. 4. dictū eſt, pōt deus ſupra natural'r formā quancunqꝫ in materia cū quibuſcūqꝫ diſpōnibus conſeruare) ⁊ econuerſo, ſicut eſſet miraculū poſitis diſpōnibus ad formā ignis nō ſubſequi formam ignis in materia, ita eſſet miraculū, poſitis diſpōnibus ſufficiētibus in embrione nō ſubſequi animā rōnalem, ergo diſpōnes ad animā rationalē, ita natural'r diſponūt ad introductionem anime rōnalis, ſicut diſpōnes ignis ad introductionem forme ignis. ¶ Et cōfirmat̄. Nō tā proprie generat hominē, ꝙ̄ equus, equū: alias non eſſet ita ꝓprie pater, qđ eſt abſurdū: ergo ita naturaliter virtus ſeminalis hōis attingit generationē hōis ꝙ̄ virtus ſeminalis equi, gn̄ationē equi: ⁊ ꝑ cōſequens ita natural'r attingit introductionē anime in materia. ¶ Et cōfirmatur ſcd̄o. Si diſpōnes nō attingunt natural'r introductionē anime rōnalis in materia, ſequit̄ ꝙ nec natural'r eā cōſeruāt in materia: ſed ex pacto diuino cōſeruatur. Et eadē ratione medicine que adhibent̄ infirmis nō cōſeruarent naturaliter vitam, nec mors eſſet naturalis: ſed ſolum eſſet pactum diuinum conſeruare quādiu vellet.

*2. Opinio.*

¶ Secundo modo poſſet dici ꝙ formam educi de potentia materie eſt diſpōnes attingere non ſolū ad introductionē: ſed ad productionem ⁊ ſimpliciter ad eſſe forme. Habetqꝫ iſte modus probabilitatē: nā reuera ita eſt ꝙ diſpoſitiones aliarū formarum attingunt ꝓductionem earum: non tamen diſpoſitiones anime rōnalis. Attamen cum diſpoſitiones teneant ſe ex parte cauſe efficientis tanqꝫ inſtrumenta quibus cauſa efficiens generat, hoc potius eſt formam produci virtute agentis naturalis, ꝙ̄ educi de potētia materie. Educi enim de materia deſignat. preter cōcurſum agentis, aliqualē cōcurſum materie.

*3. Opinio.*

¶ Nōnulli thomiſte dicunt formā educi de potentia materie nihil aliud eſſe ꝙ̄ formā actu recipi in materia que erat in potētia receptiua materie. Sed animā rōnalem dicūt nō recipi in materia: qꝛ intellectualitas repugnat materie. Hoc tñ non bene intelligo: qm̄, cū aīa ſit actus corporis phyſici ⁊c. 2. de aīa. tex. 6. negari nō pōt, quin vere recipiat̄ in materia. Unde ꝙ̄diu eſt in corpore intelligere non poteſt, niſi dependenter a materia: vtpote per conuerſionem ad phantaſmata.

*Educi de potentia materie.*

¶ His igitur & alijs omiſsis expoſitionibus, quid ſit educi de potentia materie ſcrutandum eſt ex ſignificatione ipſa nominum: que vbiqꝫ magnam habet energiam ad explicandam naturam rerū. Igitur cū educi idē ſit, quod extra duci. i. inde extrahi vbi prius erat, educi aliquid de potentia materie (quod. 1. p. q. 90. artic. 2. ad ſecundum vno verbo ſignificauit. San. Tho.) eſt actu id fieri, quod prius erat in potentia materie. Et quia omnes forme tam ſubſtantiales ꝙ̄ accidentales generabilium et corruptibiliū, preter animam rationalē, anteqꝫ actu ſint preerant in potentia materie, vel ſubiecti, vbi recipiūtur, fit, vt quando producunt̄, educantur de potentia materie. Sed quia anima rationalis non prefuit in potentia materie, non educitur de potētia materie.

*Formā ꝑ eſſe in materia.*

¶ At vero declarare reſtat quid eſt formam preeſſe in potētia materie, hinc enim res iſta pendet. Reſpondetur ꝙ formam eſſe in potentia materie, nihil aliud eſt ꝙ̄ dependere in fieri et eſſe a materia in genere cauſe receptiue et paſſiue. Nō ꝑ cauſas efficientes explicari pōt. Enimuero inter alios modos quibus Ariſtote. 4. huius. text. 23. docet aliquid eſſe in alio, vn⁹ ex precipuus eſt, eſſe in illo tanqꝫ in cauſa. Erat enim mundus in deo anteqꝫ fieret. ſ. in virtute productiua dei: et omnia generabilia ſunt iſto modo in ſole: et fructus in ſeminibus: dicitur nāqꝫ, cum nux ſubtus terram conditur, illic eſſe arborem: et in ſemine eſt animal. Atqui in moralibus, dicimus in poteſtate alicuius aliquid eſſe: quia illud facere poteſt. Sicuti dicimus in rege eſſe vitam illius qui meruit mortem. Eodem forme modo aliquid eſſe in potentia materie, nihil aliud eſt, ꝙ̄ dependere a materia in fieri ⁊ eſſe: non quidem in genere cauſe efficientis, ſed in genere cauſe materialis: quod eſt genus cauſandi paſſiue. Et quia oēs forme, preter animā rationalē, fiunt ⁊ ſunt depēdenter a materia, optime dicunt̄ eſſe in potētia materie: atqꝫ adeo inde educi.

*Aia rationalis.*

¶ Sed quereret quiſpiā cum anima rōnalis producat̄ poſitis diſpoſitionibus in materia, ⁊ non aliter: veluti producitur forma equi, vnde arguit nō depēdere a materia? Reſpondet̄ ꝙ quicqđ Ari. de hoc ſenſerit (qđ altio-

ris eſt negocii diſputare, ad libros de aĩa pertinẽtis lumẽ tñ nobis fidei id certo reuelauit. Credimus enĩ animã per ſe ſubſiſtere. Quod eſt dicere ſuapte natura in ſuo eſſe nõ depẽdere a corpore. Enimuero vt .q. precedenti dicebamus, non eſt dicendũ animã eſſe perpetuã, eo ſolũ ꝙ adeo cõſeruatur, ſicuti poſſet formã equi perpetuo conſeruare: eſſet enĩ hoc rerũ negare naturas. Si enĩ equum aut eius formam perpetuo deus conſeruaret, miraculum eſſet, & ſupra naturã rerũ: ꝙ autẽ aĩa rõnalis duret ſine corpore, ſua natura eſt, velut eſt natura ãgeli, eo ꝙ eſt immaterialis. Sꝫ forme alie vniuerſe, cũ ſine miraculo eſſe nõ poſſunt niſi in corpe, fit vt naturaliter dependeant a materia. Et cũ eodẽ mõ ſe habeat res ad produci, ſicut ad eſſe, fit vt forme alie dependeant in fieri a materia: anima vero rõnalis, minime. Et hoc eſt formas alias ante earũ productionũ preeſſe in potentia materie: rõnalem vero non. Et inde ſequitur ꝙ alie producunt a materia dependenter. qδ eſt dicere materia ſuo modo cõcurrẽte ad eſſe forme: anima vero rationalis producatur nõ cõcurrente materia ad eius productionem.

Cõcluſio 2. principalis.

¶ Ex his ergo colligitur concluſio exceptiua, qua ad titulũ queſtionis reſpondetur. Omnis forma generabilium, preter rationalem, educitur de potentia materie. Omnis inꝗtam ſubſtãtialis ꝗ accidẽtalis, preter formã celi: quod neutiꝗ eſt gñabile. Quod alie forme preter rationalẽ educantur de potentia materie, eſt ſententia Ariſto. in hoc textu. 78. vbi ait res non fieri ex nihilo, ſed ex ente in potentia, qualis eſt materia. Et copioſius hoc diſſerit. 1. de generatione tex. xj. & infra: vbi queſtio hec tractari etiã ſolet. Et ratio ex ijs que dicta ſunt colligitur ſub tali forma. Omnis forma que in eſſe dependet a materia fit depẽdenter a materia: ſed omnis forma generabiliũ, preter rationalem, in eſſe dependet a materia: ergo fit dependenter a materia. Qδ eſt educi de potẽtia materie. Maior eſt nota quia cum fieri ſit eſſe acquirere, vnaqueꝗ res vt habet eſſe, ita fit: & per cõſequens que dependet in eſſe, dependet etiã in fieri. Et minor patet ex ſuperius dictis. ¶ De anime vero ꝓductione quid

De aĩa qδ Ariſto.

ſenſerit Ariſt. nondũ ſatis exploratũ habent interpretes. Tametſi mentẽ que eſt pars intellectiua anime manifeſte aſſerat eſſe a materia ſeparatam. i. indepẽdentẽ: vt patet. 1. de anima tex. 65. et lib. 3. tex. 20. & copioſius. 2. de gene. animaliũ. c. 3. vbi animã vegetatiuam et ſenſitiuã ait educi de potentia materie, intellectum vero venire de foris. Quapropter. niſi freneſis illa Commentatoris audiatur, ponentis intellectum rem eſſe diſtinctam ab anima, quem, anima corrupta, perpetuo inquit permanere, certum eſt Ari. poſuiſſe animam perpetuã. Quod ſi eſt perpetua, tunc ſicut in eſſe non dependet a materia, ita neꝗ fit dependenter a materia, et per conſequens de eius potentia nõ educitur. Sed hinc ſumitur magnũ argumentum ꝙ ſecundum ipſum fuerunt etiam anime a parte ante perpetue: quia nondum nouit a ſolo deo quicꝗ creari poſſe. Qua de cauſa intelligentias poſuit eſſe perpetuas: nempe que cum non poſſint per generationem fieri, non vidit quomodo aliter fieri poſſent. Hanc tamẽ queſtionem ad primum vſꝗ de anima reponamus.

Supponimus tamen nunc ex fide animã rationalem naturaliter eſſe poſſe ſine corpore, et tunc facimus argumentũ. Nulla forma que in eſſe non dependet a materia, dependet ab illa in fieri: anima rationalis non dependet in eſſe a materia: ergo nec quando fit educitur de potentia materie. ¶ Quod ſiquis arguat animã rationalẽ depẽdere a corpore. Nã ꝗdiu diſpoſitiones ſufficiũt animam conſeruare in corpore, durat vita: quibus diſtemperatis, ſequitur mors. ¶ Reſpõdetur differentiam eſſe inter animam et alias formas, ꝙ anima quidẽ conſeruatur a materia & ſuis diſpoſitionibus, nõ ſimpliciter, ſed ea ratione qua corpus animat: quia non poteſt corpus informare, niſi cum talibus diſpoſitionibus. Et ideo diſpoſitiones et concurſus materie attingunt quidem ad introductionem anime in corpus, ſed non ad productionem. Et equa ratione conſeruãt eam in corpore: non tñ conſeruant ſimpliciter: quoniã ſeparata naturaliter manet. Relique vero forme non ſolum dependẽt a materia quantum ad informationẽ, ſed ſimpliciter: quia ſeparate non ſupſunt. Quo circa non ſolũ materia et eius diſpoſitiones attingunt ad introductionẽ forme in materiã, ſed ad eius productionẽ. Hinc ſequitur ſecundo, ꝙ anima licet ſit ſubſiſtens, eſt tamen media inter angelos et formas corporales. Angelus nanꝗ per ſe ſubſiſtit vt ſuppoſitũ, ita vt nec depẽdet a materia, nec poteſt informare materiam: anima vero ſuapte natura, et per ſe ſubſiſtere poteſt, et informare materiã. Relique vero forme, ita informãt materiam, vt per ſe ſubſiſtere nequeant, niſi miraculo ſuſtineant. ¶ Qδ ſi quiſpiam percontetur quomodo aliter deus concurrat ad productionem anime rationalis, ꝗ aliarum formarũ, vt illam creet, has vero non. Videtur enim ꝙ nõ aliter concurrat: poſtꝗ naturali lege, vt producitur equus, ꝓducitur homo: non aliter nec alias, ꝗ diſpoſita materia. Reſpõdetur ꝙ longe aliter deus concurrit: nã animam ſe ſolo ita producit, vt eodẽ cõcurſu quo producit eã in materia, poſſet eã producere in vacuo abſꝗ materia: formã vero equi producit gñaliter concurrendo cũ igne, educẽdo illã de potẽtia materie, taliter vt eodẽ cõcurſu nõ poſſit ſe ſolo ꝓducere eã in vacuo: niſi ſpecialiori mõ ſupplendo vicẽ ſeminis & quodãmodo vicẽ materie. Nõ tñ productio aĩe noſtre cẽſetur miraculoſa: ſed naturalis: qꝛ natura anime eſt, vt non aliter ꝗ per creationem producatur. ¶ In ſumma ſi illuſtriſſimã deſideras differentiã inter animã rationalẽ et alias formas. Forme vniuerſe. vt eſt apud. S. Tho. 1. p. q. 90. artic. 2. Eo educuntur de potentia materie, ꝙ non producuntur per ſe, ſed comproducuntur ad productionem ſuppoſiti. Nam vt ſuper textũ. 62. cepimus adnotare, et in text. 64. repetit. Ariſ. et. 7. meta. text. 27. ex profeſſo docet, et hic in ſubſequentibus frequentiſſime adnotabimus, forma non fit: ſicut nec materia: ſed compoſitum, ſiue ſubſtantiale, ſiue accidentale. Non enim fit forma equi, ſed equus: nec fit per alterationem albedo, ſed album: nec caliditas: ſed calidũ. Eo modo quo loquitur Ariſtote. ꝙ non fit muſica, ſed homo fit muſicus: & ex immuſico fit muſicus. Quod eſt fieri ſecundũ quid. Et ratio eſt manifeſta: quia cũ rem produci ſit eſſe acquirere, & alie forme a rõnali habeãt eſſe dependẽs a materia,

Aĩa media inter nos & angelos.

Differen. inter aĩa & alias for.

non



non ſimpliciter producũtur: ſed cõproducuntur ad eſſe ſuppoſiti. Obidꝗ. 7. et. xj. meta. accidens non dicitur ens, ſed entis ens. Unde cũ ignis calefacit aquam, non producit, ſed cõproducit calorem, faciendo ſuppoſitum eſſe calidũ. Nec producit formam ignis, ſed cõproducit, producendo ignem. Itaꝗ via ad producendum formã eſt facere calidum, aut ignem. Sententia expreſſa eſt Commentatoris. 12. meta. cõmen. 18. Ubi ait ꝙ forme ſecundum Ariſtote. non producuntur: ſed cõproducuntur: quia non creantur. Quo circa, ſi ita loquendum eſt, prius natura in via generationis aqua fit calida, quã ſit calor: et prius natura ignis eſt ignis, ꝗ ſit forma. Etenim licet forma ſit id quo agens alterat aquam, aut generat ignem, nihilominus via generationis agens dando eſſe toti, dat partibus, et accidentibus. Et in hoc conſiſtit ratio eductionis forme de potentia materie. At vero in generatione hominis anima non producitur per ꝓductionem hominis: ſed prius natura eſt in ſe ꝗ inſit homini: vnde in hoc conſiſtit eius creatio, ꝙ actio dei terminatur ad eſſe anime immediate: et nõ fit per eſſe totius. Actio vero virtutis ſeminalis terminatur ad vnionem anime cum corpore. In quo conſumatur vera et propria ratio generationis, vt generãs ſit pater: genitusꝗ ſit filius. ¶ Ex his demũ que dicta ſunt ſequitur corollariũ hoc, apprime notandũ: nẽpe falſum eſſe principiũ illud, tã apud quoſdã celebratum: vbi aſſerunt, ꝙ oĩs forma prius eſt in ſe ꝗ inhereat. Quin potius hoc intereſt inter animam rationalẽ reliquasꝗ omnes ſubſtantiales accidentalesꝗ formas. Forma nanꝗ prius in ſe eſſe ſiue tempore ſiue natura: eſt per ſe habere eſſe independenter a materia. i. eſt per ſe ſubſiſtere: quod ſoli anime noſtre competit. Forme vero alie vniuerſe nullum eſſe prorſus habent niſi eſſe in ſuppoſito. Et ideo falſum eſt ꝙ prius ſint in ſe ꝗ inhereant. Exẽplũ eſt in artificialibus a quib⁹ Ariſt. ſumit argumentũ naturaliũ. Enimuero qñ in lapide ſculpitur ſtatua, aut es fundit, aut qñ ſigillum imprimit cere, nõ prius natura eſt forma artificialis, ꝗ inhereat (etiam ſi teneatur formã diſtingui a ſubiecto) ſed fit forma ſtatue per hoc ꝙ fit ſtatua. ¶ Quod ſi arguas forma dat eſſe compoſito: ergo pri⁹ natura habet illud, qꝛ nemo dat quod nõ habet. Negatur cõſequẽtia. In hoc enĩ differunt cauſa efficiens & formalis, ꝙ efficiens, niſi ſit actu talis, nihil operat. Aqua enim nõ calefacit, niſi ſit calida: nec generat equũ, niſi id qδ eſt actu equus. Forma tñ non habet in ſe prius eſſe quod dat ſuppoſito. Albedo enim dat eſſe album, et non eſt alba: et calor dat eſſe calidum, et non eſt calidus: ſed forma eſt id quo ſubiectum eſt tale. Et pariter forma equi dat eſſe equum, tamen nõ eſt equus: ſꝫ eſt id quo equus eſt equus, Et quia forma equi nullum aliud eſſe habet, ꝗ eſſe id quo equus eſt equus, non prius natura eſt, ꝗ ſit in materia, & ſit pars equi. Unde non ſequitur, forma prius natura componit ꝗ totum ſit: ergo prius natura eſt, vt. 2. hui⁹. q. 3. patebit. Anima vero rationalis, quia habet per ſe eſſe ſeparatum, prius natura eſt, ꝗ inſit materie. Et in hoc conſiſtit ratio creationis.

Forma p⁹ eſt i ſe &c.

obiect.

Ad argumenta.

¶ Ad primum igitur argumentum quod faciebant illi, qui ponunt, aut poſſibilitates, aut inchoationes formarũ in materia, reſpondetur, ꝙ forma nõ dicitur educi de potentia materie, eo ꝙ ipſa vel aliquid eius actu prefuerit in materia: ſed qꝛ forma prefuerat in potentia et quodãmodo virtualiter in materia. Nõ quidẽ ꝙ materia actiue concurrat, ſed in ratione ſubiecti naturalis, per cuius tranſmutationẽ res producitur. ¶ Ad ſecundũ reſpondetur, ꝙ non opus eſt materiã habere ſimilitudinem cum forma, vt illam appetat: ſola enim cauſa efficiens eſt q̃ producit ſibi ſimile. Materia vero appetit formam: non ſicut ſimile ſuũ ſimile, ſed ſicut imperfectum ſuam actualem perfectionem, vt queſtione precedenti dicebamus. ¶ Ad tertiũ negaẽ cõſequentia. ſ. ꝙ ſi in materia nõ ſit aliqua virtus adiuuãs effectiue virtutem agentis, tũc productio ignis eſſet violenta. Satis enim eſt materiã aque ſuapte natura habere potentiã paſſiuam, & inclinationem naturalem ad formã ignis, vt generatio ignis ſit naturalis, non ſolum ex parte ignis generantis, ſed ex parte ſubiecti, vnde fit generatio. Non dixerim ꝙ aque ſimpl'r ſit naturalis generatio ignis ex ea: nã aque rõne forme eſt violẽta calefactio: quippe que tendit ad eius corruptionem. Sed dico ꝙ eſt naturalis materie aque ex qua fit ignis. ¶ Qδ ſi arguas hinc conſequi vt productio forme artificialis ſtatue ex ligno, ſit etiã ligno naturalis: ſiquidẽ habet naturalẽ inclinationẽ, vt ex eo fiat ſtatua. Negaẽ lignũ, aut aliqδ ſubm̃ artificialiũ habere naturalẽ inclinationẽ, ſeu naturalẽ potentiã paſſiuã, vt inde educatur forma artificialis. Quinimo dolatio ligni fit per eius corruptionẽ, cui lignũ reſiſtit: potentia vero naturalis nõ eſt in materia, niſi reſpectu agẽtis naturalis: eſt enĩ in auro rõne materie potentia naturalis vt calefiat ab igne: tñ vt ꝙ diſponatur in formã annuli aut vaſis: nõ eſt naturalis potentia, ſed obediẽtia, vt ſic dicamus, reſpectu artificis: quatenus ars preſupponit naturã. Sed de hoc copioſius libr. 2. ¶ Eedẽ ſunt prorſus ſolutiones ad primũ principale argm̃ in capite queſtionis cũ ſua cõfirmatione. At qꝛ illic fit mentio de virtutib⁹ ſeminalibus, reſpõdeẽ hãc eſſe differentiã inter viuẽtia & nõ viuẽtia, ꝙ in ſolis viuentibus virtus actiua eſt coiuncta materie in eodẽ ſuppoſito. Ut in nucleo oliue, ſub terra poſito eſt virtus actiua, q̃ de materia in qua eſt educit formã oliue: et in arbore eſt virtus q̃ de materia arboris educit fructus: & ſemine aĩalis exiſtente in matrice femine, eſt virt⁹ actiua impreſſa ab agẽte, que educit formam de potẽtia materie in qua eſt. At vero non viuentia, vt elementa, non generantur per virtutem actiuã, que ſit in materia vnde educit forma: ſed ꝑ diſpõnes que ab agẽte recipiunẽ in materia ſepata. Uelut ignis gñatur ex ſtuppa mediantibus diſpoſitionibus q̃s ſtuppa recipit ab igne. Quo circa ṽtutes ſeminales (atꝗ adeo nomẽ ſeminis) ſolũ cõcedende ſunt in viuẽtibus. Semẽ enĩ idẽ pollet qδ materia cui coniuncta eſt virtus actiua, educẽs formam de eius materia. Sed de hoc latius alias. ¶ Ad ſecũdum principale argumentũ cũ ſuis cõfirmationibus ſatis reſpõſum eſt inter exponendum quid nam ſit formam educi de potentia materie.

obiectio

Uirtus ſeminalis.

Ad ſcδm princi.

¶ At vero circa materiam tertij principalis argumẽti ſupereſt in hoc. 3. arti. bre

Articul⁹. tertius.



ueſa

Creatio.

ne facere verbū de creatione. Quod intelligenti rationem eductionis forme de potentia materie facillimum erit. Atqui, vt a diffinitione exordiamur, creatio eſt ꝓductio alicuius ex nihilo. Hoc cōmuniter doctores exponūt ꝙ ſit productio alicuius non preſuppoſito ſubiecto. Sed S. Thom. 1.p.q.45.art.1. id exponit ſub his verbis Creatio eſt productio totius entis, ſeu entis in quantum ens. Et in re idem eſt, ſi modo recte vtraqꝫ deffinitio intelligatur. Niſi ꝙ diffinitio San. Thom. ſignificantius exprimit, et verba phyloſophi, et naturam creationis. ¶ Ubi notandum eſt ꝙ fieri aliquid contingit tripliciter. Primo modo fieri ſecundum quid: que eſt acquiſitio alicuius accidētis, vt fieri calidū, fieri album. Et dicitur hec factio ſcðm qd, q2 p̄ſupponit ſubm̄, qð ſit ſubſtātia completa per ſe ſubſiſtēs: qua de cauſa, vt ſuperiori q̄one dictū eſt, forma accidentalis adueniēs nō facit vnū ſimplr̄ cū ſubiecto, ſed vnū per aggregationē. Secūdo mō fit aliqd ſimplr̄ qn̄ fit ſubſtātia. Et hec dr̄ factio ſimplr̄, q2 nō preſupponitur ſubm̄, qð ſit ſubſtātia completa per ſe ſubſiſtēs, ſ3 ſola materia prima, que eſt pura potentia ad formā: ob quā cauſam forma ſubſtātialis adueniēs facit vnū ſimplr̄ cū materia. Nēpe q2 materia nō erat vnum ens ſimplr̄ abſqꝫ forma. Hos duos modos tractat Ari. in hoc lib. per totū. c.7. et expreſſe diſtinguit text.62. ¶ Sed tertio modo aliqd dr̄ fieri ſcðm ſe totū in quantū ens. i. eo mō. vt nihil illius preſupponat, ſed fiat ex nihilo. Et hec dicitur productio totius entis, et productio entis in inquantum ens: que eſt creatio: quam Ariſto. nec phyloſophi naturales cognouerunt. ¶ Manifeſta fit hec diffinitio rōne Ari. Fieri vnū qðqꝫ eſt nouū eſſe aut eſſe tale acquirere, qð eſt fieri ex eius priuatione: album em̄ fit ex nō albo: et muſicū, ex non muſico: vt ait hic Ariſto. tex.43. nā quod erat ante albū nō fit albū. Et tex.76. ſi canis (inquit) fit ex equo, tūc nō fit animal in quantum animal, ſed in quantū canis: nā rō cōis animalis erat antea in equo. Nec canis fit ex nō aīali, ſed ex non cane. Et eadem ratione homo fit ex nō homine: ⁊ lignū, ex non ligno, ⁊ ita in ſingulis vt illud fiat cuius ratio non immediate preceſſerat. Ergo eadē analogia ens ſimpliciter fit ex nō ente: quod eſt dicere, ex nihilo. Fieri autem ex nō ente, eſt ꝙ nullū ens prorſus preſupponat ad productionem eius. Unde eggregie profecto, vt pleraqꝫ omnia. S. Tho.1.p.q.44.artic.2. meritus eſt cognitionem naturaliū phyloſophorū. Quippe quos ait ſolū cognouiſſe productiones particulares rerū: puta albū fieri ex nō albo: ⁊ calidū fieri ex frigido, ⁊ ignē fieri ex nō igne, ⁊ equū ex non equo. Et quia priuatio particularis entis ſaluatur in aliquo ſubiecto: vt priuatio albi ſaluatur in nigro: ⁊ priuatio caloris, in ſubiecto frigido: et priuatio forme ignis aut forme equi, in alia materia que eſt ſub alia forma, inde habuit Ariſto. et antiqui pro principio per ſe noto ꝙ quicquid fit, fit ex preſuppoſito ſubiecto, cui accidit priuatio talis forme. Et ideo non dixit ꝙ homo fit ſimpliciter ex non ente: ſed ex non ente tali. ſ. ex non homine: nā ſemen nō eſt nō ens, ſed nō homo. Deus autē, qui eſt vniuerſalis cauſa entis in quantum ens, poteſt ens ex nō ente ꝓducere: ⁊ per cōſequēs materiā, atqꝫ adeo vniuerſum creare. ¶ Ex quo ſequit aliud eſſe fieri ens ſimplr̄, ⁊ aliud fieri ens in

Fieri tripliciter.

quantū ens. Nā quotieſcūqꝫ generat ſubſtantia, fit ens ſimplr̄, ad differentiā alterationis que eſt factio ſcðm quid, vt fieri calidū. Tamē quādo fit homo aut equus nō fit ens inquantū ens nam ratio entis preceſſit in materia ex qua fit equus: et id quod erat, nō fit: ſed fit equus in quantū equ⁹. ¶ Igit cū aiunt ꝙ rem creari eſt produci nō p̄ſuppoſito ſubiecto, ⁊ rē generari eſt rē produci p̄ſuppoſito ſubiecto, intelligendū eſt nō preſuppoſito, concurrente ad ꝓductionē: nā anima rationalis: licet non producatur, niſi in ſubiecto, non tamen preſupponit ſubiectū tanqꝫ concurrens ad productionem. ¶ Tametſi multo profecto ſignificantius dicatur ꝙ aliquid creari, vt ait hic magnus Albertus, ſiue ſit materia, ſiue forma, ſiue preſuppoſitū, ſiue accidens, eſt ſcðm ſe totū produci nihilo illius. i. nulla eius parte preſuppoſita. Hoc em̄ nomē creationis deſignat. Quamobrem, licet in productione equi nō ſupponeretur materia, ſupponeretur tamen, ex natura productionis, aut forma, aut alia pars integralis, reuera non crearet. ¶ Nō ſi arguas tūc ſubſequi formas oēs ſubſtātiales ⁊ accidentia creari, q2 forma equi producit nulla eius parte preſuppoſita. Negatur certe ſequela: quoniam forma equi, vt ſuperiori articulo dicebamus, non producit, ſed cōproducitur: q2 non habet per ſe eſſe, ſed eſſe in ſuppoſito. Et multo min⁹ accidētia ꝓducunt ſ3 cōproducūt. Enīuero ſi eſſent forme in ſuo eſſe independentes a materia, tunc reuera producerent, ſicut aīa producit: atqꝫ adeo crearentur: licet reciperentur in materia: ſed propterea nō creantur: quia ſimplr̄ non ꝓducunt. Homo vero ⁊ equus ⁊ quodcūqꝫ ſuppoſitū, licet ſimplr̄ ꝓducant, quia habēt per ſe eſſe, nō tn̄ creant, q2 equus non ꝓducitur ſecundū ſe totum: ſed preſupponit aliquid ſui, puta materiam. ¶ Ex his ſequitur vanam eſſe illam diſtinctionem, qua aliqui diſtingūt, dupliciter aliquam cauſam effectum creare. Uno modo quando producit rem indepēdenter ab alia quacunqꝫ cauſa. i. nulla alia ſuperiori concurrente. Et hoc modo implicat contradictionem aliquam cauſam ſecundam creare: quippe que ſemper dependet a deo. Alio modo quando aliquid producit non preſuppoſito ſubiecto. Enimuero gratis fingitur ille primus modus creandi: cum creatio nullum reſpectum dicat ad cauſam efficientem, ſed ad ſubiectum vel partē rei. Et ideo ſi cauſa ſcða ꝓduceret aliquid ex nihilo, hoc eſſet propriſſime creare: licet in gn̄e cauſe efficiētis dependeret a deo cōcurrēte. Sequit ſcðo, ꝙ neqꝫ op⁹ eſt alia diſtinctiōe quā claritatis cā ponit Scot⁹ in quarto ⁊ alij, vt refert Caie.1.p.q.90.arti.2. ſ. ꝙ creari ſtat duplr̄: vno modo p̄ſuppoſito ſubiecto, quēadmodū creat aīa, alio mō nullo p̄ſuppoſito ſubiecto. vt creat⁹ fuit mūd⁹. Nā reuera iſti modi nō differūt in rōne creatiōis: ſiqdē mā nō preſupponit ad ꝓductionē aīe, vt explicatū eſt: ſ3 ad aīationē. Et iō propriſſime ⁊ ſimplr̄ creat aīa. Nec eſt ali⁹ mod⁹, niſi vnicus, creatiōis q̄ eſt ꝓductio ex nihilo. ¶ S3 multo ꝓfecto min⁹ apparētie hēt Ochā.2.ſent.q.4. vbi ait ꝙ oīs ꝓductio forme eſt generatio reſpectu cauſe ſecūde, ⁊ ſimul creatio reſpectu dei. Itaqꝫ cum ignis generat ex ſtupa, dicit ꝙ reſpectu ignis generantis illa eſt gn̄atio: quia ignis non poteſt ignē producere, niſi dependenter a matereria: ſed reſpectu dei, eſt creatio: quia

Fieri ens inquantū ens.

Corol.

Ocham.

quia taliter ꝓducit illā formā, vt poſſet illam ſe ſolo producere. Et idem eſt de productione equi et de productione hoīs: ita vt nulla ſit differētia inter aīam rōnalē ⁊ alias formas. At reuera hoc phyloſophie prorſus aduerſat: de⁹ em̄ vt ait Auguſtinus ſup primū cap. geneſis, poſt primā creationē mūdi nihil vnqꝫ creauit preter aīam rationalem. Unde licet poſſet formam equi ſe ſolo producere, nō tamē illo cōcurſu gn̄ali quo concurrit cū equo ⁊ cum virtute ſeminis obidqꝫ modo non creat illā. ¶ His fundamentis adnotatis concluſio hui⁹ tertij articuli eſt excluſiua. Tantū deus poteſt creare. Saltem virtute naturali. Et eadē ratione ſolus ipſe poteſt annihilare. ¶ Hāc cōcluſionē, vtpote que theologa eſt, non intendimus hic ad vnguem examinare, ſ3 quatenus ad phyſicam pertinet aperire. Quod de⁹ poſſit creare, preter lumen fidei. S. Tho.1.p.q.45.arti.5. hac naturali ratione oſtendit. Uniuerſaliores effectus vniuerſalioribus cauſis competunt, ſicut producere ignem, cōuenit igni: producere equum, cōuenit equo: ſed producere in vniuerſum ſubſtantiam, conuenit ſoli, qui cauſa eſt oīs ſubſtātie generabilis: at inter oēs effectus rō entis eſt vniuerſaliſſim⁹ cōprehendēs accidētia ⁊ ſubſtātias tam corporales q̄ ſpūales: ergo ille cōuenit vniuerſiſſime cāe. Eſt ꝓfecto eggregia rō metaphyſica: cuius ſciētie eſt altiſſimas redere cauſas, vt enim ignis eſt particularis cauſa ignis: ⁊ equus, equi: ⁊ calidum, calidi ⁊c. ita deus, qui cum ſit eſſentie infinite virtualiter cōtinet omnē rōnē entis, producit vniuerſaliter ens, et omnē rōnē entis, producere autē ens in quantū ens, eſt producere ex nō ente (qð eſt dicere ex nihilo) ſicut ꝓducere hoīem eſt producere ex nō hoīe (idem ꝓducit, cuius rō immediate nō p̄ceſſit (ergo deo proprium eſt res ex nihilo producere: qð eſt creare. ¶ Et cōfir. Deus eſt vniuerſaliſſima ⁊ p̄ma cauſa: ergo eſt cauſa omniū entiū: ſed ſunt multa entia que, niſi per creationē, produci nequeunt, vt angeli, aīa rōnalis, celū, ⁊ materia prima: ergo hec potuit creare. Impugnat hāc rationem Scotus in.4.d.1.q.1. ſed non eſt preſentis loci impugnationes eius afferre. ¶ Quod autem nulla cauſa ſecūda poſſet creare virtute propria, ſicut poteſt generare, omiſſis alijs rōnibus, quas. S. Tho. et Scotus locis citatis, ⁊ theologi.2.ſent.d.1. faciūt cōtra Auicenā, qui.9.meta.c.4. tenet primā intelligentiā creare ſecundā: et ſcða, tertiā ⁊c. vulgatiſſima ratio eſt hec. Ad creādum requiritur virtus infinita: nulla virtus creata eſt infinita: ergo nulla talis poteſt ceeare. Maior probatur Creare eſt rem ex nihilo producere: ſed inter nihilum et aliquid eſt infinita diſtantia (quippe que o[illegible]nem diſtantiam inter quecunqꝫ duo poſitiua extrema exuperat: ergo requirit infinitam virtutē. ¶ Hanc itidem impugnat Scotus loco citato cōtendens probare, ꝙ inter nihilum ⁊ ens finitum non eſt diſtantia, niſi finita. Non enim (inquit) plus diſtat formica a nihilo, q̄ʒ eſt quātitas perfectionis eius. Et ideo producere aliquam rem finite perfectam ex nihilo, non arguit infinitam perfectionem. Pretermiſſa autem examinatione huius litis. San. Thomas loco citato ad tertium argumentum eggregie profecto explicat hanc rationem. Ubi nō ait, diſtantiam eſſe infinitam inter nihil et aliquid: ſed arguit hoc modo.

3. Conclu.

De⁹ creat

Cauſa ſecunda nō creat.

Uirtus potentie non ſolum attenditur ex perfectione effectus, ſed ex modo producendi, puta ꝙ citius aut alio facilliori mō ꝓducat: ergo quanto agēs educit formā de potētia magis ab actu remota, tanto eſt maioris virtutis: et per cōſequēs ſi educit illā de nulla potentia, erit virtus infinita. Exēpli gratia, ꝙ ignis educat ignē de potētia materie ſtupe, que eſt ligata ſub cōtraria forma et diſpoſitionibus, arguit aliquā virtutem: ſed ꝙ educat illam de potentia materie ferri, que eſt magis ligata ſub diſpoſitionibus remotioribus, eſt maioris virtutis (⁊ ideo paruus ignis non inflammaret ferrum) ergo producere ignem nulla preſuppoſita materia, arguit infinitam virtutem. ¶ Et cōfir. quia alias ſi virtus agentis pēſanda eſt ſolū ex perfectione effectus, ⁊ nō ex termino a quo, vt vult Scotus, tūc equalis virtus eſſet educere ignem de potentia materie, ⁊ producere ex nihilo. Et cōfir. ſcðo quia producere ignem de materia celi, argueret infinitā virtutem, eo ꝙ illic nulla eſt potētia ad ignē. ¶ Diſputatio ſeſe hic late patēs inſinuat, an ſaltē inſtrumētaliter creatura poſſet cōcurrere ad creationem tāqꝫ inſtrumentū per virtutē ſupernalē dei: qð. S. Tho. illic negat, ꝓpterea ꝙ creatura nō pōt habere actionē propriā erga nihil, et ideo non pōt aſſummi et eleuari a deo, vt ſit inſtrumentum creationis: ſicuti ſi ſerra non haberet actionem propriam circa lignum, non poſſet aſſummi vt inſtrumentum ab artifice ad faciendum ſcanum. Hec tamen diſputatio altior eſt, q̄ʒ vt phyſicis ſit aliquo modo tractanda. Cōcitanda enim eſſet hic materia de ſacramentis, an gratiā creēt: ⁊ de ſacramento altaris, quomodo dum vermes generantur ex hoſtia conſecrata excuſetur illic creatio, cum nulla videatur preceſſiſe materia: ⁊ materia de miraculis, vtrū Chriſtus mediāte hūanitate fecerit miracula ꝓducēdo viſum per tactū oculoꝝ, quē nō eduxit de potētia materie: ⁊ reſuſcitādo Lazarū per vocē: ⁊ vtrum ſua voce, vt inſtrumento, dicēdo, fiat, celum, poſſet creare celum: ſicut verbo mentali dicendo, fiat firmamentū, creauit illud. De his ergo et ſimilibus nec verbum hic vllum fiat: ſed deſinat phyſicus, vbi theologus incipit: a quibus omnibus ſuper ſedendum eſt vſqꝫ ad ſua cuiuſqꝫ loca theologica.

¶ Ad tertium igitur principale argumentū ſatis reſponſum eſt ꝙ licet producere formicam aut equū ex materia non arguat maiorem virtutem q̄ʒ ſit perfectio ipſa effectus produci, tamen modus producendi ex nihilo, arguit infinitam. Et ideo creatura nō pōt creare. ¶ Unde ad cōfirmationē reſpōdetur ꝙ ſi daret frigiditas in vacuo, nullo mō ab agēte nāli poſſet corrūpi q2 eſt mā: de cuius potētia educeret calorē. ¶ Dubium eſſet hic tn̄ de lumine vtrū educat de potētia aeris tenebroſi in quo producit. Et videtur ꝙ nō: quia formā educi de potentia materie, eſt produci per tranſmutationem materie: et tamen cum ſol incipit oriri, non eſt proprie trāſmutatio aeris, cū nulla forma cōtraria inde expellatur. Et auget dubiū de ſpeciebus ſenſibilib⁹, que producunt ab obiecto viſibili per mediū: que cū non habeant contrariū in aere, nō videtur quomodo educantur de potentia aeris. Nam ꝙ recipiant in aere, non tollit rationem creationis: vt

Ad.3.prin.

Ad cōfir.

patet de aīa, q̄ nõ creat, niſi ꝓ̄ū recipit in materia. ¶Ad hoc aliqui diſtinguūt aliquas formas magis depēdere a materia: alias vero minus. Ille que producunt per trāſmutationē materie, plus dependent: ille vero que nõ habēt cõtraria, minus dependent. Que quidē diſtinctio non diſplicet, ſi mõ ſimplr̄ cõcedat oēs corporales formas, que ſūt ſub ſole, educi de potētia materie. Rñdetur ergo ex his que ſupradicta ſunt, lumen educi de potētia aeris, ꝓpterea ꝙ ſol nõ ꝓducit prius natura lumē, q̄ faciat aerē luminoſum: ſed ꝓducit lumē illuminādo aerem. Sicuti ignis producit calorē calefaciēndo ſubiectū. Ita vt in vacuo nullā habeat virtutē ſol producēdi lumē. Quam ob cauſam Ariſto. 1. meteo. c. 2. neceſſe eſt inquit mundū hūc inferiorem cõtinuū eſſe lationibus ſuperiorib⁹, vt virtus ei⁹ inde gubernet: ſane ꝙ ꝑ vacuū celeſtes influentie nõ poſſent deſcēdere. Idē dicendū eſt de ſpēbus ſenſibilib⁹, que ꝑ mediū multiplicant. Cõcurrit eñ mediū ſuo modo ad deferendū ſpecies vſq ad ſenſum: obidq quodāmodo educunt de potētia medij. Cuius ſignū eſt ꝙ determināt certū mediū, puta aquā vel aerem, ita vt ꝑ aliud denſius multiplicari nequeāt. ¶De accidentibus ſpiritualibus anime non ſpectat hic dicere: quia illa non ordinātur ad generationē nec ſunt materialia. Tametſi ſuo etiam modo educant de potētia ſubiecti: cū nõ poſſint ab agēte naturali in vacuo produci. Paulo plus forſitā iuſto immoratiſſimus in hac queſtiõe, eo ꝙ ad phyſicam fores aperiat.

¶Sequitur in tex. Caput nonū. Tangētes ⁊c.

In capite nono textus.lxxix. Nos autem materiam. &c.

## ¶ Quæſtio.viij.

### VTRVM PRIVATIO SIT ens reale an ſola ratione à materia diſtinguatur.

ADuerſus partē affirmatiuā arguit. Et primo ꝙ ꝑuatio ſit vera res realiter a materia diſtincta, eſt argumētū. Secluſa quacūq operatiõne intellectus hec eſt vera cecitas eſt, in quo differt a pura negatione, quia hec eſt falſa, chimera eſt: ſed ens eſt participium huius quod eſt eſſe: ergo priuatio eſt verū ens. ¶Et confirmatur primo. Priuatio determinat ſibi proprium ſubiectum: cecitas enim non eſt in aure, ſed proprie in oculo: et ſurditas in aure: ergo eſt ens poſitiuum. Et tertio quia priuatio eſt per ſe terminus a quo realis motus: ait enim Ariſtote. ꝙ album realiter fit ex non albo. Colligitur ergo ꝙ priuatio eſt verum ens reale. ¶Confirmatur ſecundo. Priuatio nihil aliud eſt q̄ forma contraria que expellitur per aduentum noue, vt forma aque eſt priuatio forme ignis: ergo. Probatur antecedens, quia nulla alia ratione materia priuatur forma ignis, niſi quia eſt ſub forma aque, que vt queſtione quinta dictum eſt, virtualiter eſt priuatio forme ignis. Qua de cauſa concedimus, ex aqua fieri ignem, tanq̄ ex termino a quo: nempe quia aqua ratione ſue forme eſt quodam modo priuatio ignis. ¶Et confirmatur tertio: ꝙ realiter diſtinguat a materia, ſic probatur. Priuatio diſtinguitur a materia ſpecie, vt habetur ter. 60. et vtrūq eſt ens reale: ergo diſtingūtur realiter: quia entia eo dicuntur realia, q2 diſtingūtur realiter. ¶ Scđo principaliter arguit ad aliud extremū. Priuatio eſt negatio forme: negatio vero nihil eſt: ergo priuatio nullatenus diſtinguit a materia, ſed eſt ipſamet materia, q̄ caret forma. ¶Et cõfirmatur. Materia, et priuatio vt habetur text. 60. ſunt idem numero: ſed que ſunt idem numero ſunt idem ſpecie, vt habetur. 5. meta. text. 12. ⁊ que ſunt idem ſpecie, ſunt idem diffinitione, vt ibidē aſſeritur, et eſſe idem diffinitione, eſt eſſe idem ratione: ergo materia et priuatio non differunt ratione. ¶In medio horum extremorum eſt ſententia Ariſto. in hoc textu. 79. vbi ait materiam ⁊ priuationem differre, eo ꝙ priuatio eſt ſimpliciter non ens, et materia eſt non ens per accidens. Et ſuperius text. 60. dixerat eſſe idē numero, ſed differre ſpecie .i. ratione, vt ſeipſe interpretatur.

¶ Quæſtio hæc poſt ea quæ dicta ſunt facilis eſt. De qua inter arguendum quatuor ſunt inſinuatę opiniones. 1. Opinio. Prima eſt quorundam plus nimio realium ꝙ priuatio eſt neſcio quid poſitiuum diſtinctum a materia. Hec tamē nullam pre ſe fert probabilitatem. Nam vt nomē ipſum ſonat, et ab Ariſtotele quarto. meta. text. 4. diffinitur, ꝑuatio eſt negatio in ſubiecto apto. Cecitas nanq nõ dicit formam, ſed negationem viſus in oculo. ¶Et confirmatur quia cum aer illuminatur, nihil profecto poſitiuum inde pellitur: nam lumen non eſt qualitas actiua pellens aliquid contrarium: et per conſequens quando obtenebratur nihil ibi generatur: ergo tenebre nihil aliud ſunt q̄ abſentia luminis in diaphano apto illuminari. Et eadem ratione priuatio forme ignis in materia aque nihil poſitiuum eſt, quod corrumpatur per aduentum forme. 2. Opinio. ¶Secunda opinio eſt ꝙ priuatio vnius forme eſt forma contraria: vt priuatio albedinis eſt nigredo, aut medius color: et priuatio forme ignis eſt forma ſubſtantialis aque, aut que vis alia cõtraria igni. Sed nec iſta opinio omnino conſonat verbis Ariſtote. nam tunc materia et priuatio realiter diſtinguerentur cum tamen text. 60. expreſſe enunciet materiam ⁊ priuationem eſſe vnum numero, et differre ratione. Item quia priuatio, vt queſtione quinta dictum eſt, per ſe intrat diffinitionē gn̄ationis: quippe que eſt, mutatio de nõ eſſe ad eſſe, cuius priuatio tanq̄ terminus a quo, eſt principium: vna tamen forma impropriſſime diceretur principium ſui contrarij. 3. Opinio. ¶Tertia eſt opinio nominalium quorundam, qui diſtinguunt nomen priuationis poſſe accipi, aut pro ſubiecto quod priuatur, aut pro forma qua priuatur aut pro aptitudine ad talem formam. Et tunc dicunt quod in prima acceptiõe materia eſt priuatio: et ſimiliter in tertia. Itaq oculus eſt, et aptitudo ad viſum, ⁊ cecitas, et item aptitudo eſt cecitas. Sed ſcđo mõ accipiendo priuationē, illa diſtinguitur a ſubiecto. Idem dicunt de materia prima, que eſt et aptitudo et priuatio. Quod confirmant ex tex. 60. vbi habetur materiā et priuationē eſſe idē nūero. Quo (inquiūt (circa differentia inter materiam et priuationem ſolum conſiſtit in nominum connotationibus. Hoc enim nomen, materia, ſupponit pro materia connotando ꝙ ſit primum ſubiectum forme: nomen vero priuatio pro eadem accipitur materia, connotādo ꝙ aliqua forma careat. ¶ At vero illa imprimis multiplex acceptio priuationis nomini non congruit. Quis enim dicat ꝙ cecitas accipitur pro viſu, aut pro aptitudine ad videndum: cum forma ⁊ aptitudo dicant aliquam perfectionem: priuatio vero imperfectionem et abſentiam forme. Quod autem accipiatur pro ſubiecto, vt he ſint vere, occulus eſt cecitas, materia eſt priuatio, quanuis in re non adeo multum a vero deuiet: in modo tamen loquendi neque Ariſtoteli neque ſermoni, quo non ſolum philoſophi, ſed prudentes quicunque vtuntur, conſonat. Ariſtoteles enim expreſſe, vt viſum eſt, ponit principia rerum naturaliū eſſe vt tria. Et ait, vt tria, ad denotandum priuationem aliquo modo diſtingui a materia. Obidq certo certius eſt, ꝙ Ariſtote. nunquam admiſiſſet huiuſmodi locutiones, oculus eſt cecitas, aer eſt tenebre, materia eſt priuatio, ſicuti nec viri prudentes in familiari ſermone eas reciperent. ¶Et preterea tunc propoſitio Ariſtot. tria ſunt principia, ſuſtineri non poteſt, niſi appellando ad connotationes terminorum, ſcilicet tres ſunt termini non ſynonomi ſignificātes principia, ⁊ tamen re vera extra ſcholas nullus ſic auderet loqui: ſed diceret vt ait Ariſtote. ꝙ tria ſunt ꝑncipia .ſ. duo realiter diſtincta ⁊ tertium diſtinctum ratione.

¶Igitur ſententia Ariſto. poſita eſt in medio inter hec extrema. Conclusio princi. Secundum quē ad queſtionem reſpondetur vnica concluſione. Priuatio ratione tantum diſtinguitur a materia. Quod eſt dicere. Materia et priuatio non ſunt due res: ſed tamen materia alia ratione et diffinitione eſt materia, et alia ratione et diffinitione eſt priuatio. Quod enim alij explicant per connotationes terminorum. Ariſto. cenſet proprietates eſſe in re, quas ſolus intellectus diſtinguit. Itaq materia ſecluſa operatione intellectus eſt materia: ⁊ ſecluſa operatione intellectus priuatur forma: ſed tamen materia et priuatio non ſunt duo, niſi per ſolam operationem intellectus, diſtinguētis inter illas duas rationes, que ſunt, ſubijci forme, ⁊ carere forma. Et q2 priuatio ſignificat in abſtracto priuationem, id eſt abſtrahendo a ſubiecto, non ꝑdicatur de materia formaliter, ſed ſolum idētice. Ita vt hec ſit vera, aer eſt res que ſunt tenebre, tamen aer nõ eſt tenebre, ſed tenebroſus: ⁊ oculus eſt res que eſt cecitas, non tamē eſt cecitas, ſed cecus. Iuxta modum quem queſtione ſecunda de quantitate adnotauimus negandi has propoſitiones, ſedens eſt ſeſſio, pater eſt paternitas, licet ſeſſio non ſit alia res a ſedēte, nec paternitas alia res a patre. Etenim iſta propoſitio, oculus eſt cecitas, non ſolum ſignificat, ꝙ ſunt eadem res, ſed ꝙ ſint eadem res ſub eadem ratione ⁊ diffinitione. Neſcio profecto cur ſit difficilius huiuſmodi propoſitiones negare, q̄ affirmare. At enim nimias rerum diſtinctiones non facile credo, ita neq in congruos loquendi modos libenter audio. 1. Ratio. ¶Probat ergo Ariſtote. ꝙ materia et priuatio diſtinguantur ratione, de cē rationibus que ex textu colliguntur. Prima eſt in textu. 58. ſumpta ex diuerſo modo loquendi de materia ⁊ priuatione. Ea nāq diſtinguuntur ratione, de quib⁹ diuerſimode loquendum eſt: ſed tales ſunt materia et priuatio: ergo. Probatur minor: quia in accidentalibus concedimus ꝙ ex non muſico (que eſt priuatio) fit muſicum: non tamen concedimus ꝙ ex homine (qui ſe habet vt materia) fit muſicum: ſed ꝙ homo fit muſicus. Sed in ſubſtantialibus concedimus ꝙ ex non homine, tanq̄ ex termino a quo, fit homo: ⁊ ꝙ non homo, puta ſemen, fit equus: non tamē concedimus ꝙ ex materia, tanq̄ termino a quo, fit homo, ſed tanq̄ ſubiectum: nec concedimus ꝙ materia fit homo. 2. Ratio. ¶Secūda ratio eſt ſtatim in textu. 59. Ea diſtinguuntur ſaltem ratione, quorum vnū manet, altero nõ manēte: ſed materia manet ingenita, priuatio vero nõ: ergo. Et ex hac potiſſimū concludit text. 60. differentiam ſpecificam .i. ſecundum rationem (vt ait) inter materiam ⁊ priuationem. Nota. Vbi notandum eſt ꝙ quando materia ſtupe recipit formā ignis, non ſolum dicendum eſt ꝙ non manet priuatio forme ignis, ſed etiam ꝙ priuatio non manet. Aiunt enim quidam ꝙ priuatio manet: quia materia manet: ⁊ materia eſt priuatio: ergo priuatio manet. Attamē reſpectu hui⁹ verbi preſentis, manet, falſa eſt minor: nam cū eſt materia ſub forma ignis, iam nõ eſt eius priuatio. Si vero arguatur reſpectu futuri ante introductionē forme, hoc modo. Materia manebit ſub forma ignis: ⁊ materia eſt priuatio forme ignis: ergo priuatio manebit ſub forma: certe Ariſto. ⁊ antiqui negarent minorem: materia enim eſt res que eſt priuatio: ſed non eſt priuatio. Et ideo concludendum eſſet ſolum identice, res que eſt priuatio manebit. Sed qui mordicus voluerit cõtēdere ꝙ illa ſit vera, materia eſt priuatio, debet negare conſequentiam propter variationē appellationis: q2 hec concluſio, priuatio manebit, facit ſenſum ꝙ manebit in ratione priuationis. Concedere autem ꝙ priuatio manebit, expreſſe eſt contra Ariſtotelem, dicentē, ꝙ priuatio, quia contrariatur forme, non manet ſub ſuo contrario. 3. Ratio. ¶Tertia ratio eſt in tex. 65. Materia eſt per ſe principium generationis. et in fieri et in facto eſſe, quia eſt pars rei genite: ſed priuatio non eſt principium per ſe rei genite ſed ſolum per accidens: quia neceſſe eſt accidere materie ex qua fit generatio: ergo. 4. Ratio. ¶Quarta colligitur ex textu. 67. Priuatio contrariatur forme: materia vero non: ergo. 5. Ratio. ¶Quinta eſt in text. 78. Materia habet potentiā de qua educitur forma, quia poſitiue concurrit ad generationem: priuatio vero non habet talem potentiam, tum quia eſt negatio, tum etiam quia cõtrariatur forme, vnde educitur: ergo. 6. Ratio. ¶Sexta colligitur ex eodem textu. Materia ſe habet vt ſubiectum reſpe priuationis: priuatio vero ſignificatur per modum forme que expellitur per generationem forme contrarie in eodem ſubiecto: ergo. 7. Ratio. ¶Septima et precipua eſt in hoc textu preſenti. 79. Priuatio eſt ſimpliciter non ens: quia eſt negatio forme in ſubiecto apto: materia vero ſolum per accidens eſt nõ ens, quatenus accidit ei priuatio forme quam appetit: ergo. Et dicitur materia per accidens nõ ens, quia materia eſt pura

**8. Ratio.** potentia, vt ſit in actu per formam. ¶ Octaua eſt in eodem textu. Materia eſt prope ſubſtantia. i. potentia ad eſſe per formam: priuatio vero, for- **9. Ratio.** maliter ſumpta, nihil eſt: ergo. ¶ Nona eſt in textu. 81. Materia appetit formã: priuatio vero nequaquam, quia contrarium non appetit ſuum con- **10. Ratio.** trarium: ergo. ¶ Decima denique eſt in tex. 82. Materia per ſe non corrumpitur, quia manet in compoſito: priuatio vero per ſe corrũpitur corrupta forma contraria illi que generatur, vt per corruptionem forme aque corrumpitur priuatio forme aeris que immediate ſuccedit: ergo. ¶ Ex his omnibus concludit in eodem textu diffinitionẽ materie in qua differt a priuatione, que in cõmẽto ⁊ queſtione. 6. ſatis expoſita eſt.

**Ad primũ principia.** ¶ Per hęc ad primum argumentum principale reſpondetur diſtinguendo ꝙ ſecluſa operatione intellectus iſta ſit vera, cecitas eſt. Si enim intelligatur aliquid eſſe in rei veritate pro quo ſubiectum ſupponit ⁊ ratione cuius verificatur illa propoſitio, id conceditur: ſufficit enim ad veritatẽ illius ꝙ oculus careat viſu. Si autem intelligatur ꝙ ſecluſa operatione intellectus illud quod in abſtracto ſignificatur nomine cecitatis diſtinguatur ab oculo, hoc negat. Itaque in via S. Thome ⁊ certe in via Ariſt. aliud eſt ꝙ aliquid habeat eſſe per operationem intellectus, ⁊ aliud ꝙ diſtinguatur ab alio per operationem intellectus. Solutio ⁊ doctrina eſt Ariſto. 5. meta. text. 14. ⁊ S. Thome. 1. p. q. 48. artic. 2. ad ſecundum, vbi habetur ꝙ ens vno modo accipitur pro eo quod ſufficit ad veritatem propoſitionis: ⁊ iſto modo priuatio eſt ens: in quo differt a pura negatione. Concedimus enim ꝙ cecitas eſt, ⁊, tenebre ſunt, negamus autem, ꝙ chimera ſit. Sed alio modo accipitur, ens pro vt diuiditur in decem predicamenta, puta vt dicit aliquã quiditatem: ⁊ iſto modo priuatio nõ eſt ens: ſed negatio entis: puta negatio forme: iuxta illud Dio. 4. cap. de diui. no. malum eſt non exiſtens ⁊ non bonum. ¶ Hinc ſequitur ꝙ priuatio eſt ens rationis: quia ſolum eſt quedam carentia diſtincta a ſubiecto per operationem intellectus comparentis eãdem rem ad diuerſa. Diſtinguimus enim inter materiam ⁊ priuationem per hoc quod cognoſcimus materiam eſſe ſubiectum forme: priuationem vero, non: ⁊ priuationem eſſe contrariam forme, materiam vero non. Et ſic de alijs ſupra poſitis differentijs. Unde id hic duxerim adnotandũ ꝙ falſo aliqui imponunt S. Thome ꝙ ſenſerit materiam ⁊ priuationem diſtingui realiter: quod reuera nuſquã dixit. Sed potius loco citato ⁊ prima queſtiõe de malo articulo. 1. ad poſtremum argumentum, ⁊ vbique dicit ꝙ priuatio eſt ens rationis.

**Ad p̃mam confir.** ¶ Ad primam confirmationem conceditur ꝙ priuatio determinat ſibi aliquod ſubiectum: ſed tamen illud non determinat, quia priuatio ſit aliquid poſitiuum: ſed ratione forme cuius eſt priuatio. Priuatio enim non eſt pura negatio, ſed negatio in ſubiecto apto nato: ⁊ ideo non dicitur, niſi de ſubieto, quod habet aptitudinem ad formam cuius eſt priuatio.

**Tria entia rationis.** ¶ Unde. q. 3. de vniuerſalibus ſuper Porphyrium poſuimus differentiam inter tria genera entis rationis: que ſunt negatio, priuatio, et relatio. Negatio enim, vt, non videre, nihil ponit in re. Relatio vero, puta ratio ſpeciei in homine ponit quidem in re ſubiectum remotum, puta hominem: ſed tamen fundamentum propinquum quod eſt cognoſci conceptu abſtrahente a ſingularibus, ad quod conſequitur relatio ſpeciei, non eſt in re, ſed eſt operatio intellectus. Priuatio vero ſupponit in re non ſolum ſubiectum remotum, ſed fundamentum propinquum, puta aptitudinem. Et ideo inter entia rationis habet plus de entitate.

**Ad. 2. ꝯfir.** ¶ Ad ſecundam confirmationẽ conceditur quidem, ꝙ materie aque cõuenit priuatio forme ignis, ratione forme ſubſtantialis quam habet contrariam. Et ſubinde conceditur hac de cauſa receptas eſſe ĩter philoſophos has locutiones, ex aere fit aqua, ex grano fit ſpica, ex ſemine fit animal, tanquam ex termino a quo: quod hic adnotandum eſt. Negatur tamen inde ſubſequi ꝙ talis forma ſit priuatio: ſed priuatio eſt carentia forme in ſubiecto quod eſt aptum illam recipere. Sicut tenebre ſunt carentia luminis in aere: ⁊ cum materia ſit ſubiectum, priuatio eſt carentia forme in materia. ¶ Sed eſt contra hoc argumentum. Si priuatio forme aduenientis non eſſet forma ſubſtantialis precedẽs, ſed abſentia eius in materia, ſeq̃retur ꝙ priuatio corrupta eadem numero redderet: conſequens eſt falſum. Probatur ſequela. Eſt in materia terre priuatio forme ligni, que, cum ex terra germinatur lignum, corrumpitur. Corrumpatur ergo idem lignum ⁊ vertatur in terram. Videtur ꝙ in eadem materia redeat eadem numero priuatio forme ligni: quippe cum ſit priuata, vt prius fuerat. Si autem diceretur ꝙ priuatio forme ligni erat forma terre, tunc illa corrupta nunquã redderet. Aliqui non habent pro inconuenienti ꝙ eadem priuatio redeat. Secus eſt de forma poſitiua: de qua ait Ariſto. 5. huius tex. 56. ſemel corruptum non poſſe redire. ¶ Alij hoc impugnant quia potentia ad formam, vt ſupra dictum eſt, cõſequitur priuationẽ: ſed in materiam, vnde prius fuit corrupta aliqua ſingularis forma nunquam amplius reddit potentia ad eandem formam: quia potentia materie ad formam naturalis: et naturaliter eadem forma numero ſemel corrupta nõ poteſt generari. ¶ Iſti tamen ſupponũt ꝙ priuationes ⁊ potentie forme ſint tot numero in materia quot forme quibus caret. Et ſic haberet infinitas priuationes ⁊ potentias, maxime ſi mundus eſſet perpetuus. ¶ At vero cum priuatio et potentia non diſtinguantur a materia, vt ſupra dictum eſt, niſi ratione, ne ſint alique entiales diſtincte a materia, improprie dicerentur plures priuationes, aut plures potentie: ſed ſunt potius plures reſpectus ⁊ relationes ratiõis. Quod nihil aliud eſt dicere, quam ꝙ materia caret pluribus formis, ⁊ eſt in potentia ad plures formas. Que quidem potentia eſt vna ſaltem eiuſdem rationis: quoniam materia eadem ratione concurrit ad generationem omniũ formarum, ſcilicet tanquã principium paſſiuum. Immo potentia materie de ſe non eſt ad hanc, vel illam: ſed ad formam in genere: determinatur vero ad hanc ab agente per eius diſpoſitiones. Et pariter priuatio proxima non eſt, niſi ad hanc formam, que immediate ſucceſſura eſt. Et ideo arbitror cum materia per acquiſitionem forme perdit (vt ſic loquamur) eius priuationem, ꝙ ſi iterum corrumpatur,



patur, eadem priuatio reuertitur in genere. i. materia eſt priuata eadem forma: quia quãtum eſt de ſe apta eſt recipere illam. Non tamen habet potentiam naturalem ad illam producendam: eo ꝙ ipſa forma non eſt naturaliter iterum producibilis. Eſt tamen in potentia obedientiali, vt deus poſſet iterum eam creare in eadem materia. Sicuti modo materia omnium hominum defunctorum vere habet priuationẽ ad animas quas habuit: licet non habeat potentiam ad recipiendũ illas actione naturali: ſed actione dei in finali reſurrectione.

**Ad. 3. ꝯfir.** ¶ Ad tertiam cõfirmationem negatur ꝙ materia ⁊ priuatio vtrũque ſit ẽns reale. Immo priuatio eſt ens rationis ad ſenſum expoſitum. Et ideo non diſtinguitur ſpecie a materia, ſicut res habens quiditatem diſtinctam: et per conſequens non diſtinguitur realiter, ſicut res poſitiue diuerſorum predicamentorum: ſed ſolum differt ratione quam Ariſtotel. vocat differentiam ſpecificam.

**Ad ſcd̃m p̃ncipale.** ¶ Ad ſecundum principale ſatis reſponſum eſt, negatur enim ꝙ priuatio ſit mera negatio: ſed eſt negatio in ſubiecto apto nato. Et ideo ratione diſtinguitur a materia. ¶ Ad confirmationem qua arguitur, materia ⁊ priuatio ſunt vnum numero: ergo ſunt vnũ ſpecie, negatur conſequentia: que multos profecto poteſt decipere. Cum enim ait Ariſtot. ea que ſunt vnum numero eſſe vnum ſpecie, intelligit ꝙ eo modo quo ſunt vnum numero ſunt vnũ ſpecie. Exempli gratia. Si ſunt vnum per predicationem formalẽ vnius (vt ſic loquar) de alio, vt ſi. a. ⁊ b. ſunt vnum numero taliter vt. a. ſit. b. quemadmodum tunica eſt indumentum ⁊ Petrus eſt homo, *illa* ſunt eiuſdem ſpeciei inter ſe. Ea vero que ſunt vnum numero. i. faciunt vnum tertium numero, aut ſunt in eodẽ ſuppoſito, non opus eſt ꝙ ſint eiuſdem ſpeciei inter ſe. Enim vero materia ⁊ forma hominis ſunt vnũ numero: quia faciunt vnum ſimpliciter: ⁊ tamen inter ſe non ſunt eiuſdem ſpeciei, ſed faciunt vnam ſpeciem, puta vnum hominem. Quin etiam omnia accidentia que ſunt in lacte. ſ. quantitas albedo ⁊ dulcedo ſunt vnum numero: quia non habent vnitates ſeparatas: ſed ſunt ſuppoſito idem: ⁊ tamen inter ſe differunt ſpecie. Item virge medietates, quarum vna eſt viridis ⁊ altera ſicca, ſunt vnum numero (tenẽdo ꝙ materia ſit continua) quia faciunt vnum tertium numero: ⁊ tamen inter ſe non ſunt eiuſdem ſpeciei: quia non ſunt taliter vnum numero, vt vna medietas predicetur de alia. Ad propoſitum ergo materia ⁊ priuatio ſunt vnum numero idẽtice: quia materia eſt res que eſt priuatio: non tamen formaliter: quia alia eſt ratio ⁊ diffinitio vnius ⁊ alia alterius. Et hãc vocat Ariſtote differentiam ſpecificam. Et hec, deo authore de primo libro.

Libri primi finis.

# Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper ſecundum Phyſicorum Ariſtotelis quæſtiones.

In capite.j.tex.iij. Tanquam natura &c.

## Quæſtio prima de natura.

VTRVM DIFFINITIO naturæ ſit bona.

SEcūdus hic liber, vt in commentarijs dicebamus, reliquas duas cauſas entis mobilis conſiderat: efficientem.ſ.et finalem. Sed quia intentio eſt hic Phi. oſtendere hanc ſcientiam demonſtrare per omnes cauſas, premittit in duobus ſtatim primis capitulis medium ⁊ ſubiectū ⁊ paſſiones huius ſcientie: nempe quidnā ſit natura, quid ens naturale, quid ens ſm naturam. Obidꝗ circa primū mouetur hec.1.q. de diffinitione nature: qua ait Ariſto. naturam eſſe principium ⁊ cauſam mouendi ⁊ quieſcendi, ei in quo eſt primum: per ſe ⁊ non ſm accidens. ¶ Atqui ꝙ non ſit bona, eſt primū argumentum. Diffinitio hec non conuenit omni nature: ergo non eſt bona. Probatur aňs. Deus ⁊ intelligentie ſunt nature: vnde Boetius lib. de duabus naturis. Perſona (inq̄t) eſt rationalis nature indiuidua ſubſtantia: ⁊ accipit, rationale, vt ſe extendat etiam ad intellectuale.ſ. ad deum ⁊ intelligentias: ⁊ tn̄ deus non habet in ſe vllius motus principium: ſane qui Malachie.3.ait. Ego dominus ⁊ non mutor. Neꝗ angelus eſt mutabilis: aliquo iſtorum quatuor motuum, de quibus vbiꝗ loquitur Ariſto.ſ. alterationis generationis augmētationis, vt notum eſt, aut motus localis: qꝛ angelus cum ſit ſubſtantia ſpiritualis non dependet a loco vt ſucceſſiue moueatur. ¶ Secūdo id principaliter arguitur. In celo eſt natura (quandoquidem eſt ens naturale): ⁊ tn̄ nō eſt principiū motꝰ: ergo. Probatur minor qꝛ forma celi non eſt principiū actiuum ſui motus, ſed extrinſecus mouetur ab intelligentia: alias ſi ab intrinſeco moueretur, eſſet profecto viuens: hoc eſt enim proprium viuentium vt a ſua ipſorum forma moueant. Neꝗ materia celi eſt principium paſſiuum naturale motus. Sequeretur enim ꝙ celum naturaliter inclinaretur ad motum circularem, et per ꝯňs ille eſſet naturalis: qđ tamen eſt falſum, vt Auicena.9.meta. argumentat. Quia omnis motus (inquit) naturalis eſt propter aliquam quietē, vt patet in grauibus ⁊ leuibus: ⁊ tamen motus celi nō terminatur ad aliquā quietem. Colligitur ergo nullū eſſe in celo principium motus. ¶ Et confir. In celo eſt natura: ⁊ tamē nullum eſt illic principiū quietis. Sicuti ecōuerſo in terra eſt natura: vbi tn̄ non eſt principium motus ſm ſe totā: qꝛ tota terra moueri nequit. Ergo nō omni nature cōuenit, vt ſit copulatiue principium motus ⁊ quietis. ¶ Tertio principaliter ad elementa deſcēdendo arguitur. Ignis ⁊ quodcunꝗ elementum habet in ſe naturam, poſtꝗ eſt ens naturale: ⁊ tamē non habet in ſe principium ſui motus: ergo. Probatur minor: qꝛ ignis non habet in ſe principiū actiuum quo ignis ipſe mouetur, alias moueret ſe ab intrinſeco, ⁊ per ꝯňs eſſet viuēs. Quod ſi dicatur habere in ſe principium paſſiuū, puta materiam, que eſt in potentia naturali ad aliam formam: contra hoc arguitur. Sequeret ꝙ productio arficialis forme ex auro, aut marmore eſſet naturalis: nam aurum et marmor habet principium paſſiuum naturale receptiuū illius forme propter duritiem ⁊ cōſiſtentiam partium quam habent. Quin etiam ⁊ motus violentus grauis, quo ſurſum ꝓiectū effertur, eſſet naturalis ſiquidē habet principiū paſſiuū talis motus. ¶ Quarto principaliter arguitur. Si ratio nature in hoc conſiſteret, ꝙ ſit principiū talis motus eius ſuppoſiti in quo eſt, ſequeretur ꝙ in ſolis viuentibꝰ eſſet natura que eſſet principium actiuū motus: quippe que ab intrinſeco nutriuntur, augentur, ⁊ localiter mouentur: ꝯňs eſt falſum. ergo ⁊ aňs. Probatur minor. Grauia videntur moueri a ſeipſis deorſum tanꝗ a principio actiuo ſi dimittātur: qꝛ non videnť a quo moueantur alio. Et ſemē animalis, anteꝗ viuat, habet virtutem actiuam educētem formam animalis de potentia materie in qua eſt. Et pariter granū ſubtus terrā, dū putrefactū nō viuit, habet nihilominus virtutē actiuam ad proferendū ſpicam. Et aqua calefacta mouetur intrinſecus ad debitā frigiditatē. ¶ Quinto cōtra illam concluſionē Ariſto. tex.6. ꝙ naturam eſſe, non ſit demonſtrabile, arguitur ad hominem: nā negocium eius in lib.1. fuit aduerſus antiquos demonſtrare materiam eſſe et formas eſſe ſubſtantiales, quas antiqui non cognouerunt. ¶ Et cōfirmatur ex Cōmentatore qui cōmento.3. ait demōſtrari poſſe materiā eſſe hoc modo. Natura eſt id quo naturalia differunt ab artificialibus: ſed naturalia differunt ab artificialibus in hoc quod habent in ſe principiū motus: ergo natura eſt principium motus. ¶ In cōtrarium eſt authoritas Ariſto.

Nature diffinitio.

### ¶ Significatio huius nominis

natura, que ad cognitionē libri ſecūdi primū eſt lumen, ne ad libitum acceptionibꝰ terminorum, ſicut fieri ſolet, vtamur, ſumitur ex Ariſtotele.5. meta. text.5. vbi docet nomen hoc primum fuiſſe impoſitum ad ſignificandū naſcentium generationē. Ut natura idem ſit quod naſcitura: ſeu natiuitas. Naſci autem dicuntur tantummodo viuētia. Et quia in generatione viuentium virtus ſeminis eſt in ipſo ſemine, quod a ſua virtute intrinſeca mouetur ⁊ diſponitur ad generationem animalis: deriuatum eſt nomen nature ad ſignificandum vniuerſaliter principium intrinſecū motus eius in quo eſt: ſiue actiuum ſit, ſiue paſſiuū: ſiue in viuentibus, ſiue in non viuētibus: ſiue ſit motus alterationis, ſeu augmentationis, ſiue localis. Et ſm hanc acceptionem diffinitur hic ab Ariſtotele. At vero qꝛ ex principijs naturalibus conſtat eſſentia rei, extenſum eſt tertio nomē nature, vt loco citato ait Ph. ad ſignificandū eſſentiam rei que eſt terminꝰ principalis gn̄ationis. Hominē.n. generari nihil aliud eſt ꝗ eſſentiam hominis de nouo incipere eſſe in hoc ſuppoſito. Et hoc eſt qđ ait hic Ariſto. text.14.ſ. ꝙ natura ſe habet ad naturam.i. naſcituram ⁊ natiuitatem, ſicut ſanitas ad ſanationem. Ut ſicut ſanitas eſt terminus, qui ſanatione producitur, ita natura ſit ſpecies illa que gn̄atur per natiuitatē. Et quia ſpecies cōſtituiť per formā ſubſtātialē principalius ꝗ per materiā, concludit ꝙ forma eſt magis natura ꝗ materia. Et hinc dimanauit illa diſtinctio duplicis forme: vt alia ſit forma partis, puta illa que eſt pars cōpoſiti, vt condiſtinguitur contra materiam: ⁊ alia forma totius, que includit materiā ⁊ formā et ſignificatur in abſtracto: vt humanitas equinitas: de qua latius.q.3. Natura Grece diciť phyſis. Unde phyſici.i. de natura diſſerētes. ¶ A natura dicitur ens naturale id qđ habet naturam. Obidꝗ abuſus eſt nominū, diſtinguere, ꝙ ens naturale accipitur ſtricte pro ſubſtātia per ſe ſubſiſtēte, ⁊ large vt accipiať etiā ꝓ p̄ncipijs ⁊ accidētibꝰ eius. Unde poſtea ſequiť hec falſa cōcluſio, ꝙ non omne ens naturale habet in ſe principium intrinſecū ſui motus: vt patet de forma ſimplici. Quapropter vnicuiꝗ tribuit Ariſtote. ſuum proprium nomen: vt ens naturale ſolum dicatur illud quod in ſe habet naturam, puta ſubſtantia per ſe ſubſiſtens: cuius p̄ncipia.ſ. materia ⁊ forma, non dicūtur proprie entia naturalia, ſed nature ⁊ principia rei naturalis: accidentia vero proprie dicuntur entia ſm naturam.i. conſequentia rerum naturas.

Natura.

Duplex forma.

Ens naturale.

### ¶ His præhabitis ad quæſtionē

reſpondetur vna cōcluſione. Cui ad maiorē expſſionē adhibentur tres alie. ¶ Prima cōcluſio. Diffinitio nature eſt optima. Cōcluſio probatur: cū authoritate Ariſto. tum etiam ſi particule ſingule, vt ſuper tex.3. expoſite ſunt, adnotentur. Sunt enim particule quatuor. Prima loco generis, p̄ncipiū ⁊ cauſa. Eſt enim tam materia ꝗ forma p̄ncipium.i. primū vnde incipit motus (principium em dicit ordinē) eſt etiā vtraꝗ cauſa in ſuo gn̄e: addit nāꝗ, cauſa, ſupra, principiū, concurſum. Punctū enim principiū eſt linee, ⁊ inſtans principium tēporis: ⁊ tn̄ proprie non eſt cauſa. Et ideo non opus eſt ly, et, preter intentionem Ariſt. mutare in, vel, vt quidā volunt: dicētes, ꝙ cauſa accipitur pro forma, ⁊ principium pro materia: aut ecōuerſo. Tametſi hoc verum ſit, ꝙ forma perfectiori modo eſt cauſa ꝗ materia. ¶ Secunda particula eſt, motus ⁊ quietis. Ubi nec coniūtio copulatiua mutanda eſt in diſiunctiuam. Siquidē Ariſto. conſulto poſuit copulatiuā, vt inſinuaret ꝙ natura ſaltem generabiliū, eo eſt principium motus, qꝛ tendit ad quietē. De celo vero quid dicendum ſit, patebit in reſponſione ad confirmationem ſecundi argumēti. ¶ Tertia particula eſt, primum, ad excludendum formas accidētales: puta grauitatē, ⁊ leuitatē elementorū, ⁊ calorem naturalē animaliū: que nō ſunt nature: licet ſint principiū inſtrumētale motꝰ: ſed ſola forma ſubſtantialis. ¶ Quarta eſt, per ſe ⁊ non ſm accidēs, aliqui dicunt ad excludendum caſum ⁊ fortunā. Ut foſſio terre, qua intenditur plantatio vinee, eſt cauſa inuentionis theſauri de per accidēs.i. preter intentionem agentis. Sed tamen nō opꝰ eſt ad fortunam diuertere. poſtquā Ariſtot. ſeſe in hac particula exponit. Ponitur enim ad excludendum artē medici, qui ſeipſum ſanat: que lꝫ ſit principium ſanationis eius in quo eſt, eſt tamen eius in quo eſt per accidens. Etenim ly, per ſe, determinat illud verbum, in quo eſt, et ſicut album non fit per ſe ex dulci, ſed ex nigro: ita ſanum non fit per ſe ex medico, ſed ex infirmo, cui accidit vt ſit medicus. ¶ Philoponus ait hanc non eſſe iuſtam diffinitionem nature: propterea ꝙ non explicat quid ſit natura, ſed que ſit actio ⁊ effectus nature. Et ideo eſt (inquit) deſcriptio ab effectu. Quāobrem ait ꝙ natura eſt quedam vita ſeu vis formatrix ⁊ gubernatrix corporū. At tamen S. Thom. merito reprehendit huiuſmodi correctionem diffinitionis Ariſtot. etenim nomen, natura, ex ſua propria ſignificatione dicit ꝙ ſit principium motus: nam dicit reſpectum ad naſcituram ſeu natiuitatem. Et ideo per talem reſpectum debet diffiniri: ⁊ non per aliquod abſolutū vt iſti volunt. Non ꝙ natura ſit relatiuum ſm eſſe.i. de predicamento relationis: ſed ſolum ſecūdū dici: nempe quod debet diffiniri in ordine ad actum: ſicut, potentia. ¶ Sequitur ex hac concluſione, ꝙ forma non dicitur natura eo ꝙ ſit principium generandi ſibi ſimile in exteram materiam, vt forma ignis nō dicitur natura eius ab eo ꝙ aquā calefacere poteſt, ⁊ inde gn̄are ignē: ſed materia aque eſt natura: quia eſt principium naturale paſſiuum ad recipiēdū talem motum. Neꝗ forma animalis dicitur natura ab eo ꝙ filiū generet: ſed ab eo ꝙ eſt principiū intrinſecū quo animal nutritur, augetur, et mouetur localiter. Forma vero ignis eſt natura: qꝛ eſt principiū eius motus ſurſum: ⁊ forma aque, quia eſt principium eius motus deorſum. ¶ Sequitur ſecundo, ꝙ ens naturale non accipitur in propoſito particulariter, vt diſtinguitur contra, ſupranaturale, aut contra, violentum, aut contra, voluntarium, aut contra, artificiale: ſed generaliter cōtra omne illud quod non habet in ſe principium ſui motus, vt ſunt artificialia ⁊ alia, de quibus queſtione ſequēti ſermo habendus eſt. Quare Adam, licet ſupranaturaliter fuit creatus, erat tamē ens naturale. ¶ Secunda concluſio. Tam materia ꝗ forma eſt natura. Hanc probat Ariſtote. cap.1. quia vtraꝗ eſt principium motus ⁊ quietis: materia quidem paſſiuū: forma vero, actiuum. Forma tamen eſt magis natura ꝗ principiū. Quod Ariſto. probauit tribus rationibꝰ: quas in commentis latius explicuimus.ſ. Et quia eſt id a quo potiſſimū res denominatur naturalis: ſicut forma artis eſt id a quo res diciť artificialis. Ut .n. lignū non dř mercuriꝰ quoadusꝗ habeat formā mercurij, ita nec ſemē dř actu equus, quoadusꝗ actu habeat formā equi. Item qꝛ lignū defoſſum ſub terra et putridū iterum germinat ſibi ſimile ſm formā: qđ eſt producere ſibi ſimile in natura. Et tertio: qꝛ forma eſt t?mus motus qui diciť naſcitura

1. Conclu.

Philoponus.

Ens naturale.

2. Conclu.

tura ⁊ natiuitas: ⁊ per ꝯñs forma eſt magis natura. ¶ Quod ſi percontėris vtrum natura vniuoce dicatur de materia ⁊ forma. Cōmen. hic commen. 1. ⁊ Albertus magnus negatiuā partem ſentiunt. Attamen, ſalua eorum authoritate, non video cur nō dicatur vniuoce. Primo: quia hoc nomen. pars eſſentialis, vniuoce dicitur de materia ⁊ forma: licet enim materia aliter ſit pars q̄ forma, pars tamen ſignificat vnam rationem cōmunem vtriuſq; abſtrahendo ab hoc vel illo modo partis. Et ideo vtraq; ponit̃ reductiue in predicamento ſubſtantie. ¶ Et confir. Natura idem eſt quod principium: ſed principium vniuoce dicitur de illis: eſt enim principiū vt genus ad materiā ⁊ formā: ergo. ¶ Et tertio confirmatur quia Ariſt. aſſerit formā eſſe magis naturam q̄ materiam: cōparatio autem nō fit: niſi inter ea que cōueniunt aliqua ratione cōmuni: ergo natura dicitur vniuoce de illis. Cum hoc tñ ſtat ꝙ alia ſit ratio ſpecifica ꝓncipij ⁊ nature in materia, ⁊ alia in forma. Eſt enim materia natura, q2 eſt principium paſſiuum ⁊ potentia: vnde incipit motus naturalis: ⁊ forma, quia eſt terminus ⁊ actus ad quē terminatur. Et hoc eſt forte ꝙ phi citati intelligūt equiuocationis nomine. ¶ Tertia cōcluſio.

3. Concluſ.

Omnia ⁊ ſola viuentia ſunt ⁊ dicūtur entia naturalia ratione principij actiui. ſ. ratione forme ſubſtantialis. Cōcluſio hec. 7. huius latius patebit: vbi principium illud tractabitur, ꝙ omne qđ mouetur ab alio mouetur. Sed probat̃ interim vtcūq;. In omnibus ⁊ ſolis viuentibꝰ forma eſt per ſe principiū actiuū motus eius in quo eſt: ergo. Probatur prima pars antecedentis. Viuere vt habet̃. 2. de anima text. 13. conſiſtit in hoc ꝙ res a ſua propria forma mouetur, aut motu augmentationis, aut alterationis, vt patet in plantis: aut ꝓterea motu ſenſitiuo, vt patet in animalibꝰ: aut vltra hoc motu locali, vt patet in animalibꝰ perfectis: aut deniq; ſupra hec oīa ſm intellectum, vt in homine eſt videre: ergo omnia viuentia habent in ſe principium per ſe actiuū intrinſecū ſui motus. Secūda vero pars. ſ. ꝙ ſolis viuentibus hoc cōpetat probatur. Forma aque aut ignis, vt paulo ante dicebamus non dicitur natura propterea ꝙ in extrinſecā materiā producit ſibi ſimile: ſed propterea, ꝙ ſit principium motus ſui proprij ſubiecti: ſed forma ignis non poteſt motum efficere in ipſomet igne in quo eſt. Cuiꝰ ratio eſt: q2 oē mouēs producit ſibi ſimile in ſubiecto vbi eſt eius priuatio. Cū ergo in igne nulla ſit pars que careat, aut ſummo calore, aut forma ignis, nō poteſt forma ignis eſſe principiū motus eius in quo eſt. Et eadē ratione neq; aqua exiſtens in ſua naturali diſpoſitione ſe mouet. Neq; aurum, aut ferrū atq; alia mixta homogenea ſm primas qualitates. i. que vniformiter per totum habent primas qualitates. Quod addiderim: q2 ſi ferrū eſt difformiter calidum, poteſt pars magis calida calefacere aliam minus calidā: aut pars frigidior, calidiorem frigefacere. Sicut in viuentibꝰ contingit: cor enim mouet alias partes: et pars morbida corrumpit ſanā: aut viceuerſa, que ſana eſt, reſtaurat infirmam. Et hoc eſt quod. 8. huius ait Ariſt. in eo qđ ab intrinſeco mouet̃ neceſſarium eſt ſignare per ſe mouētem diſtinctam a parte per ſe mota. ¶ Itaq; in ſumma differentia attētē obſeruāda inter viuētia ⁊ nō viuentia, hec

Drīa viuētium.

eſt, ꝙ perfectio et ſtatus viuentiū cōſiſtit in moueri: ſane que quādiu mouētur viuūt: ⁊ ceſſante motu, ceſſat vita: ſtatus vero ⁊ perfectio non viuentium cōſiſtit in quiete: obidq; non mouētur, niſi qñ ſunt extra locū ⁊ perfectionē naturalem. Ideoq; forme viuētium proprium eſt, eſſe principium actiuū intrinſecū motuum, per qđ viuens ipſum ſe mouet, nutritiōe: augmētatione, aut localiter. Atq; adeo propriū eſt viuēti ſignare per ſe men a ſe deciſſum, cui imprimit virtutem actiuā. Forma vero nō viuētiū, non mouet ſubm̄ in quo eſt, ſed aliud extrinſecū: vt ignis non ſe, ſed ſtuppam calefacit: nec mouet ſe localiter ſurſum, q2 motus ille attribuit̃ generāti, vt in ſolutione ad 4. patebit. Quare male quidā aſſignant hanc ſolā drīam inter viuētia ⁊ nō viuētia: ꝙ nō viuētia ſolū mouent̃ ad vnā drīam poſitionis mutādo locū: viuētia vero ad omnē. Etenim licet plāta ſolū augeret̃ ſurſum verſus ⁊ non verſus radices, aut in latum eſſet ille motus proprius viuētis, ⁊ ecōuerſo licet per impoſſibile daret̃ mixtum participans vtrāq; naturā aſcēdendi vt ignis, ⁊ deſcendi, vt lapis, eſſent illi motus nō viuētium. De hac autē natura viuētiū. 1. de aīa latius. ¶ Quarta cōcluſio, ſequitur ex tertia.

4. Cōcluſ.

Subſtantie non viuentes dicunt̃ entia naturalia ſolū rōne nature ⁊ ꝓncipij paſſiui intrinſeci: principiū vero actiuū habent ab extrinſeco. Vt aqua eſt ens naturale, q2 habet principiū paſſiuum ſui motus: puta formā rōne cuius mouet̃ deorſum: ⁊ materiā: rōne cuiꝰ recipit calorē ab igne. Et pariter lignū ⁊ res alie vniuerſe. ¶ Ex quo ſequitur. 1. ꝙ calefactio paſſio aque ⁊ ignatio ignis ex illa, non dr̃ naturalis a natura ignis. ſ. a forma q̄ eſt principium actiuū: ſed a natura aque, puta a materia q̄ habet naturalē inclinationē ad recipiēdum illū motū. Dixerim calefactio paſſio. i. quatenꝰ eſt motus aque: nā ſi cōſideretur, vt actio ⁊ motio qua ignis mouet, dr̃ etiā naturalis igni. i. ſm naturam ignis: quia eſt actio q̄ cōſequitur eius naturam. Et ad hunc modū loquendum eſt in omnibus non viuentibus. ¶ Sequitur ſcđo ꝙ nullū ens poteſt dici naturale a principio actiuo intrinſeco ſue generatōis: q2 implicat cōtradictionē quidpiam a ſeipſo, vel ab aliqua ſui parte produci. ¶ Sequitur tertio, ꝙ motus progreſſiuus animalis nō eſt mixtus, aut preter naturam (vt quidā ſentiunt) ſed eſt ſimpliciter naturalis. Sunt enim qui animalia dūtaxat conſiderantes inquantū ſunt grauia, dicunt ꝙ eleuatio pedis ad ambulandū eſt violenta: impreſſio vero eius in terra eſt naturalis. Et ideo talis motus eſt mixtus. At vero motus iſte nō debet attēdi penes naturā vniuerſalem grauis, ſed penes particularem animalis. Etenim neq; alia grauia, puta lignū aut lapis deſcēdūt inquantū ſunt talis ſpeciei: ſed ſm vniuerſalē naturā grauitatis. Itaq; forma ligni nō eſt principiū deſcēſus inquantū dat eſſe lignū, ſed inquantū facit eſſe corpus cui predominatur natura terre, aut aque. Et pariter anima rationalis, licet ſit indiuiſibilis, tamen inquantū dat homini eſſe corporeum cui predominatur natura terre, eſt principium deſcenſus. Attamen forma quecunq; animalis perfecti, eſt ꝓncipiū naturale motus progreſſiuus. Qui proinde motus ſimpliciter eſt naturalis animalibus: queadmodum ⁊ nutritio et augmentum. Vt enim habere pedes, eſt propria paſſio



paſſio aliquorū animaliū, ita ⁊ motus ad quē pedes ordinantur, eſt naturalis. Sicut et ſerpentibus reptare eſt motꝰ naturalis. ¶ Sequitur deniq; q̄rto ꝙ cuicūq; rei naturali corporee cōpetit motus aliquis proprius, cuius principium ſit materia ⁊ ille vel alius cuius principium ſit forma: alias, ſi aut materia, aut forma non eſſet principium alicuius motus, in quo eſt, nō eſſet natura: ⁊ per conſequens nec talis res eſſet ens naturale. ¶ Unde palam fit, cur idem ſit ens naturale, ⁊ ens mobile. Nempe, quia ens naturale idē eſt qđ habēs naturam: ⁊ natura idem eſt, quod principium motus eius in quo eſt. Concluſiones iſte ⁊ perſpicatiores fient, ⁊ exactiꝰ limabuntur ſolutionibus argumentorum.

Ens naturale ⁊ mobile.

Deus ⁊ intelligētie.

¶ Igitur ad primum principale argumentum reſpondet̃, ꝙ deus et intelligentie nec ſunt entia naturalia: neq; habēt in ſe naturā vt loquit̃ hic Ariſt. Deū em̄ manifeſtiſſimū eſt nō habere ꝓncipiū ſui motꝰ: cū ſit ſummꝰ actꝰ nihil habēs de potētia ad aliquē motū. Et angeli, cum incorporei ſint, motu corporeo moueri non poſſunt. Nec ſubinde in motu locali a loco depēdēt: ſed poſſunt mutari de loco ad locum diſtantē ſine hoc qđ pertrāſeant per mediū. vt. 2. ſen. eſt videre de quo nihil ad preſens. Motus autem intētionales ſm intellectū ⁊ voluntatē non ſufficiūt apud Ariſt. vt angeli dicant̃ entia naturalia. Deꝰ ergo ⁊ relique ſubſtantie ſpirituales habēt dūtaxat naturā in tertia acceptione ſupra poſita. ſ. eſſentiā. Deꝰ q̄dē infinitā: angelꝰ vero, ſpecificam.

¶ De ſecūdo principali argumēto fuerunt apud veteres diuerſe ſententie quas, prima parte queſtione. 70. articulo. 3. refert S. Tho. quidam enim predeceſſores Ariſtotelis putantes celum actiue moueri a ſua propria forma, opinati ſunt celum eſſe animal. Et conſequēter dicebant motum celi eſſe naturalem a principio intrinſeco actiuo. Et reuera bene ſyllogizabantur. Proprium enim animalium eſt, vt paulo ſuperius dicebamus, a ſeipſis moueri. Et ideo profecto qui diceret celum moueri a propria forma, ſubſequenter tenetur concedere illud viuere: quod eſt abſurdum. Quapropter Ariſtot. recte iudicans celos non eſſe animalia, perſcrutatus eſt non moueri ab intrinſeco: ſed ab intelligentijs: que ſingulis orbibus ſunt ſingule accōmodate. At vero Commentator in de ſubſtantia orbis, ⁊. 12. metaph. commen. 41. ⁊ in lib. de celo: quem Paulus hic Venetus ⁊ alij imitantur: neſcio quam vnionem fingit intelligentie cum celo, vt ſit velut eius anima. Obidq; celū aſſerit eſſe vt animal ⁊ quodam modo moueri ab intrinſeco. ¶ At vero falſum eſt hoc et abſq; vlla probabilitate. Quod vel fides noſtra ſatis nos docet. Intelligentia enim nullo modo vnitur orbi: ſed aſſiſtit illi, vt motor eius extrinſecus: vt lib. de celo latius patebit. Unde non opus eſt diſtinguere, vt iuniores diſtingunt, ꝙ celum ſi accipiatur vt includat intelligentiam, mouetur ab intrinſeco: ſi vero vt diſtinguitur ab intelligentia, mouetur ab extrinſeco. Enimuero celum nullo modo accipitur vt includat intelligentiam: et ideo ſimpliciter dicendum eſt ꝙ celum mouetur ab extrinſeco.

Celū non eſt aīal.

¶ Sed hinc emergit dubium maius, ꝙ tunc ſequeret̃ motū celi non eſſe naturalē. De hoc fuit opinio Auicene. 9. meta. per oppoſitū extremū. ſ. ꝙ motꝰ celi ſimplr̄ nō eſt naturalis: q2 nec a forma ꝓpria actiue mouet̃: nec habet in ſe ꝓncipiū paſſiuū qđ ſit naturalis inclinatio ad motū. Ait verūtñ ꝙ neq; eſt motꝰ violētꝰ: ſ3 ꝓter naturā. Qđ eſt dicere. Neq; celū habet naturalē inclinationē ad illū motū, neq; naturalem repugnātiā. ¶ Rōnes Auicene ſunt tres. Prima. Nullꝰ eſt motꝰ naturalis rei, niſi ille quo mouet̃ a diſpōne ⁊ ſtatu nō naturali ad naturalē diſpōnē: ſ3 motus celi nō eſt quo mouet̃ a diſpōne ⁊ ſtatu nō naturali ad naturalē: ergo nō eſt naturalis. Maiorē oſtēdit exēplo grauis, qđ nō mouet̃ deſcēſu naturali, niſi a loco in q̄ ſurſum violēter detinet̃ ad cētrū, vbi q̄eſcit: ⁊ aqua nō mouet̃ naturalr̄, niſi qñ eſt calida extra ſuā naturalē diſpōnē, vt ſe reducat ad naturalē diſpōnē. Minor vero eſt manifeſta: q2 celū nunq̄ eſſe pōt extra ſuā naturalem diſpoſitionē: atq; adeo motus eius nō eſt ad acq̄rēdā naturalē diſpōnē: ⁊ per ꝯñs non eſt naturalis. ¶ Scđa rō. Si motꝰ celi eſt naturalis, ſequit̃ ꝙ cū ſol. v.g. mouet̃ ab oriēte ī occidēs, naturalr̄ recedit ab oriēte: ⁊ eadē rōne qñ poſtea in nocte ſubtus terrā reuertit̃ ab occidēte in oriēs, naturalr̄ etiā mouet̃ ad idē pūctū oriētis. Ergo ſequit̃ ꝙ duo motꝰ ꝯtrarij naturalr̄ cōueniūt eidē corpori: qđ eſt repugnātia. ¶ Tertia rō eſt. Si motus. v.g. primi mobilis ab oriente in occidēs eſſet naturalis, ſequeretur ꝙ ſi viceuerſa moueretur ab occidente in oriens motu planetarū ille eſſet motus cōtra naturā. Et eadē ratione ſi intelligētia vellet celū ſiſtere ⁊ tenere ne moueretur, pateretur difficultatē: ſicuti qui vellet vtrem aere plenū ſub aqua retinere, cum aer ſurſum nititur: ꝯñs tamē eſt falſum: q2 ſi intelligētia vellet primū mobile mouere motu cōtrario, aut illud immotū retinere, indifferens eſſet celo. Sententie Auicene ſubſcribit Scotus. 2. ſent. d. 2. in fine q̄ōnis. 6. ⁊ ponit exēplū. Sicut ſupficies (inquit) nec habet naturalē potētiā, nec repugnātiā ad albedinē, vel nigredinē: ſed neutrā. i. indifferētem ad hanc vel illam. Et eadē ratione queſtione. 1. proponit potentiā neutrā mediā, inter naturalē ⁊ violentā. ¶ Cōtra hanc tamē opinionē arguitur primo: ꝙ nulla eſt proprie potētia neutra reſpectu alicuius qualitatis, vel motus. Et primo de potentia actiua manifeſtum eſt: neq; contrarium dicerent Auicena aut Scotus. Nam ſi eſt potētia ad producendum per ſe aliquid, erit potentia naturalis: ꝙ ſi nō poterit producere, nulla erit potētia: ſi vero poterit ꝓducere, non tñ ſine auxilio ſupranaturali, nō diceretur potentia neutra, ſed mixta potius ex naturali ⁊ ſupranaturali. vt ait S. Thom. intellectum creatum producere non poſſe viſionem dei, niſi ſupranaturaliter fuerit adiutus lumine glorie: qđ non diſputationis: ſed dumtaxat exempli gratia dictum ſit. ¶ Qđ vero nulla ſit potētia paſſiua reſpectu alicuius qualitatis, vel motus, probat̃ ex proportione potentie actiue. Etenim ſi non datur in rerum natura potentia neutra ad agendū, certe neq; erit ad patiendum. ¶ Sed arguitur ſecundo. Aut nomine potentie neutrius intelligit potentiam que de ſe determinatur ad genus, ſed eſt indifferens ad ſpecies (ſicut patet in ſuo exemplo

Auicena.

Nō eſt potētia neutra.

exemplo

exemplo ꝙ ſuperficies eſt indifferens ad albedinē, vel nigredinē) ⁊ hic eſt abuſus nominis, nā certe ſuperficies oīs corporis mixti (qđ dixerim ad excludendū ſuperficiē elemēti ⁊ celi) potētia eſt naturalis ad recipiendū colorē: licet ad hanc vel illam ſpeciem nō determinet de ſe: ſed ab agēte. Quod ſi hanc appelles potentiā neutrā, certe eadē ratione potentia materie ad formā erit neutra: q̄r ſolum eſt potentia ad formā in genere: ad hanc vero vel illā non determinat de ſe, ſed ab agente. ¶Et confir. ꝙ potentia ſubiecti ad albedinem vel nigredinem ſit naturalis: quia illa accidentia educunt de potētia ſubiecti: nō enim poſſunt ab agente naturali produci: niſi dependenter a ſubiecto: ſicut forma ſubſtātialis educit de potētia materie. Aut nomine potētie que eſt neutra intelligit merā negationem. Et hec nullo modo dicit potētia. Aut intelligit aliquid poſitiuū. Et tunc ꝓfecto, videt repugnātia dicere, ꝙ ſit potentia, ⁊ ſit neutra. Nam potentia .9. meta. text. 13. diffinitur per illud ad qđ eſt in potentia. Si ergo eſt potentia, eſt ſaltē inclinatio, aut reſiſtentia reſpectu actus: ſi autē ſit neutra, nulla eſt inclinatio, nec reſiſtentia. Obidq̄ꝫ dicere ꝙ eſt potētia, ⁊ eſt neutra, videt inuoluere ꝯtradictionem. Sed neutra potentia idem eſt quod nulla potentia.

Celū naturaliter mouetur.

¶At quicquid ſit de potentia neutra in alijs, ꝙ tamē celum non habeat potentiā naturalē ad ſuū motum circularē, revera videt aſſertio indigna homini philoſopho. Et his quidē qui lumine fidei creationem mundi mouerunt, ſatis deberet eſſe hoc argumentum. Deus qui omnia diſponit ſuauiter rebus omnibus ſub celo indidit naturam ad ſuos proprios motus: igni, vt naturaliter calefaceret: terre ⁊ arboribus, vt naturaliter germinarēt: animalibus, vt naturaliter prolē facerent: ac deniq̄ꝫ materiam primam creauit, que naturalem ad oēs formas haberet potentiam, at tanq̄ꝫ vniuerſalē omnium horū cauſam creauit orbes celeſtes, qui ſuis motibus omnia hec inferiora procreaſſent: ergo a fortiori munus hoc celi ſuapte natura faciunt: ⁊ per conſequēs motus, vnde hec omnia pendent eſt illis naturalis. Mirabile eſt formicam naturaliter moueri: non autem celū. ¶Secundo arguitur. Celū, perinde ac res vniuerſe naturales, aliquam habet inclinationem naturalē: ſed nullā potius poteſt habere q̄ꝫ moueri, quippe cū hoc perpetuo illi cōueniat: ergo motus eius eſt naturalis. ¶Et confir. Aut materia ⁊ forma celi ſunt naturalia principia illius motus, aut non. Si ſic, ergo motus eſt naturalis: ſi non, ergo neutra earū eſt natura: q̄r cum nullo alio motu poſſit moueri celū, neutra eſſet principium motus eius in quo eſt. ¶Et tertio arguitur. Celū habet naturaliter figurā rotundam aptiſſimā ad circularē motū: eſt etiam ſubſtātia incorruptibilis, ad motū perpetuum accōmodata: ergo ⁊ motus ipſe eſt naturalis: ſi enim media ordinata ad finē ſunt naturalia celo: finis etiam ipſe naturalis vtiq̄ꝫ eſt. Veluti ſi homini naturale eſt habere oculos ⁊ pedes, naturale eſt illi videre ⁊ ambulare. ¶Et quarto arguitur. Idem eſt aliquid cuipiam per ſe cōpetere, ⁊ naturaliter cōpetere: nam per ſe cōuenit alicui quod a natura conuenit: ſed moueri circulariter per ſe conuenit celo, ſicut graui deſcendere, ⁊ leui aſcendere (q̄r non cōuenit illi per accidens) ergo conuenit naturaliter. ¶Et confirmat. Motus celi eſt menſura ⁊ cauſa prima omnium motuum inferiorū: ſed motus omnium inferiorum per ſe cōueniunt ſuis ſubſtantijs: ergo a fortiori motus celi per ſe conuenit celo: nam menſura in vnoquoq̄ꝫ genere debet eſſe regulariſſima: quod non eſſet ſi eſſet res per accidens.

Concluſio ad .2. prin.

¶Eſt ergo concluſio qua ad ſecundum principale reſpondetur. Motus celi eſt ei naturalis: non quidē ratione principij intrinſeci actiui, q̄r forma celi nō eſt actiua ſui mot⁹. ſꝫ rōne p̄ncipij paſſiui, q̄r .ſ. potentiā habet ⁊ aptitudinē naturalē ad illū motū. Cōcluſio eſt S. Tho. 1. p. q. 70. art. 3. ad q̄rtū. Quin etiā eſt expſſa Ariſt. 12. meta. tex. 10. vbi ait ꝙ celū materiā habet: non in potētia ad aliā formā, ſꝫ ad motū localē. Ubi ſimul aſſerit, ⁊ ꝙ eſt cōpoſitū ex materia et forma, ꝯ Cōmentatorē dicētem eſſe corpus ſimplex, ⁊ ꝙ motus eius eſt naturalis. Et .1. celi. tex. 13. ⁊ .14. ex ꝓfeſſo probat ꝙ motus circularis eſt naturalis celo, ſicuti mot⁹ ſurſum eſt naturalis aeri ⁊ igni: ⁊ mot⁹ deorſum, aque ⁊ terre. vbi hec oīa apertiora patebunt. ¶Eſt verūtamē animaduertendum ꝙ cum dicimus in celo eſſe principium naturale ſui motus, non id ſolum intelligimus eſſe materiā, ſed principalius formā: nam alias cū nullus alius motus cōueniat celo, ſi forma non eſſet p̄ncipiū illius, tunc non eſſet natura: ſed intelligendū eſt, vt eſt intentio Ariſto. 1. celi ꝙ ſicut graui ⁊ leui cōuenit motus naturaliter deorſum, aut ſurſum ratione ſuarū formarū: ita ⁊ celo ratione ſue forme cōuenit ille motus circularis: cum ratione etiam forme conueniat figura illa circularis.

Dubium.

¶Dubiolū tñ reſtat ex dictis, vtrū motio celi inquātū eſt actio ꝓcedēs ab intelligentia, ſit naturalis veluti dictū eſt in quarta cōcluſione: calefactionē, q̄ ignis calefacit, eſſe illi naturalē. Et vr ꝙ illa motio nō ſit, niſi volūtaria: nam angeli libere vident mouere ītelligētias. Et inde ſequit ꝙ nullum eſſet miraculū, ſi intelligētia vellet ceſſare a motu: atq̄ꝫ adeo ſi celū quieſceret. ¶Rñdetur ꝙ licet intelligētie ſm fidē per volūtatē moueāt: q̄r tñ eſt lex naturalis celoꝝ, vt perpetuo moueant, ille intelligētie mouent acſi eſſent mere cauſe naturales. Et ideo ſi mot⁹ celi ceſſaſſet (vt ceſſabit in die iudicij) eſſet ſupernaturale. Queādmodū deus volūtarie cōcurrit cū cauſis ſcđis cōcurſu gñali: nihilominus q̄r agit lege naturali, cēſetur agere per modū nature. Et ideo cū ceſſat cōcurrere cū cauſis ſecūdis (queādmodū Danielis .3. nō cōcurrit cū igne ad cōburendū pueros) eſt vere miraculū.

Ad argumēta Auicene.

¶Unde ad primū argumentū. Auicene negat illa ſua maior ſyllogiſmi. Nō .n. eſt neceſſariū motū naturalē eſſe a diſpōne ⁊ ſtatu nō naturali ad naturalē: ſed hoc ſolū eſt verū in motibus naturaliū generabiliū ⁊ corruptibilium: quorū finis eſt quies: vt in graui ⁊ leui. In mixtis vero motus corruptionis qui eſt a diſpoſitione naturali ad non naturalem eſt etiā ex parte materie naturalis: vt motus quo putreſcit lignum et quo corrumpitur animal. Celum vero, quod nō ordinatur ad quietem in aliquo loco, neq̄ꝫ eſt corruptibile, habet motum naturalem inuariabilem ⁊ vniformem. Enimuero, vt perfectio naturalis viuentis (vt paulo ante dicebamus) conſiſtit in hoc quod eſt mouere ſe: ita perfectio naturalis





turalis celi eſt perpetuo moueri ab intelligētia. ¶Ad ſcđm rñdet ꝙ natura celi nec eſt recedere a puncto oriētis, nec accedere ad illud: ſed eſt perpetuo moueri et tranſire per quodlibet punctū celi. Quare receſſus a puncto oriētis ⁊ acceſſus ad illud non ſunt motus contrarij: ſed ſunt partes vnius motus naturalis. ¶Ad tertiū argm̄ rñdent nōnulli cōcedētes, ꝙ celū eſt indifferēs ad motū ab oriente in occidentē, vt mō mouet, aut viceuerſa ſi ab intelligentia moueret mō retrogrado. Ego tamē profecto id non cōcedo: ſed credo naturā celi eſſe, moueri vt mō mouet. Nec virtus intelligētie, nec ſimul omniū, poſſet mouere ipſum e cōuerſo, niſi ſolū de potētia dei abſoluta. Et hoc euidētius confirmat motū celi quē modo habet eſſe illi naturalē. Motus aut ꝓprij ⁊ naturales planetarū ſunt de occidēte ad oriētē, vt eſt ex libris de celo intelligere. Sed cū hoc eſt etiā illis naturale vt a primo mobili rapiant ab oriente in occidētem motu diurno. Sed de hoc alias. ¶Ad aliud ſi intelligentia vellet ſiſtere ⁊ tenere celū, rñdetur, ꝙ nulla eſſet fatigatio: ſed per hoc ꝙ ipſa non moueret, ceſſaret motus: quia in celo nulla eſt virtus actiua motus: ſicut eſt in vtre inflato ſub aqua ad motum ſurſum.

An celum habeat p̄ncipiū quietis.

¶Circa materiā cōfirmationis eſt etiā opinio Cōmentatoris .12. meta. text. 41. et de ſubſtātia orbis cap. 2. tenētis ꝙ celū habet p̄ncipiū quietis. Itaq̄ꝫ quātū eſt ex ſe eſt indifferēs ad motum ⁊ quietē. Et in hoc ſenſu citat Ariſt. 9. meta. tex. 17. vbi ait: nō eſſe timendū vt celū quieſcat. Ac ſi dixiſſet (vt ait Cōmentator) ꝙ licet habeat potentiā paſſiuā ad quietē, intelligentia vero tñ nunq̄ꝫ ceſſabit mouere. Et alij, qui in verba Cōmentatoris iurarūt, dicūt ꝙ licet celū ſcđm totū motū nō q̄eſcat, tñ quieſcit quodāmō hodie a motu heſterno qui preterijt: ⁊ cras ceſſabit a motu hodierno. ¶At vero nec opinio Commentatoris, nec iſtorū diſcipulorū eius eſt rei phyſice cōſentanea. Arguitur .n. ſic. Natura non eſt principium quietis, niſi q̄ñ motus ad quem inclinat ordinat ad quietē, vt patet in grauib⁹ ⁊ leuib⁹: ſed motus celi ad nullā prorſus ordinat quietem: ergo natura celi nō eſt principiū quietis. Minor latiſſime probat ab Ariſto. 1. de celo vbi ait: motum celi eſſe perpetuū, vt gñationes horū inferiorum ꝑpetuo durent. Uñ .2. celi. tex. 2. acute ait motum celi ſuſcipere quietē horum inferioꝝ. Qđ eſt dicere, ceſſatione ⁊ corruptione horū inferiorū (hanc enim appellat quietē) vti tanq̄ꝫ via ad nouas generationes. Obidq̄ꝫ nō ſolū nō ordinat ad quietē ꝓpriā, verū neq̄ꝫ ad aliquā quietē horū inferiorū. Sed habet pro fine, perpetuo motu cōſeruare ſemp ſpecies reꝝ que de ſe ſunt corruptibiles. ¶Et ſcđo arguit q̄r figura celi rotūda nō eſt ſua pte natura facta ad quietē, ſed ad motū: ergo nec vlla eſt inclinatio celi ad quietem. ¶Et tertio arguit, q̄r ſi eſſet in celo inclinatio ad quietē, ſequeret ꝙ quies eſſet finis motus: ⁊ per ꝯñs eſſet aliqua difficultas ex parte celi vt moueretur: quod eſt cōtra Ariſt. 9. meta. text. 17. vbi ait ꝙ nulla eſt fatigatio, nec reſiſtētia in motu celi. ¶Et poſtremo arguitur: quia in die iudicij, cum motus celi ceſſabit, erit profecto miraculū: non ſolū ex parte intelligentie ceſſantis, ſed ſupra naturā celi: ⁊ tñ ſi in celo eſſet principiū quietis, tam naturale eſſet illi quieſcere, q̄ꝫ moueri. Et authoritas Ariſt. quā citat .9. metap. potius eſt contra eum: ſentit enim Ph. non eſſe timendum ꝙ celum quieſcat: non ſolū: q̄r intelligētia non ceſſabit, ſed q̄r repugnat nature celi. Accedit huc demum ſententia Themiſt. tenētis in celo nullū eſſe principiū q̄etis. Et S. Tho. q. 5. de potē. ar. 5. hāc eandē dr̄iam cōſtituit inter celū ⁊ elementa. ¶Alia opinio recitata ridicula eſt profecto: nam celum nullo mō quieſcit a motu heſterno: ſed mere negatiue ſe habet reſpectu illius: q̄r eſt tranſactus. ¶Alij dicunt ꝙ celū quieſcit ſm pūcta polorū ſuper quibus vertitur. Aut ſm alios (qđ itidē eſt) quieſcit in loco totali in quo mouet: q̄r nō mutat locū ſm ſe totum. ¶Sed profecto arbitror, ꝙ in celo nulla eſt quies, nec quietis principiū. Et ideo poti⁹ dicendū eſt, ꝙ q̄ñ Ariſt. dixit copulatiue naturā eſſe principiū motus ⁊ quietis, intellexit, ꝙ vbiq̄ꝫ eſt aliqua natura que ſit principiū motus ei⁹ in quo eſt; ſed vbi motus ordinatur ad quietē, principiū motus eſt etiā principiū quietis: vbi vero motus eſt naturalis ſtatus ⁊ perfectio rei, nō eſt neceſſarium ꝙ ſit principium quietis. ¶De natura autē terre palam eſt quō ſit principium mot⁹. Primo quia ſm partes eſt principium motus localis: quecūq̄ꝫ enim pars terre ſurſum eleuetur, ſuapte natura cadit: ⁊ q̄r appetitus partium appetitus eſt totius, ſequitur terram habere principium motus. Et preterea materia terre eſt p̄ncipiū motus alterationis ⁊ corruptionis ipſius.

¶Ad tertium principale conceditur elementū qđcūq̄ꝫ habere in ſe naturā: non quidē propter principiū actiuū ſui motus, vt .3. et 4. cōcluſionibus expoſitū eſt. Forma enim ignis non pōt ipſummet ignē in quo eſt, aut alterare, aut augere: alias em̄ eſſet viuens. De motu autē locali, q̄ꝫ primū videbit. Et hac de cauſa Alber. ponebat inchoationes formarū: ⁊ alij alias poſſibilitates, vt lib. 1. q. 7. viſum eſt. Nempe vt aſtruerent calefactionē aque: ⁊ generationem ignis ex ea, eſſe naturalē ex parte paſſi. Nam cum forma aque nihil iuuet ad talem motum, ſi non poneretur illic aliquid cōferens vim ⁊ qđ adiuuet agēs, putabant eiuſmodi motus eſſe violentos. ¶Has tñ opiniones abunde illic expugnauim⁹. Quocirca ſm Ariſto. dicendū eſt, vt tales motus ſint naturales, ſatis eſſe, ꝙ materia ignis ⁊ aque ligni ⁊c. eſt principium paſſiuum ſui motus: ratione cuius corruptio ignis calefactio aque, aut ligni eſt illi naturalis. Et paſſum conferre vim, eſt formam educi de potētia materie: aut ſaltem ꝙ materia ſit in potentia naturali que ad eius receptionē concurrit. vt in gñatione hominis. ¶Sed eſt argumētū in cōtrariū. Sequeretur ꝙ cum lapis ſurſum proijcitur, motus ille eſſet naturalis: nam q̄ꝫuis non habeat principium actiuū intrinſecum, habet tamen materiam que eſt receptiua illius motus. Quod ſi dicas illum motum repugnare forme grauis, eodem modo calefactio aque repugnat eius forme, vtpote cum ſit mot⁹ tendens ad eius corruptionē. Quod ſi rurſus reſpondeas motum localē ſurſum recipi in toto cōpoſito, cui ille motus repugnat, calorem vero recipi in materia aque, que eſt in potentia ad omnem formam. Solutio imprimis in via S. Thome non habet locum: nempe qui tenet acciden-

tia omnia ſubiectari in toto compoſito. Et preterea licet calor ſubiectetur in materia, poſtq̄ repugnat forme quā actu habet, videtur ꝙ motus nō ſit naturalis. ¶Rñdetur ꝙ ſiue calor ſubiectetur in materia ſiue in toto cōpoſito nihil ad preſens refert: ſed motus dicitur naturalis ratione principij paſſiui, quando ille motus diſponit ad formā ſubſtantialē ad quā materia prima eſt in potentia (qualis eſt calefactio aque) motus vero lapidis ſurſum: quia repugnat forme ſubſtantiali, ⁊ non diſponit ad aliam formam ſubſtantialem ad quam materia ſit in potentia, eſt violentus. Materia enim: ad nullum motum eſt in potentia: niſi ratione forme ſubſtantialis quam appetit. ¶Et per hec reſpondetur ad aliud de ente naturali reſpectu forme artificialis. Eſt enim cōcluſio ꝙ nullum ens naturale habet principium naturale, neq̄ actiuum, neq̄ paſſiuum reſpectu forme artificialis. Cum enim forma artificialis in ligno, aut ere, non fit diſpoſitio ad introductionem forme ſubſtantialis, materia harum rerum naturalium nullum habet appetitum ad tales formas: nec proprie dicuntur educi de potentia materie: quia eductio de potentia naturali materie ſolum eſt reſpectu agentis naturalis. Dicuntur autem entia naturalia apta, aut inepta ad artificialia: non propter inclinationem quam habeant ad talem formam (nihil enim lignum inclinatur vt inde fiat Mercurius aut Iupiter) ſed quia vel melius obediunt inciſioni, vel cuiuis alij operationi artificis, aut quia ſunt longioris durationis.

Naturalia reſpectu artifi.

## ¶Ad quartum principale argumentū

cōceſſo ſolis viuentib⁹ ineſſe principium actiuū ſui mot⁹, ad primū argm̄ de motu grauiū ⁊ leuiū, negat formā ſubſtātialē grauis, aut grauitatē, eſſe principiū actiuum deſcēſus. Et idem negatur in leuibus. Solutio eſt quā ex profeſſo phus. 8. huius textu. 32. ⁊ affirmat ⁊ comprobat. Tractat. n. illic vt tractauerat in. 7. ꝙ oē qđ mouetur, ab alio mouet: ⁊ ſi quid mouetur intrinſec⁹, debet diſtingui pars per ſe mouēs a parte per ſe mouēte. vt in animali cor mouet alia mēbra. Et cum in corpore ſimplici, vl̄z, qđ eſt hōgeneū ſm q̄litates primas: nō ſint partes diuerſe complexionis ⁊ nature, vt vna poſſet mouere aliā (q̄lia ſunt elemēta) concludit ꝙ non mouentur intrinſecus: ſed a generante. Quod ſi quis dicat formam lapidis eſſe partem que mouet: ⁊ materiā, partem que mouetur. Hoc ſtare non poteſt: quia forma non eſt que agit, ſed ſuppoſitum agit per formam. Neq̄ materia proprie eſt que deſcendit, ſed lapis. Forma. n. animalis nō eſt q̄ nutrit, nec materia eſt que nutrit, ſed totū aīal nutrit et auget ſe per formā. Vñ in viuentibus partes ille per ſe mouēs, ⁊ per ſe mota, debent eſſe integrales, vt in. 8. hui⁹ videbimus. Et ideo qui dicit formā lapidis eſſe principiū actiuum, ſolū dicit eſſe principium quo: ſed principium quod, eſſet tunc lapis: ⁊ per ꝯñs moueret ſe. Quod ne Ariſt. concedat, dicit principiū mouens, tanq̄ qđ, eſſe generans: ſed forma lapidis eſt id quo lapis mouetur a generante. ¶Ratio eſt hec. Generans aliq̄d: ſicut dat formam dat omnia accidentia ⁊ ꝯñia ad formā, que requiruntur ad perfectum ſtatum naturalē ipſius geniti: ſed ſtatus perfectus grauis, v. g. lapidis eſt, eſſe in centro, generās formā lapidis dat illi impetū quēdā naturalē vt deſcendat ad centrū, niſi impediatur. Et ideo mot⁹ grauis attribuitur generanti. Sicuti qui iactat lapidē imprimit illi impetū quo moueatur. Nō diſputo an impetus ſit res diſtincta, nec ne: eſt. n. hoc imptinēs, vt eſt impertinēs grauitatē, aut leuitatē accidētia eſſe diſtincta a ſubſtātijs: tametſi probabilius eſt diſtincta eſſe. ¶Eſt tn̄ preſto argumentū. Arbores ⁊ oīa viuentia nutriuntur augenturq̄ per virtutem quā habent impreſſam a generante) generans em̄ formā dat ꝯñia ad formā) ergo eadē rōne hmōi mot⁹ attribuerent generanti. ¶Solutio huius facile elicit ex dr̄ia ſuprapoſita inter viuentia ⁊ non viuētia, ꝙ ſtatus naturalis viuentiū cōſiſtit in moueri: ſtatus vero ⁊ perfectio nō viuentiū, in quieſcere. Hinc ſeqtur ꝙ actio generātis plantā, aut aīal illic ceſſat, vbi aīal genitū habet ſuā ꝓpriā formā ⁊ virtutē, qua poſſet nutriri ⁊ augeri cuius ꝓinde nutritio ⁊ augmentū attribuit ipſi aīali genito. Reliqua vero cū extra locū ſuū naturalem ſint ſemp extra ſuū ſtatū et perfectionē naturalē, motus ad talē locū attribuitur generāti q̄ſi mittenti genitū ad ſuā pfectionē. ¶Qđ ſi quis rurſus obijciat, ꝙ ſtat q̄ñ graue deſcendit nō eſſe generās qđ illud genuit. ¶Reſpondet ꝙ res que non eſt, mouere pōt q̄diu eius virtus durat, vt in exemplo proiecte ſagitte, aut globi catapulte manifeſtū eſt. Ignis enim eſt qui mouet globum illum (etiā q̄ñ diſtanter mouet) per impetū impſſum. Et idē dicturi ſumus mō de ſemine emiſſo ab aīali: qđ ſemē mouetur ab aīali per virtutē ab eo impreſſam. Colligit ergo ꝙ tam forma ſubſtantialis lapidis, q̄ grauitas ſunt principium paſſiuum mot⁹: forma quidem ſubſtātialis principale: ⁊ grauitas, inſtrumentale. Et idē dicendum eſt de leui. ¶Sed non deeſt adhuc aduerſus hanc ſentētiam argm̄. Forma ſubſtātialis lapidis eſt velut inſtrumētū, vt dictū eſt, generātis: ſed inſtrumentū reducit ad gen⁹ cauſe efficientis: calor enim quo ignis calefacit, eſt principiū actiuum: ſicuti ⁊ dolabra qua artifex dolat lignum. Item ſi grauitas eſt inſtrumentum, vr̄ ꝙ forma ſubſtantialis ſit principale agens reſpectu illius. ¶Rñdetur ꝙ inſtrumentū q̄ñ eſt coniunctū agenti, vt in exēplis mō poſitis, reducitur ad genus cauſe efficientis: ſed tñ forma ꝓducta ab agente in paſſo qđ mouetur, reducitur ad genus cauſe formalis: ⁊ ideo eſt principiū paſſiuū. Calor. n. qui eſt formaliter in igne calefaciēte, eſt velut principiū actiuū: ſed tñ ille qui ab igne productus eſt in aqua, nō eſt principiū actiuū, ſed formale a quo aqua eſt calida. Vñ ſi ille calor productus moueret aquā localiter, certe eſſet principiū paſſiuum talis motus: ſicut impetus in ſagitta. Et hac ratione forma grauis dicit principiū paſſiuū. Verū eſt tñ ꝙ licet reſpectu generantis ſit paſſiuum, tamen reſpectu grauitatis dicitur aliq̄ñ actiuum: eo ꝙ grauitas cōſequitur ad talē formā, ac ſi ꝓduceret ab illa. Et hoc mō S. Tho. q. 5. de potentia articu. 5. dicit formā grauis ⁊ leuis quodāmō eſſe principiū actiuum ſui motus. Licet loco citato ſuper Ariſt. ⁊ 3. p. q. 32. arti. 4. ⁊ vbiq̄ ſimpl'r dicat conformiter ad Ariſt. in graui ⁊ leui non eſſe, niſi principiū paſſiuum ſui motus. ¶Similis fere reſponſio eſt ad ſecūdū membrū de ſemine. Virtus. n. ſeminis eſt virtus

Grauia mouent a generāte.



virtus generantis, per quā generās immutat ſemē vſq̄ ad productionē aīalis. Non tñ eodē mō quo dictū eſt de graui ⁊ leui. Grauitas em̄ ⁊ leuitas ſunt principia paſſiua: virtus tñ ſeminis eſt actiua. Non. n. cōparat ſolū ad ſemen qđ mouet, ſed ad aīal inde generandū: reſpectu cuius illa virt⁹ eſt actiua: ſicuti calor qui formal'r eſt i igne eſt inſtrumentū actiuū calefactionis aque. ¶Et pari modo ſe habet virtus in grano ad producēdū ſpicā: et in ſemine plāte: ad plāte gñonē. ¶In ferro aūt qđ mouet ad magnetē: dicēdū eſt vt in 7. huius videbimus ꝙ non mouetur per virtutē actiuā que eſt in ferro: ſz per actiuā que eſt in magnete qui ferrum alterando ad ſe trahit.

Magnes.

## ¶Ad poſtremū membrū quarti argumēti principalis,

vt Paulus hic Venet⁹ recitat, fuerunt quatuor modi diuerſi de reductione aq̄ vehemēter calide ad ſuā frigiditatem. Primo eſt opinio Auicene. pri. ſue phyſice, dicētis, illā reductionē fieri per ſe a forma ſubſtātiali aq̄. Qr tñ non exprimit, an id fiat mediāte frigiditate, nec ne, quidā exponentes Auicenā dicunt id fieri mediāte frigiditate formali: alij mediāte frigiditate virtuali: alij ſine vlla prorſus frigiditate. ¶Secundo eſt opinio Egidij, ꝙ illa reductio eſt quidem a forma ſubſtātiali aque: non per ſe, ſed per accidēs. Itaq̄ cum aq̄ ſuapte natura inclinet de ſe ad frigiditatē, ideo q̄ñ habet caliditatem per ſe intēdit illā corrumpere: ⁊ qr ad corruptionē caliditatis ſequit ꝓductio frigiditatis, fit vt per accidēs ⁊ poſterius natura ꝓducat frigiditatē. ¶Tertia eſt opinio Burlei, ꝙ illa reductio non fit a forma aque ſaltē vbi multo plus eſt caloris q̄ frigiditatis: qr a ꝓportione minoris ineq̄litatis non fit actio: ſed illa inquit fit a medio circunſtāte frigido, paulatim frigefaciente partes prius exteriores, deinde interiores aq̄. ¶Quarta eſt Iacobi de Forliuio tenentis ꝙ aqua nunq̄ eſt vniformiter calida: ideoq̄ partes frigidiores frigefaciunt calidiores. ¶His addit ſuam Paul⁹ Venetus, dicēs, ꝙ inclinatio naturalis aque eſt dēſitas certa: obidq̄ cū per calorē ſit rarior q̄ debeat natural'r eſſe, reducit ſe ad ꝯdēſationē: ⁊ qr ad cōdenſationē cōſequit frigiditas. de per accidens reducit ſe ad frigiditatē. ¶Horſum has oēs opiniones recitauerim, quia videre non poſſum cur res iſta tāto iuniores phōs pauore ſtupefecerit, vt in tot eos diſperſerit vias: cū (ſi non fallor) nō ſit adeo difficilis. Atqui opinio Burlei, vt in hoc verū habet, ꝙ medium circunſtās ſemp iuuat aquā calidā, vt ſe ad frigiditatē reducat, ita in hoc fallit, ꝙ forma ſubſtātialis aque nō ſit etiā in cauſa talis reductionis: cum em̄, vt mō dicebamus, forma grauis in virtute generātis ſit principiū motus localis quo graue rēdit ad ſuū locū, a fortiori forma aque eſt principiū quo aq̄ reducit ad ſuā pfectionē q̄ñ eſt extra illā: eo appetitu naturali, quo vnaq̄q̄ res appetit ſe i eſſe ꝯſeruare. ¶Et preterea qr ſepe aq̄ reducit ſe ad frigiditatē maiorē, q̄ ſit medij circunſtātis: ⁊ tunc tota illa nō poteſt eſſe a circunſtāte. ¶Dubitari certe non poteſt quin forma ſubſtantialis aque ſit principium hmōi reductionis. Sed tunc ſunt opiniones Egidij ⁊ Pauli ꝙ illa reductio fiat de per accidēs a forma ſubſtātiali ignis. Qđ profecto, ſalua eoꝝ authoritate, non eſt credibile. Nā qđ ait Egidius per ſe aquā intēdere corruptionē caliditatis, ad qđ per accidēs cōſequitur frigiditas, non videt phyſice dictū. Primo qr agēs naturale nunq̄ per ſe intēdit corruptionē, niſi intendēdo productionē forme cui alia cōtrariat: ⁊ ideo potius per ſe aq̄ intendit reducere ſe ad frigiditatē, q̄ corrūpere caliditatē. Qđ ex mō facta rōne cōfirmatur, nā ſi aq̄ corrūpit calorē, nō eſt niſi vt cōſequat diſpoſitionē naturalē q̄ ſe ineſſe cōſeruet: qualis eſt frigiditas. Sicuti graue certe non mouetur, niſi vt quieſcat in centro. ¶Et preterea in genere cauſe efficientis certe prius natura eſt ꝓductio forme, q̄ expulſio cōtrarie. Ignis enim inducendo calorē in aquā expellit frigiditatem. Et eadē rōne aqua non corrūpit calorē, niſi producendo frigiditatem. ¶Eadem argumenta currunt aduerſus Paulum, dicentem, ꝙ de ſe aqua intendit condenſationem ad quā ſubſequitur frigiditas. Enimuero frigiditas tā de per ſe requiritur ad cōſeruationē aque, q̄ denſitas. Immo rō denſitatis eſt frigiditas: quare principalius intendit ſe aq̄ reducere ad frigiditatem, q̄ ad dēſitatem. ¶Confirmat qr certe denſitas non fit, niſi a frigiditate tanq̄ per cauſam: ⁊ ideo prius natura aqua ſe ad frigiditatem reducit q̄ ad denſitatem. ¶Opinio Iacobi de Forliuio pugnare videt cum experientia: nā aperte videtur aliq̄ñ aq̄ eſſe adeo calida vt per totā ſit vniformis: ⁊ q̄ñ aliqua eſſet pars minus calida, tñ ad ſenſum (cui iſti cōfidūt) videtur nullā eſſe, in qua non ſit plus multo caloris, q̄ frigoris: ⁊ ideo idē reſtat illi labor q̄ñ illa poſſit vincere alias, vt illas ad frigiditatem reducat. Colligitur ergo ꝙ forma aque eſt hmōi reductionis principium per ſe, vt recte ait Auicena. ¶Tunc vero reſtat dubium vtrum per aliquā frigiditatem id fit. Sunt enim qui putant aquā poſſe venire in tantum calorem vt nulla ſit illic prorſus frigiditas formalis. Que quidē opinio, vt eſt manifeſte contra verā phyſicā, ita fuit plurium errorum cauſa. Arguitur enim ſic. Forma ſubſtātialis aque cōſeruari naturaliter non pōt ſine eius naturalib⁹ diſpōnib⁹ (vt in reb⁹ oībus naturalib⁹ palā eſt) ſꝫ diſpoſitio neceſſaria aque eſt frigiditas ⁊ humiditas, vt eſt doctrina Ariſt. 1. de gene. ergo vbi nulla eſt frigiditas, aq̄ eſſe non poteſt. ¶Et confir. Manifeſtum eſt formā aque introduci non poſſe in ſubiecto quoaduſq̄ ſit certa frigiditas ⁊ humiditas: ergo ad cōſeruationem eius requirit certa frigiditas ⁊ humiditas: licet forſan non tāta quāta ad gñonem requiritur. ¶Et ſecūdo arguit. Omnes confitent requiri certam denſitatem citra quā non poteſt conſeruari forma aque: ſed cauſa denſitatis eſt frigiditas: ergo nec pōt aqua conſeruari ſine certa frigiditate formaliter. ¶Reuera qui hoc negat, fateri ſubinde tenetur cōſeruari poſſe naturaliter formā aque ſine aliquo prorſus accidente proprio aque: nam ſi frigiditas ⁊ humiditas non ſunt neceſſarie, non video qđ nā aliud ſit accidēs neceſſariū. ¶Sed quo alio, rogo, opus eſt argumēto q̄ hoc. Aut in ſubiecto aliquo eſt calor ſummus, aut citra ſummū. Si ſumm⁹, illud eſt ignis: nā ſummus calor determinat materiam neceſſario ad introductionē forme ignis. Si nō eſt ſummus: ḡ habet tātā frigiditatē, quāta ſufficit vt cū calore ſimul adequet grad⁹ ſumm⁹. Et em̄ ſi ſummus gradus eſt vt. 8. neceſſarium eſt vt cū calo

Reductio aq̄ ad frigiditatem.

Auice.

Egidius.

Burleus.

Iacob⁹ de Forli.

Pau. Ve.

Aqua eſſe nō poteſt abſq̄ frigiditate.

re vt.6.ſit frigiditas vt duo:⁊ cũ calore vt.4.frigiditas vt.4.⁊ ſic ꝓportionabilr̃, vt li.1.de ge.palã fiet.¶Per hec cõdẽnatur alia opinio q̃ aſſerit frigiditatẽ virtualẽ. Nã illa ſolũ aſſerit ab illis qui credũt nullã eſſe in aq̃ calidiſſima frigiditatem. Ideoq; hac poſita ſupuacaneũ eſt ꝑter frigiditatem formalẽ ponere etiã virtualẽ in aqua. ¶ Iſti tñ omnes inde decepti ſunt ꝙ plus equo crediderũt ſenſibus: quibus tñ debet phus eminere.

Frigiditas virtualis.

Experimur enim aquã calidiſſimã vehementius multo cõburere manũ, ꝗ̃ flãmam ignis. Et inde arguunt iſti ꝙ ſicut in igne non eſt frigiditas, ita neq; in aqua. Et tñ illatio nulla eſt penitus. Cauſa enim cur aqua plus cõburat, nõ eſt ꝙ calor ſit illic magis intenſus: implicatio eſt enim cõtradictionis ꝙ extra ignem ſit tam intenſus calor ꝗ̃ in igne. Sed cauſa eſt ꝙ aqua eſt dẽſior ꝗ̃ flãma ignis: ac ſubinde habet plus de multitudine materie, ⁊ per ꝯñs plus de multitudine caloris. Vñ ſi aqua illa rareſieret ad tantã raritatẽ ſub quãta eſt flãma ignis, multo minus caleſaceret ꝗ̃ flamma: ⁊ tñ tũc haberet tã itẽſum calorem, ꝗ̃ mõ habet aq̃. Qđ vel ipſa experiẽtia manifeſtat. Vapor eñ q̃ exalat ab aq̃ calidiſſima, tã itẽſum certe habet calorẽ, ꝗ̃ aqua: ſ; q2 eſt rarior, habet minꝰ de multitudine forme: ⁊ ideo minꝰ caleſacit. Eſt ergo fallacia arguere, eſt hic plus de multitudine caloris: ergo calor eſt magis intẽſus. vt lib.1.de ge. q.de intẽſione elucidabit. Digitꝰ eñ cãdẽtis ferri multo plꝰ h; multitudinis forme caloris, ꝗ̃ flãma ignis pedalis: tñ nõ h; tam intenſum calorẽ: alias eſſet ignis: qm̃ partes illiꝰ caloris nõ vniũtur ſm intẽſionẽ: ſed extenduntur per materiã: q̃ eſt multo maior ꝗ̃ in flãma ignis pedalis. Vt ad ꝓpoſitũ deniq; reuertamur, cum in aqua quãtũcũq; calida, nõ ſit ſummꝰ calor, neceſſariũ eſt vt illic ſit formalis frigiditas. Vñ hãc habeo ꝓ certa ꝯcluſione ꝙ naturalr̃ nõ põt eſſe aq̃ ſine frigiditate aliq. Naturalr̃ (inq;) q2 deus (vt lib.1.q.4. dicebamꝰ) põt rẽ quãcũq; ſine ſuis diſpõnibꝰ miraculoſe ſeruare. ¶ Addiderim ꝑfecto, non eſſe penitꝰ improbabile, ꝙ nõ põt naturalr̃ eſſe aqua tã calida, quin plꝰ habeat frigiditatis, ꝗ̃ caloris:

In aq̃ plꝰ ſemp ẽ frigoris ⁊c.

Q2 cũ ſũma frigiditas ⁊ humiditas ſit diſpõ ⁊ pfectio aque, vr̃ ꝙ ad generationem aque ſaltim requirat multo maior frigiditas ꝗ̃ eſt gradus medius: ⁊ ad cõſeruationem, licet minus requirat, ſemper tñ requirit vltra gradum medium. Vt ſi ſumma frigiditas (que eſt naturalis aque) eſt vt 8. ad gñationẽ aque requirit. v.g. gradus vt.5.vel 6.⁊ ad cõſeruationem quicunq; gradus vltra.4. ita vt ſaltem gradus vt quatuor ſit maximus ſub quo non põt cõſeruari aqua. Bene intelligo nullã eſſe de hoc demõſtrationẽ: eſt tñ rõni naturali conſentaneũ, vt nulla forma citra medietatẽ ſue naturalis diſpõ[illegible]s cõſeruari queat. ¶ Et hoc cõfirmatur: q2 cer[illegible]n viuentibus ita eſt ꝓbabile: ⁊ de igne nullus ꝑfecto diceret ꝙ poſſit cõſeruari quin ad minꝰ habeat calorẽ vltra gradum mediũ. Si ꝗ aq̃ nunq̃ eſſe põt, niſi cũ frigiditate vltra.4. neceſſe eſt vt calor eius ſit minor: nã vt paulo ante dicebamus ex ambobꝰ ſimul debet reſultare gradus ſummus. Et ad experiẽtiã que in cõ cõtrariũ vr̃ pugnare, rñdet ꝑter id qđ dictũ eſt de maiori dẽſitate) ꝙ q2 frigiditas nõ eſt tã actiua, vt caliditas, licet plꝰ ſit illic frigiditatis minꝰ tñ ſentit: immo nõ ſentitur. ¶ Qđ ſi hec vera ſint, nulla eſt difficultas in reductione feruẽtis aque ad frigiditatẽ. Reducit.n.ſe a ſua forma ſubſtantiali principalr̃ per frigiditatẽ q̃ exuperat calorem. ¶ Nihilominꝰ ꝓbabilꝰ exiſtimo minus eſſe frigiditatis in aq̃ bullienti ꝗ̃ caloris. Ideoq; tandẽ rñdet, ꝙ illa reductio ad frigiditatẽ attribuit generãti aquã, vt dictũ eſt de motu grauium ⁊ leuiũ. Et ideo licet frigiditas ſit multo minor calore, tñ quia forma agit in virtute generãtis, plus poteſt forma, vt reducat ſe ad frigiditatem ⁊ conſeruet ſe in eſſe, ꝗ̃ calor in abſentia conſeruantis poſſit reſiſtere. Calor enim, niſi ſit in ſubiecto naturali, puta in igne, vel in mixto vendicante ſibi talem calorem, indiget ſemper ab extrinſeco cõſeruari: alias non poteſt reſiſtere forme ſubiecti in quo eſt: licet minus ibi ſit de accidente contrario. Vnde regula illa, ꝙ a proportiõe minoris inequalitatis non fit actio, intelligenda eſt inter accidentia contraria que ſunt in ſuis cuiuſq; naturalibus ſubiectis: puta inter calorem qui eſt in igne, ⁊ frigiditatẽ que eſt in aqua. ¶ Hinc ſequit ꝙ animal infirmũ, qđ ſemel eſt extra ſuam naturalem diſpoſitionẽ, non ita facile ab intrinſeco reducitur ad ſanitatẽ ⁊ integrũ ſtatum naturalem. Nẽpe q2 illa reductio aĩalis fit per hoc qđ pars ſana mouet nõ ſanã: ⁊ q2 omne agens in agendo repartitur, debilior fit in tali actione ſemp calor naturalis. Et inde eſt ꝙ natura indiget medicinis extrinſecꝰ adiuuari. Hinc eſt quorũdam opinio medicorum qui exiſtimant corpus quod ſemel notabiliter eſt extra ſuam naturalem diſpoſitionem, raro aut nunq̃ ad integrum ſtatum naturalem redire. Tametſi mihi nõdum ſit hoc exploratum. Sed tamen hactenus phyſicus.

¶ Ad quintum principale abunde reſponſum eſt in cõmẽto textus ſexti: vbi recitauimus opinionẽ Auice. tenentis nõ eſſe per ſe notũ: naturã eſſe: eiuſq; rõnes diluimꝰ. Vñ in ꝓpoſito ſatis eſt dicere ꝙ Ariſt. in.1.phy. nõ demõſtrauit naturã eſſe.i.aliqđ eſſe ꝑncipium motus. Immo dixit ꝙ qui hoc negat, negat primũ ꝑncipiũ ſciẽtie. S; intentio eiꝰ fuit in illo libro oſtẽdere q̃nã res ſit iſta natura.ſ.ꝙ materia nõ eſt ens actu cõpletũ, ſed pura potẽtia: nec forma eſt duntaxat accidens: ſed actꝰ ſubſtãtialis. In quibus ambobꝰ errabãt antiqui. ¶ Ad Cõmentatorẽ vero nõ eſt neceſſariũ reſpõdere: nam ipſe ſe expoſuit: quippe qui ait, naturã eſſe, nõ eſſe demõſtrabile: ſ; eſſe quodãmõ explicabilẽ eius diffinitionem per experientiã, videlicet, illud eſſe intelligendũ nomine nature, quod eſt principiũ motuũ naturaliũ, quos experientia cõpertos habemꝰ.

❧ Textu.vij. Lecti natura, lignum &c. Et cap. ij. tex.xviij. Determinatis his &c.

## Quæſtio ſecunda.

❧ VTRVM ET NATVRAlia ab artificialibus: & phyſica à mathematicis diſtinguantur.

ADuerſus partẽ affirmatiuã primi mẽbri queſtionis arguit ſic. Sunt artificaliũ forme plurime, que principia ſunt motꝰ eius in quo ſunt: ergo non eſt hec vniuerſalis differentia inter naturalia ⁊ artificialia. Antecedens patet in forma nauis, in formis rotarum plauſtri, ⁊ alijs id genus. Nauis enim non ita velociter moueretur, nec rota, niſi ſub illa forma artificiali. Item ars citarizandi ⁊ ſaltandi eſt per ſe principiũ motus eius in quo eſt. Etenim motus manuum citharedi ⁊ motus pedum ſaltatricis nõ poteſt fieri: niſi ars ſit in ipſo ſubiecto quod mouetur, puta in intellectu mouentis pedes aut manus, ergo. ¶ Et confirmatur. Stat aliquem eundẽ motũ eſſe ſimul ab arte ⁊ natura: ergo artificialia non diſtinguunt a naturalibus. Hoc patet de ſanitate q̃ fit ab arte medici, ſed concurrente natura infirmi: ⁊ de doctrina que fit a doctore: ſed concurrente ab intrinſeco natura diſcipuli: ergo non in vniuerſum differunt naturalia et artificialia.

¶ Secundo principaliter arguitur. Si naturalia diſtinguerentur ab artificialibus, ſequeretur ꝙ forma artificialis diſtingueretur a ſubiecto naturali: diſtinctio enim rerum nõ eſt, niſi a formis q̃ ſunt diſtincte: ꝯñs eſt falſum: ergo ⁊ ancedẽs. Probatur minor. Cum fuſtis recta incuruatur vt fiat arcus: aut extrema lamine auri iunguntur vt fiat annullus, efficit nouũ ens artificiale: ⁊ tñ nihil videtur illic ꝓduci de nouo preterq̃ ꝙ res naturalis aliter ſe habet ꝗ̃ ante: quia non videtur quodnam accidens manus artificis ſine aliq̃ alteratione ſolũ per motum localẽ poſſit producere: ergo naturalia non diſtinguunt ab artificialibus. ¶ Tertio principaliter arguitur pro parte negatiua ſecũdi membri queſtionis, nẽpe cõtra id qđ ait Ariſt. toto cap.2.ſ.ſcientiam phyſicã diſtinctã eſſe a mathematicis, eo ꝙ mathematicꝰ abſtrahit a materia: phyſicus vero, non. Imprimis, oĩs ſcientia abſtrahit a ſingularibꝰ: ergo tã phyſicus ꝗ̃ mathematicus abſtrahit a materia. ¶ Et ꝯfirmatur. Tam phyſicus ꝗ̃ aſtrologus demõſtrat terrã eſſe rotũdã: ⁊ vterq; tractat de motibus planetarum, de figura orbium ⁊ ſyderum: quia hec omnia ſunt forme ⁊ proprietates naturales reꝝ: ergo non prorſus differt inter ſcientiã phyſicam ⁊ mathematicas. ¶ In contrarium eſt Ariſt. qui tex.1.⁊.2. aſſerit naturalia diſtingui ab artificialibus: ⁊ in hoc text.7. dicit ꝙ lignum eſt natura ⁊ ſubiectũ lecti: ⁊ es, ſtatue. Vbi videtur diſtinguere inter ens naturale ⁊ formam artificialem. Et cap.2. diſtinguit inter ſcientiam phyſicam ⁊ mathematicam.

¶ Duos breues articulos deſignat queſtionis titulus. Primus eſt q̃uo naturalia differant ab artificialibꝰ: ⁊ ſecũdus q̃uo phyſica a mathematicis. Circa primũ hoc imprimis attendẽdum eſt ꝙ diuerſa eſt queſtio, vtrum naturalia diſtinguantur ab artificialibus, et, vtrũ forma artificialis diſtinguatur a ſubiecto naturali: in quo eſt. Prima enim eſt queſtio phyſica, quã hic tractat Ariſt. tex.1.⁊.2.⁊ fere in.1.cap. Cuius ſenſus eſt, ſint ne eiuſdẽ, an diuerſorũ ꝑdicamentorũ: ſcđa vero eſt metaphyſica: que obiter hic inſeritur. Et ideo de ſingulis ſenſibus ſtatuemus in primo arti. ſingulas concluſiones.

1.Conclu.

¶ Prima cõcluſio eſt. Naturalia differũt formaliter ab artificialibꝰ, ſiue forma artificialis ſit res diſtincta a ſubiecto, ſiue non. Etenim ſcãnum domus ⁊c. ſunt in predicamento qualitatis: lignum vero lapis ⁊c. ſunt in predicamento ſubſtantie. ¶ Hanc probat hic Ariſt. q2 ens naturale, inquantũ eſt naturale, habet in ſe principiũ ſui motus: artificiale vero, non. Lectus enim aut ſtatua ab illa forma artificiali nullũ habet proprium motũ: ſ; tñ a forma naturali habet vt deſcẽdat deorſum. ¶ Atqui rem aliquã, que in hoc differat a re naturali, exhibere non poſſumus, niſi artificialem: nam forma proprie loquendo aut figura eſſe non poteſt, niſi aut naturalis, aut artificialis. Sed tamen ſi operationes aut actiones conſiderent: diſtinguit in hoc naturale, nõ ſolũ ab artificiali: ſ; a volũtario, qđ eſt in moralibus: ⁊ a ſupnaturali: ⁊ a fortuito: ⁊ violẽto.

Naturale, ⁊ voluntarium.

Opꝰ eñ virtutis liberum, licet ſit quodam modo naturale.i. ex inclinatione nature ad bonũ, tñ non dicit naturale vt in ꝓpoſito: q2 illud non eſt a natura.i.a materia vel forma, nec ab aliquo accidẽte naturali: ſ; ab electione. Vñ tam naturale ꝗ̃ voluntariũ fit a principio intrinſeco. Ait.n. Ariſto.3.ethi.cap.1. ꝙ voluntarium eſt cuius principium eſt intus in ipſo agente. Differunt tamẽ, ꝙ naturale eſt a principio naturali: voluntarium vero ab electione voluntatis: que eſt principiũ liberũ.

Violentũ.

¶ Ex quo ſequitur ꝙ violentũ opponit vtriq;.ſ.⁊ naturali ⁊ volũtario. Eſt enim violentum, vt ibidẽ habetur, quod fit a principio extrinſeco paſſo non conferente vim. Sed paſſum conferre vim, ſtat dupliciter. Vno modo ꝑ inclinationẽ principij naturalis. Quẽadmodum diximus calefactionẽ aque non eſſe illi violentam: quia calor ille educitur de potentia materie. Alio modo per electionẽ. Vnde qñ quis ſcienter vapulat a prelato, qui cum poſſet reſiſtere, nõ reſiſtit, nõ eſt vapulatio violẽta: ſed libera. Vnde cum hereticus cõburit, ꝯbuſtio illa nõ eſt violenta, vt opponit naturali: eſt tñ violenta. vt opponitur voluntario: q2 paſſum cõfert vim per materiã naturalẽ: nõ tñ per volũtariam electionẽ.

Supranaturale.

¶ Rurſus naturale opponit ſupranaturali. Si eñ Deꝰ moueret lapidẽ ſurſum, motꝰ ille non eſſet naturalis: quia nõ eſſet a principio intrinſeco actiuo, aut paſſiuo. Sed tñ nec eſt violẽtus, ac ſi moueret a cauſa naturali: q2 reſpectu cauſe naturalis lapis reſiſtit: reſpectu vero Dei minime: qm̃ in oĩ re naturali eſt obedientia reſpectu dei. Vñ motꝰ lingue aſine Balaã, nec fuit violẽtꝰ: nec naturalis: ſed ſupranaturalis. Et idẽ eſt de ceſſatione ſolis, Joſue.10.⁊ de ceſſatione celorꝫ in fine mundi.

Accenſus grauis.

¶ At dubiũ eſt cum graue aſcendit ne det vacuũ, vt cum attracto aere aſcendit aqua per fiſtulã, vtrũ motus ille ſit violentus, poſtq̃ eſt cõtra particularẽ naturã aque: an ſit naturalis, cũ ſit a natura vlĩ. ¶ Rñdetur ꝙ licet poſſet rñderi cũ diſtinctione.ſ.ꝙ eſt vno mõ naturalis, ⁊ alio mõ violẽtus: tñ ſimplr̃ loquendo eſt naturalis: ſiqdẽ eſt a natura vlĩ. Sed eſt violẽtus ſm quid.

Monſtrũ.

Idem dicere poſſumꝰ de mõſtris. Cum.n. animal naſcitur orbatũ aliquo mẽbro, aut ſub effigie alterius ſpeciei ꝗ̃ ſit intenta a natura particulari, monſtrum eſt, eo ꝙ eſt contra naturam particularẽ: ſed tamen ſimplr̃ eſt naturale. Nam qñ hõ naſcit 6.digitis, aut.4. illud fuit ex impedimento diſpoſitionis materie: qđ quidem fluxit ex actione cauſarꝫ vniuerſaliũ, ⁊ alicuius cauſe particularis in matrice. Quẽadmodũ corruptio aque ab igne, licet quodã modo ſm quid poſſet vocari cõtra naturam aque, eſt nihilominus ſimplr̃ naturalis.

Fortuitũ. ¶ Fortuitũ autem, ſeu caſuale, ſi accipiatur vt diſtinguit̃ ꝯ̃ naturale, mõſtra ipſa poſſunt dici fortuita: q2 ſunt preter intentionẽ agentis particularis. At vero fortuitũ et caſuale potius dicunt̃ reſpectu eorum que agunt a propoſito ⁊ libere. Unde fortuitum eſt quod euenit preter intentionẽ agentis. Ut inuẽtio theſauri, quã nõ intendebat fodiẽs terrã. Sed de hoc lati⁹.q.3.

Ad.1.prin. ¶ Unde ad primum argumẽtũ principale, qḋ directe eſt aduerſus hanc primã cõcluſionẽ, r̃ndetur ꝙ forme artificiales poſſunt eſſe cauſe, non quidẽ motus naturalis quo ad ſubſtantiã, ſed velocitatis quo ad modum. Globus enim velocius deſcendit, q̃ȝ quadrat⁹ lapis: q2 figura circularis eſt apta ad motum. Unde ꝙ nauis ſupernatet aque, habet a natura ligni: ſi enim eſſet plũbea non nataret: ꝙ vero ita velociter moueatur a ventis, forma artificialis eſt cauſa. et idem dicendum eſt de rotis plauſtri. ¶ De artib⁹ vero ſaltandi ⁊ citharizãdi. poſſet quis dicere ꝙ non ſunt principium motus naturalis: ⁊ ideo nõ ſunt nature. Sed hoc eſt qḋ argumẽtũ cõtẽdit, videlicet, ꝙ diffinitio nature cõueniat arti, que non eſt natura. Qḋ ſi dicat̃ ꝙ ars nõ eſt principium primũ illius motus, ſed forma ſubſtantialis, ſolutio nõ ſatiſfacit: quia certe ars illa eſt principiũ primũ motus talis. Dicendum ergo arbitror de iſtis artib⁹, ſicut de forma nauis. Nam ars illa nõ eſt principium motus ſaltatricis quãtum ad ſubſtãtiam motus, ſed quantum ad modũ, quo mouent̃ membra. Unde ſicut natura eſt principiũ motus ſimpl'r, ita ⁊ ars ⁊ forma artificialis põt eſſe principiũ motus artificialis, qui eſt modus quidã motus naturalis. Et ita motus rotarum plauſtri põt dici etiã motus artificialis. ¶ Ad aliud de ſanitate r̃ndetur, ꝙ ſanatio eſt motus mixtus, puta partim naturalis partim artificialis: medicina enim non ſufficit per ſe ſanare, niſi iuuãdo naturã. Et ideo ille motus eſt partim a principio intrinſeco ⁊ partim ab extrinſeco, puta ab arte. Et idem eſt dicendum de acquiſitione doctrine, que eſt ab intellectu diſcipuli, arte magiſtri dirigente.

¶ Secũdus ſenſus. ſ. an forma artificialis diſtinguat̃ a ſubiecto naturali, eſt, vt diximus metaphyſicus: a quo proinde facile nos extricabimus.

Due opiniones. Sunt de hoc due extreme opiniones. Prima eſt nominaliũ, qui vt negãt quãtitatem diſtingui a re quanta, ita negant formã artificialẽ diſtingui a ſubiecto. Sed dicunt ꝙ cum artifex facit domũ, aut calceum, aut ſtatuam, nihil aliud facit q̃ȝ rem aliter ſe habere. Potiſſimũ argumentũ eſt ſcḋm principale. Et certe qui ſcribit nõ videt̃ aliqḋ accidẽs producere, ſed atramentum facit aliter ſe habere. ¶ Alia eſt realium opinio in alio prorſus extremo, tenentiũ ꝙ non ſolũ quantitas diſtinguit̃ a re quãta, ſed p̃ter quãtitatem produci ab artifice formã artificialẽ, que eſt qualitas. ¶ Inter has duas opiniones arbitror medio modo dicẽdũ. Non facile declinare vellẽ a via regia: in hac tñ parte forte non diſplicebit modus iſte noſter loquendi: quem hac ſecunda

2. Conclu. cõcluſione huius arti. expono. ¶ Forma artificialis non diſtinguit̃ realiter a quãtitate, tanq̃ȝ res alia, ſed ſolum formaliter. Forma inq̃ȝ artificialis, que eſt accidens ab arte precise productum. Nã poſſunt per artẽ applicando actiua paſſiuis ꝓduci forme noue ſubſtantiales, vt patet de forma panis q̃ ſpecie diſtinguit̃ a tritico: ⁊ de forma vitri que diſtinguit̃ a maſſa: vnde fit. Uolo dicere ꝙ cum faber lignarius facit quadratũ lignũ, qḋ erat rotũdum, nihil de nouo producit, preter nouã ſuperficiem que eſt terminus quãtitatis illi⁹ corporis. Et idem de ſtatuario dicendum eſt. Unde qui domũ ex ſectis lapidib⁹ ⁊ lignis cõſtruit, nullũ prorſus accidens producit: ſed ex ſuperficiebus partium fit vna figura domus. Que non eſt vnum ens, nec vna quãtitas, ſed eſt vna figura in gñe qualitatis. Et idem dicendũ de ſartore ⁊ ſutore facientibus veſtẽ, aut calceum. ¶ Hanc cõcluſionẽ aduerſus negãtes quãtitatem diſtingui a re quãta, non alijs rõnibus corroboro, q̃ȝ illis quas in predicamẽto quãtitatis fecimus ad ſuadẽdum quãtitatẽ diſtingui a re quãta. Que licet non ſint demõſtrationes, certe in phyſica ⁊ potiſſimum ſm Ariſto. rem faciunt probabiliſſimã. Admiſſa vero quãtitate diſtincta, cum figura ⁊ forma ſit qualitas que eſt paſſio quãtitatis, manifeſtũ eſt ꝙ figura, vel eſt q̃litas diſtincta a quãtitate, vel ſaltem quãtitas ipſa. ¶ Quod autẽ non ſit q̃litas realiter diſtincta a quãtitate, ita vt ſint due res, his mihi ſaltem rationibus perſuadeo. Primo pluralitas iſta rerũ aſſeri nõ debet, niſi ꝓpter aliquã rõnẽ que nõ ſit bono modo ſolubilis: ſed certe nulla eſt efficax rõ qua concludat̃ eſſe accidens diſtinctũ a quãtitate, immo oppoſitũ vr̃ intellect⁹ cõcipere alias quoties quis digitũ aut in directũ porrigit, aut in arcum contrahit nouũ accidens ꝓduceret: q2 figura eſt diuerſa. ¶ Sed potiſſimũ apud me argm̃ eſt hoc ſecundũ. Si forma. v.g. ſtatue eſſet accidens diſtinctum a ligno ⁊ eius quãtitate, ſequeretur, ꝙ deus poſſet ſeruare lignũ cũ ſua quãtitate ſine illo accidẽte: nec contrarium poſſum rõne vlla aut authoritate in animũ inducere: mirabile em̃ eſt ꝙ deus fecerit duas diſtinctas res, quarum nulla eſt pars alterius, tñ non poſſet quãlibet illarũ ſine altera cõſeruare. Tunc arguit̃. Separato illo accidẽte qḋ eſt figura, manente ligno ⁊ ſua quãtitate, profecto haberet eãdem effigiem quã modo habet: nã haberet eoſdẽ t'nos ⁊ extrema quãtitatis: q̃ ſuperuacaneũ eſt ponere figurã eſſe aliud accidẽs preter quãtitatẽ. Eodẽ argumẽto cõuinco: dicere: ꝙ eſſe exiſtentie nõ eſt res alia ſcḋa diſtincta ab eſſentia, vt diſcipuli multi. S. Tho. (neſcio an S. Tho.) habẽt ꝓ cõperto. Nã certe ſi exiſtentia real'r diſtingueretur a me, illã deus poſſet corrũpere me ſaluo, ⁊ per ꝯñs tunc ego exiſterem ſine re illa: atq̃ȝ adeo vanum eſt ponere aliud preter me ⁊ mei partes quo ego ſim, Sȝ dicit eſſe diſtingui ab eſſentia: ſicut ſedere ab hoĩe: q2 nõ eſt de eſſentia hoĩs vt ſit: q̃ ꝑpecũ ante mũdi creationẽ hõ erat aĩal rationale. Sed de hoc alias. ¶ Qḋ ſi quis in nos argm̃ retorqueat: q2 eadẽ rõne ꝓbaret figurã nõ eſſe quãtitatẽ: nã ſecluſa etiã quãtitate a ligno, ſubſtantia ligni ſi ſupernaturaliter maneret, eãdem figurã haberet, quã modo habet. Hoc certe negatur. Immo ſecluſa quantitate, licet deus per miraculũ poſſet ſeruare partes meas in loco in quo ſum, nõ tñ eſſet intelligibile ꝙ ego haberem effigiẽ faciei, quã mõ habeo, ⁊ figuras mẽbrorũ. Hoc eſt ergo potiſſimũ argm̃ ꝙ figura eſt ipſamet ſuperficies exterior quantitatis. ¶ Tertium argm̃ eſt de figura domus aut veſtis.



Querit̃ enim figura domus ſit ne diuiſibilis an indiuiſibilis: indiuiſibilis cẽſeri nõ poteſt: ſiquidẽ domus ex rebus diuiſibilibus conſtat: et preterea: q2 ſi eſſet indiuiſibilis, eſſet in qualibet parte domus, ſicuti anima in corpore: ⁊ tũc quelibet pars eſſet domus. Si vero eſt diuiſibilis, tũc neceſſe eſt dicere ꝙ ſit tota in omnibus partibus collectiue. Et tunc ſequit̃ ꝙ nõ eſt vnũ accidens numero. Intelligere enim nemo ſane mentis poteſt vnum numero accidẽs eſſe in pluribus ſubſtãtijs nõ faciẽtib⁹ vnũ ens: quales ſunt partes domus. Scio realiſſimos iſtos cõtẽdere ſoluere hoc argumentũ: ſolutiones tñ eorũ nec faciũt ſatis argumẽto, nec oportet eas in mediũ afferre. ¶ Eſt quartũ argm̃: q2 vel forma domus producit̃ ſucceſſiue vel in inſtanti: in inſtanti vix poteſt ſuſtineri phyſice, quia ſola forma ſubſtantialis eſt que incipit eſſe per primum ſui eſſe. Si vero producatur ſucceſſiue, palã conſequitur ꝙ forma totius non eſt aliud q̃ȝ aggregatum ex formis partium. Que eſt concluſio quam nos intendimus. Et cum forme lapidum ⁊ lignorum non ſint niſi ſuperficies vltime, ſequitur ꝙ ex illis reſultat forma domus. ¶ Aliud eſſet propriũ argumentũ aduerſus Paulum Uenetũ, ⁊ alios: qui hoc loco tenent, non ſolũ figuram diſtingui a ſubiecto naturali, verũ ꝙ nomen rei artificialis ſupponit pro aggregato ex ſubiecto et tali accidente. Itaq̃ȝ iſta nomina, ſtatua, lignum, archa ⁊c. non ſupponunt pro ligno habente figurã, ſicut iſtud nomẽ figuratum: ſed pro aggregato ex ligno et figura. Sicut homo ſupponit pro aggregato ex materia ⁊ forma. ¶ At vero modus iſte loquendi, tametſi a viris alias magne authoritatis ſit vſurpatus, certe vt honore eorum dixerim, non eſt phĩs recipiendus. Nam quicquid ipſi dicãt, cũ forma artificialis adueniat enti in actu, ex ſubiecto ⁊ tali forma non fit vnum ens per ſe, ſed per aggregationẽ: ſicut ex ſubiecto ⁊ albedine. Et ideo iſta nomina non ſupponũt pro tali aggregato: alias nõ ponerentur in vno predicamento, magis q̃ȝ ſi diceres, aggregatum ex ſubſtantia et accidente. Supponunt ergo hec nomina pro ſubiecto connotando tales formas.

Ad.2.p̃nc. ¶ Igitur ad ſecundũ principale argumentũ qḋ pugnat a parte nominaliũ cõceditur ꝙ qui fuſtẽ, aut aurũ, aut qḋcũq̃ȝ aliud ens naturale mutat in diuerſas formas artificiales nullum nouũ accidẽs producit, ꝙ ſit qualitas diſtincta, vt certe bene ꝓbat argm̃. Unde q̃ ex pluribus fruſtris facit veſtẽ aut calceũ, aut ex pluribus lapidib⁹ ⁊ lignis facit domũ, nihil producit diſtinctũ a quantitatibus partiũ. Sed tamen aliq̃ñ producit̃ nouus t'nus quãtitatis. Dictũ enim eſt. q.2. in ꝑdicamẽto quantitatis, ꝙ due pedalitates vnius cõtinui bipedalis, vniuntur per vnã ſuperficiem que eſt t'nus cõis vtriq̃ȝ. Ob idq̃ȝ due ſuperficies nõ poſſunt eſſe immediate. Unde ſequitur ꝙ cum diuidit̃ ꝯtinuum, neceſſe eſt vnam ſaltẽ ſuperficiem produci de nouo: nam partes q̃ continue terminabãtur per vnam ſuperficiem, terminantur diuiſe per duas. Ideoq̃ȝ ſtatuarius cudendo lapidẽ, aut dolãdo lignũ, neceſſe eſt vt

Ad argumẽta realium. ꝓducat nouas ſuperficies que educunt̃ de potẽtia quantitatis. ¶ Sed reſtat ſoluere argumenta realium, quibus contendunt probare figuram eſſe qualitatem diſtinctam realiter a ſuperficie. ¶ Et prius arguũt authoritatibus Ariſ. Ait enim in hoc text. 7. ꝙ lignum eſt ſubiectum lecti: ⁊ es eſt ſubm̃ ſtatue. Qḋ infra text. 28. repetit. Et rurſus tex. 13. cõfitetur antiquis ꝙ ſi ſtatua ligni defodiatur ſub terra, naſcitur quidem lignum, nõ autẽ forma ſtatue. Ait nãq̃ȝ ꝙ naſcitur ex hoĩe hõ, non tñ ex lecto lectus: ſubm̃ autẽ ac forma vr̃ deſignare aliquã diſtinctionẽ. Item ſi ex ſtatua germinatur forma ligni, ⁊ non forma ſtatue, vident̃ eſſe diſtincte forme. Et. 8. meta. text. 9. ait ꝙ forme artificiales non ſunt ſubſtãtie: ſed accidentia. Et in ſumma in predicamentis cap. de qualitate, forma ⁊ figura ponũtur ſpecies qualitatis: ſed predicamenta ſunt eſſentialiter diſtincta: ergo forme artificiales realiter diſtinguuntur ⁊ a quantitate ⁊ a ſubſtantia. ¶ His veruntamen alijſq̃ȝ id genus Ariſtot. dictis, abũde reſpõdetur illo verbo qḋ in cõcluſione poſuimus. Qḋ quidẽ in predicamento quãtitatis. q.2. arti. 1. copioſe tractauimus. Ubi dictum eſt, ꝙ ſtat aliqua quodammodo diſtingui formal'r, dato ꝙ nõ ponant in numerũ tãq̃ȝ due res. Formalis enim diſtinctio eſt eorum que ratione ⁊ diffinitione differunt, qua ratione non predicant̃ de ſe inuicem in abſtracto. Nullatenus enim cõcederet Ariſt. ꝙ ſubſtantia eſt ſimilitudo, aut ſeſſio: licet nec forſan concederet ꝙ relatio, aut ſitus ſit res alia a ſubſtãtia. Eodẽ mõ ego hic dicerẽ, ꝙ q̃ȝtitas ligni idẽtice eſt res q̃ eſt forma artificialis: tñ hec eſt falſa, quantitas eſt forma artificialis: quia facit ſenſum formalẽ. Et ideo nõ ſolũ facit ſenſum ꝙ ſit eadẽ res, ſed ꝙ ſint idẽ ratione: quod eſt falſum: qm̃ forma artificialis ſignificat̃ per modũ forme accidentalis reſpectu ligni, ⁊ quãtitatis eius. Et ideo alia eſt ratio ⁊ diffinitio ligni ⁊ alia quantitatis ⁊ alia forme ſcanni: ⁊. 5. meta. text. 8. ait Ariſt. ꝙ quarto modo ea ſunt idem, quorũ ratio eſt eadem: et ea ſunt diuerſa, quorũ rõnes ſunt diuerſe. Ob idq̃ȝ figura artificialis formaliter, ⁊ ſm rationẽ figure eſt qualitas: identice tñ eſt eadẽ res q̃ eſt quantitas. Lignum autem eſt ſtatua, et ſcannum ⁊c. Nam cum hec predicata ſunt concreta, formal'r predicant̃ de ſubſtantia. Eodẽ modo ligna ⁊ lapides nõ ſunt forma domus, ſed ſunt domus. ¶ Qḋ ſi rurſus arguas. Dom⁹ formal'r ponitur in vna ſpẽ predicamẽti qualitatis: ergo ſignificat vnam formã. Patet ꝯñia: q2 ens, qḋ dũtaxat eſt vnũ per aggregationẽ, non ponitur in vna ſpecie predicamẽti, vt aggregatũ ex lapidibus ⁊ lignis, cum illud non ſit ens, ſed entia. ¶ Reſpondetur vt ſepe ſolemus ſm Ariſtot. 4. meta. text. 3. vbi ait tot eſſe ſpecies vnius, quot ſunt ſpecies entis: ⁊ lib. 5. tex. 7. vbi ait vnum, dici multipliciter ſicut, ens: r̃ndetur inq̃ȝ ꝙ domus dicit vnam formam in genere qualitatis: que tamen eſt plura in genere quãtitatis. Domus autẽ ſupponit collectiue pro pluribus in genere ſubſtãtie. ¶ Per hec ſoluitur aliud argm̃: quod ſumitur ex dictis Ariſt. hic in tex. 13. Stat rem naturalẽ manere, artificiali corrupta, vt ſi manentib⁹ lapidibus, ⁊ lignis, deſtruat̃ domus: ergo forma eſt alia res a lapidib⁹: ⁊ lignis. Negatur enim ꝯñia. Sed ſolum ſequitur, ꝙ formaliter. i. ſm rõnem ⁊ diffinitionẽ diſtinguitur. ¶ Per hec facile r̃ndebit̃ ad quodcũq̃ȝ argm̃ realiũ. Arguunt em̃ ꝙ eadem res eſſet duo cõtraria, vt ſi ex eadẽ cera, aut filo, nunc fieret quadratũ ⁊

Figura artificialis.

ſtatim circulus: eadem res que modo eſt figura vna poſtea eſt alia. Cõceditur.n.ↄñs idẽtice, formaliter tñ negaṫ. ¶Sed Achilles eorũ eſt. Cũ ſit res artificialis, aut ſit aliqd, aut nihil: non eſt dicendũ ꝙ qui facit veſtem, aut ſtatuam, faciat nihil: ergo facit aliquid. Tunc vel illud aliquid eſt forma diſtincta, ⁊ habetur intentum: vel ſolũ aliqualiter ſe habere: ⁊ tũc petit (inquiũt) ꝑncipiũ. Nã illud, aliqualr ſe habere, vel diſtinguit a reb⁹ que aliqualiter ſe habent: ⁊ ſic erit forma diſtincta: vel non diſtinguit ⁊ ſic nihil ſit. ¶Rñdetur tñ ꝙ artifex ſemper facit aliquid. Et ſi queraṫ quid facit, dico ꝙ facit domum, calceum, aut ſtatuam. Que eſt factio ſm quid, vt.1. huius text. 62. dixerat Ariſt. Et cum interrogaṫ vtrum illud aliquid ſit res noua, que antea non erat vel ſolũ aliqualiter ſe habere: rñdetur ꝙ aliqñ eſt aliquid diſtinctũ: vt cũ ſculptor ſcalpit lapidẽ, ſemper nouã ⁊ nouam ſuperficiẽ producit: que eſt trũs quãtitatis. Aliqñ vero nõ eſt quid diſtinctum: vt cum ex fruſtris pãni aut corei fit veſtis: aut calceus: aut qñ ex lapidibus ⁊ lignis conſtruiṫ domus. Nec hoc eſt petere ꝑncipiũ: quia ita diſponere partes; eſt facere domum: quod eſt facere aliquid.

Facere veſtem.

¶In articulo ſecundo reſtat breue facere verbũ de diſtinctione ſcientie phyſice a mathematicis. Ubi notandũ ꝙ ponere dñam inter ſciẽtias (vt cõmento hic.16. notauit Cõmentator) pertinet in cõmuni ad dialecticã. Unde.1. poſt. text.42. docet Ariſto. ſcientias diſtingui penes obiectũ. Nihilominus in particulari non eſt abs re examinare hic quõ phyſica differat a mathematicis: ꝓpterea ꝙ videnṫ cõuenire in obiecto. Preſertim phyſicus ⁊ aſtrologus. Ubi adnotanda eſt quantũ ad rem pertinet dña inter puram phyſicam ⁊ puram mathematicã (qualis eſt Geometria) ⁊ ſciẽtiam mediam: qualis eſt Aſtrologia. Obiectum enim proprium mathematici: ſiue pure ſit mathematicus, ſiue medi⁹, eſt quãtitas. Unde conſideratio rei naturalis in ordine ad materiã ſenſibilẽ.ſ. vt ſubijcitur qualitatibus ⁊ motui, eſt pure phyſica: vt conſideratio de oſſe ⁊ ſanguine, de complexione animalis ⁊ arboris ⁊c. Et pariter conſideratio de quantitate in ordine ad motũ. vel inquantũ eſt trũs rei naturalis: vt tractare de curuitate inquantũ eſt figura naſi: ⁊ de figura ſpherica inquãtũ eſt terminus cruris, aut trunci arboris: aut inquantum eſt apta ad motum perpetuum, ſm quam rationem conſiderat phyſicus de figura orbiũ ⁊ aſtrorum. Pure aũt mathematicus cõſiderat de quantitate et figuris eius, ſine aliquo reſpectu ad materiã ſenſibilẽ. Cõſiderat.n. geometra naturã trianguli, q̃ eſt habere tres angulos equales duob⁹ rectis, nõ cõſiderãdo ꝙ ſit durum, aut mole, in tali, aut tali corpore. Sciẽtia vero media tractat q̃dẽ naturã quãtitatis cõtracte ad aliquam certã materiã ſenſibilẽ. vt Perſpectiua, de lineis ⁊ angulis radiorũ viſualiũ: Muſica, de proportione numeri ſonori Aſtrologia vero, de figura corporis celeſtis. ¶Sed hinc naſcitur dubiũ: qr videṫ Perſpectiua non differre a phyſica. Ut enim phyſic⁹ tractat de curuitate, quatenus eſt in naſo, aut in tibia, ita tractat perſpectiuus de lineis ⁊ angulis, quatenus ſunt in materia ſenſibili: ⁊ aſtrologus de quãtitate quatenus eſt in aſtro. ¶Rñdetur ꝙ differũt dupl'r. Primo in obiecto: ⁊ ſcdo in medio demõſtrationis. Primo.n. differunt, ꝙ aſtrolog⁹ tractat q̃dem de figura aſtri, ſolũ inquãtum eſt figura: nõ cõſiderando, an illa naturaliter conueniat aſtro, nec ne. Nec cõſiderando ad quem finẽ habet illã figurã. Phyſicus aũt tractat de illis figuris, nõ inquãtũ ſunt figure ſolũ, ſed inquantũ ſunt proprietates cõuenientes nature ⁊ fini aſtri. Unde ſequiṫ ſecũda dña ꝙ phyſicus demonſtrat illud in ordine ad finẽ, vel cauſam efficientẽ, vel materialẽ. vt.q.5. amplius parebit. Demonſtrat enim phyſicus celũ eſſe rotundũ ⁊ aſtrum quodcũqz, hoc mõ. Perpetuo motui debeṫ figura perpetua: ſed figura ſpherica habet rationẽ quãdã perpetuitatis (quatenus circulus, nec principiũ habet nec finẽ) ergo figura ſpherica competit celis, qui perpetuo mouenṫ. Idẽ probabitur rõne materie. Corpus cuius materia nõ eſt in potẽtia ad aliã formã, eſt perpetuum: celum eſt hmõi: ergo eſt perpetuũ: ſed corpori perpetuo cõpetit figura perpetua (qualis eſt circularis) ergo celũ eſt figure circularis. Aſtrologus autẽ oſtendit figuram ſolis vel a ſigno, quia eclipſis ſolis per interpoſitionẽ lune apparet orbicularis: vel probat orbẽ eſſe rotũdũ, ꝓpterea ꝙ ſol dũ mouetur ſemp eodẽ die equalr diſtat a terra. Eodẽ modo perſpectiuus tractat de lineis ⁊ angulis radiorũ viſualium, non inquantũ ordinantur ad talem finẽ vel procedũt a tali cauſa phyſica, nec inquantum ptinẽt ad rei naturalis cõplexionẽ, aut naturã: ſed inquãtum faciũt hos vel illos angulos in oculo, vel hos aut illos baſes in obiecto. Et ideo ait Ariſtot. text.20. ꝙ iſte ſcientie medie ſunt magis phyſice, quia finis iſtarum ſcientiarũ eſt explicare quantitatem non in vniuerſali, ſed talem quantitatem in rebus naturalibus.

Differt inter phyſicam ⁊ mathema.

¶Ad tertium igitur principale argumẽtũ: rñdetur ꝙ duplex eſt materia.ſ. ſenſibilis ⁊ intelligibilis. Quod expreſſa ſentẽtia eſt Ariſt.7. meta. tex.35. Materia ſenſibilis (vt ait S. Tho.1.p.q.85. ad ſecũdum argm̃) eſt materia corporalis, vt ſubiacet ſenſibilibus qualitatibus et determinat certã ſpeciem ſubſtantie: vt materia ligni, aut ferri que vendicant ſibi certas ſpecies qualitatũ. Materia vero intelligibilis eſt ſubſtãtia corporea, puta hac ſola ratione, qua eſt ſubiectum quantitatis. Nam cum quantitas ſit ſubm̃ qualitatum, que ſunt per ſe propria obiecta ſenſuum, poſſumus intelligere ſubſtantiam corpoream abſtrahẽdo ab omni materia ſenſibili.ſ. hominis, eq̃, ferri ⁊c. At vero vtrolibet mõ accipiaṫ materia, accipiṫ adhuc dupliciter. Uno mõ ꝓ materia ſingulari ⁊ ſignata, q̃ eſt hec. Alio mõ ꝓ materia in vl̃i abſtrahẽdo a ſingularibus. Ait ğ S. Tho. loco citato, ꝙ oĩs ſcientia abſtrahit a materia ſingulari ſignata. Phyſica.n. (ꝑinde atqz alie ſciẽtie) nõ tractat de his carnibus ⁊ his oſſibus Petri in ſingulari: qr he numero partes nõ ſunt de eſſentia ſpeciei humane: ſiquidem he nõ ſunt in Paulo. Eſt tñ dña, ꝙ phyſica non abſtrahit a materia ſenſibili in cõi ⁊ vl̃i, tractat.n. de aĩali et planta, de oſſe ⁊ carne in gñe, aut in ſpecie humana, vel equina ⁊c. Mathematice vero, ſaltem pure mathematice, abſtrahunt a materia ſenſibili non ſolum in ſingulari: ſed etiam in communi. Etenim non ſolum abſtrahit in ſingulari ab iſto

Ad.3.prin.

Duplex ẽ materia.



iſto triangulo lapideo, aut eneo, verum nec conſiderat in gñe de triãgulo lapidis, aut eris, ſed de triangulo. At vero mathematice non abſtrahunt a materia intelligibili in communi: quia licet abſtrahant a quacũqz naturali ſpecie ſubſtãtie, nõ tamẽ abſtrahunt a ſubſtãtia corporea: qm̃ tractant de figuris ſuperficierũ ⁊ corporum et linearum: que non ſunt niſi in ſubſtãtia corporea, Que quidem corporea ſubſtantia habet rationẽ materie inquantum ſubiectum eſt quantitatis; ſed dicitur intelligibilis, quia abſtrahit ab ſpeciebus rerũ ſenſibiliũ Metaphyſica vero in hoc ſupereminet mathematicis, ꝙ abſtrahit a materia non ſolũ ſenſibili, ſed etiã intelligibili: qr tractat de ſubſtantia abſtrahendo: etiam a corporea. Speculatur nanqz de intelligentijs, que abſtrahũt ab omni materia phyſica, ſolũ vero recipiũt actiones ⁊ mutationes ſpirituales. ¶Ad cõfirmationẽ iam reſponſum eſt, ꝙ mathematicus et aſtrologus diuerſis rationibus tractant de figuris aſtrorum. Et q̃uis aſtrologus tractet etiã de motibus planetarũ, non tñ quatenus ſunt motus naturales competentes celis: ſed quatenus per motus iudicant de diſtãtijs planetarum: de aſcenſu obliquo vel recto: que nomina non eſt preſentis loci interpretari. ¶Eodẽ mõ reſpondeṫ, ꝙ phyſicus demõſtrat rotunditatẽ terre per hoc quod oẽs partes appetunt venire ad centrũ et in figura ſpherica oẽs partes ſuperficei equaliter diſtant a centro. Aſtrologus vero id demonſtrat a poſteriori ex figura eclipſis lune, q̃ fit per interpoſitionem terre orbiculariter: vel ex eo ꝙ non ex eadem parte terre videtur idem aſtrum, tumore terre impediente. ¶Sequitur in text. Caput tertium. Determinatis ⁊c.

Ad cõfir.

Incapi.iij.tex.xxxviij. Vno igitur modo &c.

## ¶ Quæſtio tertia.

### VTRVM QVATVOR ſint tantum cauſarum genera.

PRimum omnium à parte negatiua arguitur, ſuperfluũ eſſe hic ſermonem iſtum de cauſis. Ordo enim ſcientiarum hoc, inter cetera, poſtulat, vt de re vna non niſi vno loco dicatur: de cauſis vero huiuſmodi rei naturalis tractauit Phyloſopus, ⁊.2. poſte. capi.xj. ⁊.5. meta. text.2. ergo ſuperuacaneũ erat ſermonẽ hic iſtum repetere. ¶Secundo principaliter arguitur, ꝙ fuerit ſermo mãcus ⁊ diminutus. Cauſa vniuoce dicitur de quatuor generibus, vti natura, de materia ⁊ forma: ergo ſicut data eſt vna in genere diffinitio nature, ita ante cauſarũ diuiſionẽ cõſtituẽda fuiſſet diffinitio cauſe. omnib⁹ generibus cõmunis: quã tamẽ Ari. pretermiſit. ¶Tertio principaliter argṫ. Cauſare idem ſignificare videtur, quod agere: ſed materia nullius eſt actiuitatis: ergo materia nõ eſt cauſa. ¶Et eodẽ mõ arguitur de forma ⁊ fine. Forma enim, ea rõne qua concurrit in genere cauſe formalis, non efficit, ſed fit, cũ enim ignis ex ſtupa facit ignẽ, forma que preerat in igne nõ cõcurrit vt cauſa formalis, ſed vt principiũ efficiens: forma vero ignis geniti, que concurrit vt cauſa formalis, non cõcurrit actiue: ſed cõproducitur ad productionẽ totius: ⁊ per conſequens potius habet rationem effectus q̃ȝ cauſe. ¶Et hoc inde preſertim confirmatur, ꝙ forma vt lib.1.q.7. dictum eſt poſterius natura eſt q̃ȝ totũ: ea ſaltem que educitur de potentia materie. ¶Et de fine adhuc eſt magis notũ non eſſe cauſam: tũ qr cã debet effectum precedere: finis autẽ eſt vltimum motus, quo habito ceſſat motus: tum etiã quia vt in ſequentibus videbimus finis ⁊ forma in naturalibus coincidũt. Quarto principaliter arguitur, ꝙ nulla ſit cauſa efficiens. Cauſa enim et effectus relatiue dicuntur: et per conſequens ſimul ſe ⁊ inferunt et perimunt, vt tex.37. autor eſt hic Phyloſophus: maxime ſi ſit cauſa in actu. Tunc ſic argṫ. Si aliqua eſſet cauſa efficiens, maxime eſſent ille quarum exempla ponit Ariſtote. in tex.29. ſcilicet conſultor, pater, faciens, ⁊ tranſmutans: ſed ꝙ iſte non ſint cauſe, probatur: nam ſtat conſultorem actu conſulere, quando nõ fiat id quod conſulit: et quando pater generat, tunc non eſt filius qui gignitur: et quando filius genitus eſt, iam non eſt ſemen vnde genitus eſt: et quando ſtatuarius incipit dedolare lignum, facit quidẽ ſtatuã: que tñ non eſt: ergo iſte nõ ſunt cauſe efficiẽtes. ¶In cõtrariũ eſt autoritas Ari.

¶Pro huius quæſtionis deciſione: que precipuũ habet locũ in phyſica, notandũ eſt primo ꝙ de cauſis rei naturalis, quaten⁹ ſunt principia eius cognitionis, ad dialecticum attinet diſputare. De illis vero inquantum ſunt differentie entis (quod ſubiectum eſt metaphyſice) ad metaphyſicum ſpectat dicere: diuiditur enim ens (inter alias diuiſiones) in illud quod ſe habet, vt alterius cauſa et illud quod ſe habet vt effectus. Sed negocium phyſicũ eſt de cauſis diſſerere, ea ratiõe qua applicanṫ ad ſuos effectus, inducendo formas in materiam. ¶Et per hoc primũ argumentũ diluitur. ¶Notandum eſt ſecundo: ꝙ Ariſto. nunqz diffiniuit in vniuerſum cauſam vna diffinitione cõmuni ad omnia genera: ſed, vt hic patet ⁊.5. meta. a diuiſiõe cauſarũ incipit: ⁊ vnumquodqz genus ſeorſum diffinit: qr vix profecto conſtitui põt vna ratio in qua oẽs cauſe cõueniant: tametſi vniuoce cauſa dicatur de omnibus generibus quatuor. ¶Et per hoc ſoluitur ſecundum principale argumentum, Ariſtoteli nanqz non ſolere eſſe cure genus diffinitione monſtrare, quando id per ſpecies perſpicatius elucidatur. At ne ſuam cuiuis ad libitum diffinitionẽ proferre liceat. Cauſa (vt ex li. de cauſis citari ſolet) eſt id ad quod aliud ſequitur. Hec diffinitio, ſi ſano modo intelligat, omne genus cauſe cõplectitur. Primum omnium in perſonis diuinis ad intra nulla eſt ratio cauſe et effectus. Pater em̃ producit generando filium: tamen quia non facit eſſentialiter aliud, ſed ſuã eandẽ eſſentiã dat filio, non eſt eius cauſa. Nec ambo ſunt cauſa ſpiritus ſancti, quem ſpirant. Item verbum, ſequiṫ, dicit intrinſecam conſequentiã ⁊ dependentiam illius qđ ſequiṫ ab alio, ex quo ſequitur. Etenim ſequitur dialectice: dies eſt ergo ſol lucet, ſtamẽ dies non eſt cauſa lucis, ſed effectus. Nec filius in diuinis eſt effectus patris: quia cum in eadem eſſentia ſubſiſtat, non dependet ab illo: ſicut idẽ non dependet a ſe. Et preterea non debent extrema cõſequẽtie accipi materialiter ꝓ rebus, ſȝ for

Rñſio.1. arg. ꝑnci.

Ad.2.ꝑn.

Cauſe diffinitio.

maliter ſecundū ratione cauſe et effectus. Deus enim qui cauſa fuit mundi, ab eterno fuit anteꝗ̃ eſſet mundus: ⁊ pater multo tēpore eſt ante filiū. Sed cōſequentia debet intelligi de cauſa et effectu in actu. Sequitur em̄ medicus ſanat: ergo ſanitas fit. Sed de hoc latius in ſolutiōe ad poſtremum argumentū.

Cauſarū numer⁹. ¶ Tertio nōtandū eſt ꝙ de numero cauſarū fuerunt inter antiquos opiniones varie. Illi nāq; primi Phyloſophi, qui ponebant vnicum principium rerum, puta aquam vel aerē ⁊c. ignorauerunt, vt ait Ariſto. 1. meta. capi. 3. rationem cauſe formalis: quia dicebant totam naturam rerum eſſe vel aquā vel aerem: que entia ſolum ſe habebant, vt cauſe materiales, vt. 1. huius dictum eſt, ⁊ apertius in hoc tex. 7. alias vero formas non eſſe: niſi modos varios ſe habēdi rerum. Ignorata autem cauſa formali, noſſe perfecte nequiuerant cauſam efficientem: atq; adeo nec finalem. Nam cauſa efficiens eſt que producit formam propter finem. Quocirca ait Cicero lib. 1. academi. queſtio. ꝙ Democritus: quia ignorauit cauſam efficientem, ignorauit, ⁊ finē ⁊ ideo dixit omnia fieri a caſu. Hec ille. Unde eo dementie ſunt precipati, vt omniū effectuū ſolam materiam aſſignarent eſſe cauſam. Nempe dentes anteriores eſſe acutos, ⁊ molares obtuſos: plantas pedis eſſe planas, oculos ⁊ aures eſſe talis diſpoſitionis, ſolū ratione materie prouenire: quā ita acciderat diſponi. Cum tamen, vt Ariſto. docte inferius ait, hec omnia ſunt propter finem, ⁊ propter operationes neceſſarias animalium. ¶ In alio extremo Plato in Timeo poſuit ſex genera cauſarum. ſ. materiam, et finem, et efficiens principale, ⁊ inſtrumentum, et formam extrinſecam et ſeparatam. ſ. ideam (quā vocabat cauſam exēplarem) ⁊ preterea formam intrinſecam particularem. ¶ Ariſtote. vero inter hos medius mul'o omnibus ſapiētius quatuor excogitauit cauſarum genera: nempe materialem, formalem, efficientem, et finalem. Inſtrumētum vero reducit ad cauſam efficientem: et exemplar, ad cauſam formalem vt ꝗ̃ primum videbim⁹. ¶ Quarto deniq; notandum eſt, ꝙ quemadmodum (vt initio

Interrogationes cauſarū. ſecundi poſte. viſum eſt) quatuor ſunt interrogationes eorum que vere ſcimus. ſ. an res ſit, quid ſit, ⁊ an hoc ſit hoc, ⁊ propter quid ſit hoc: ita ſunt et quatuor cauſarum interrogationes. Etenim quod generali nomine illic dicitur, propter quid hic diuiditur in quatuor. vt, propter quid, ſpecialiter ſit interrogatio finis, a quo, interrogatio cauſe efficientis, ex quo, vero, cauſe materialis: ſed, per quid, eſt interrogatio cauſe formalis.

Materie.

## ¶ Ad genera ſingula deſcenden

tibus a materia inchoādum eſt: que eſt primum ſubiectum quod generationi ſupponitur. Cuius diffinitionem lib. 1. et tex. 71. et. q. 6. ſatis expoſuimus. Eſt enim primum ſubiectum ex quo cum inſit aliquid fit per ſe. Ad differentiam priuationis modo illic expoſito. Adnotat vero Ariſto. textu hic. 31. differentias quatuor materie. Ad cuius intelligentiam preter ea que in cōmento diximus, notandum eſt quatuor eſſe conſuetas diuiſiōes

Diuiſiones q̃tuor materie. materie. Prima. Triplex eſt materia. ſ. in qua, ex qua, et circa quā. Materia in qua, idem eſt quod ſubiectum forme. Que eſt triplex (vt ſit ſecunda diuiſio). ſ. materia prima nude conſiderata, que eſt ſubiectum forme ſubſtātialis. Et materia cōſiderata ſub accidentibus. Que in animalibus organizata dicitur corpus phyſicū. Et tertia materia accidentium, ſiue naturalium, ſiue artificialium: corporalium, aut ſpiritualium. vt lignū, anima ⁊c. ¶ Materia ex qua (que eſt tertia diuiſio, eſt itidem triplex ſecundum Cōmentatorem commen. 31. ſ. compoſitionis tantum, alteratiōis tantum, compoſitionis ⁊ alterationis ſimul, vt in exemplis Ariſto. eodem textu patet. Compoſitionis tantum, vt litere ſunt materia ſyllabe: ⁊ lapides ⁊ ligna, materia domus: que ſine alteratione manent in eius cōpoſitione. Alterationis tantum vt vinum ex quo corrupto fit acetū: ⁊ panis, piſces, ex quibus alteratis et corruptis nutritur animal. Tametſi hec ſignificantius dicuntur termini a quibus, ꝗ̃ materia. Alterationis ⁊ compoſitionis ſimul, vt mel, acetum, et ſal, ſunt materia oxymeli (genus confectionis et potionis eſt). Cōficitur enim oxymelus ex mele ⁊ aceto, alteratis quidem, ſed manentibus ſecundum ſubſtantiā, vt putat. Cōmen. Et hoc mō ait, elemēta eſſe materia mixtorum: quia cenſet formaliter illic manere. Quod tamen falſum eſt. vt in lib. de generatione examinabitur. Quot tamen falſum eſt, vt in lib. de generatiōe examinabitur. Sed ſunt materia, quia ex eorum inuicem alteratione ⁊ corruptione fit mixtum. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ eadem eſt materia in qua ⁊ ex qua. Quin etiam omnis materia ī qua forme naturalis eſt ex qua. Siquidē ⁊ forma ſubſtātialis educit de potētia materie, in qua recipitur: et omne accidens naturale corporeum educitur de potentia ſubiecti. Materia em̄ in qua et ex qua ſolum dicit diuerſos reſpectus. Reſpectu enim forme quā recipit dicitur in qua: ſed reſpectu totius quod componit dicit ex qua. ¶ Materia circa quam eſt obiectum potentie vel habitus. vt materia viſus eſt color: ⁊ materia fortitudinis, pericula belli. ¶ Aliter ſolet diuidi materia in primam ⁊ ſecundam. vt materia ſecunda dicatur materia cum conditionibus indiuiduantibus, puta hic ⁊ nunc: ratione quorum producitur hec numero forma. ¶ Reſtat circa materiam tertij argumenti principalis declarare modum cauſandi materie. Illo nanq; argumento cōuincuntur iuniores quidam materiam improprie eſſe cauſam: nempe quia cauſare eſt agere. At vero profecto iſti non ſolum Ariſtoteli, ſed phyſice veritati aperte contradicunt. Cum em̄ cōpoſitum ſuapte natura pendeat ex materia, non ſolum in fieri, ſed in conſeruari, negari neutiꝗ̃ poteſt materiā eſſe cauſam. Et preterea arguitur: quia eadem ratione nulla proprie eſſet cauſa, niſi ſola efficiens. Nā forma que generatur nō cōcurrit ad eſſe geniti efficiendo, ſed informādo. Si ergo idē eſt cauſare, qđ agere, forma non eſſet cauſa. Neq; finis proprie eſſet cauſa. ¶ Dicendum ergo imprimis ꝙ cauſare non eſt verbum latinum in hac ſignificatione ad ſignificandū hoc quod eſt efficere: ſed quia phyloſophi latini (ſicut neq; greci) non habent vnum verbū generale quo comprehendant diuerſos modos concurrendi cauſarū, ideo a cauſa vſurpāt hoc verbum, cauſare, vt ſit cōmune ad efficere ⁊ finalizare et materializare (vt ſic loquamur) ⁊ informare. Et ideo negatur ꝙ cauſare ſit agere: ſed eſt ſuperius Materia em̄ vere ⁊ propriſſime cauſat, dum concurrit in genere ſubie

Ad. 3. pn.

Cauſare.



ſubiecti de cuius potentia educitur forma. Atq; hic peculiaris eſt modus eius concurrendi. Similiſ ferme ratione ad argumenta alia de forma et fine in ſubſequentibus reſpondebitur. Cetera de materia queſtione. 6. copioſe ſunt expoſita.

Forma.

## ¶ Forma ait Ariſto. text. xxviij.

eſt ſpecies ⁊ exemplū. Phyloſophus nō magnopere curat rem per diffinitionē exprimere, dummodo exēplis conſtet. Et reuera ſi formam volumus diffinire, nihil poteſt ſignificantius dici ꝗ̃ ꝙ forma eſt actus per quē res in aliquo certo eſſe ſpecifico cōſtituitur. ¶ Eſt enim, vt duplex eſſe, ita ⁊ duplex forma. ſ. ſubſtantialis vt forma hominis aut equi, per quā homo habet vt ſit homo et equus vt ſit equus, ⁊ accidētalis vt quātitas, calor, color ⁊c. per quas res habet vt ſit quāta ⁊ calida ⁊ colorata, hec ſit prima diuiſio forme. ¶ Secundo forma ſubſtātialis (vt exēplū Ariſt. innuit) alia eſt forma partis, que eſt forma actuans materiam: et alia forma totius que ſe habet vt forma reſpectu ſuppoſiti. vt hūanitas equinitas ⁊ relique nature. Etenim vt albedo ſe habet accidentaliter ad albū, ita et humanitas eſſentialiter ad hominē. Non diſputo ſi humanitas diſtinguitur ab hoīe nec ne habes enim de hoc mentionē: in pre. c. de ſubſtātia. q. 1. Sed quicquid ſit, negaſſet tamen Ariſto. in ſenſu formali ꝙ homo ſit humanitas. Prima dicit forma phyſica et ſcđa metaphyſica: que nature cōſideranda metaphyſico nō vt generantur ⁊ corrūpunt. Et quia res ſortit ſpeciē a forma, Ari. vtiq; formā appellat ſpēm. Obid ꝗ̃ tex. hic. 31. nō ponit exemplū de forma phyſica: ſed de quiditate, et natura metaphyſica. Atqui quot exēpla poſuerat de materia tot ſubiūgit de forma. Ut em̄ partes rei cuiuſcūq; ſunt eius materia, ita ⁊ compoſitio ſe habet vt forma. ¶ Adiecit autē ſpecies ⁊ exēplar, vt exprimeret quiditatem ipſam agentis naturalis eſſe exemplar. Eſt enim exēplar duplex: aliud dei qui eſt autor nature. Et illđ eſt ratio obiectiua in ſua eſſentia (quin potius ipſa eius eſſentia) quā inſpiciens creauit hec inferiora. Sed aliud eſt exemplar particulare cuiuſq; agentis, qđ nihil eſt aliud, ꝗ̃ eius quiditas. Arbor em̄ ⁊ animal ⁊ res quecūq;, adeo directa, intendit producere effectum ſimilem nature ſue. Et in hoc Ariſto. contradicit Platoni ponenti ideas ſeparatas.

Diuiſio. forme accidētalis. ¶ Forma accidentalis (vt ſit tertia diuiſio) alia eſt artificialis, et alia naturalis. Mox alia eſt ſpiritualis que ad rem nihil pertinet cum nec ſint diſpoſitiones nec inſtrumenta generationis, aut corruptionis ſubſtantie. Alia eſt corporalis. Et hec rurſus alia eſt que ſe tenet ex parte materie vt quantitas, ⁊ alia ex parte forme, vt qualitas.

Mod⁹ cōcurrendi forme. ¶ Modus ergo concurrendi et cauſandi (ſi verbum recipitur) proprius forme, non eſt (vt pretēdebat tertium argumentum) agere ſeu efficere: ſed eſt concurrere tanquam actum et terminum quo generationis per quem id quod fit habet eſſe. Quod enim concurrit, vt forma ad generationem ignis ex ſtuppa non eſt forma ignis generantis: illa em̄ concurrit vt principiū quo, efficiētis: ſed forma in q̄ genito terminat generationē. ¶ Ideoq; ad confirmationē reſpondetur ꝙ nō eſt de rōne cauſe in vniuerſum eſſe prius ſuo effectu, in quo multi, pfecto etiā melioris note, vel ego fallimur ſed illud ꝓpriū eſt materie ⁊ efficiētis, forma vero ⁊ finis nō ſunt prius effectu, ſed ſimul. ¶ Qđ ſi arguas. Forma prius natura cōponit totū ꝗ̃ totū ſit: ergo prius natura eſt. Certe ꝯñia nō valet. In his em̄ que ſunt ſimul tpe, eſſe prius natura, nihil aliud eſt ꝗ̃ eſſe cauſam. Et que cōponere cōpetit parti, cōcedit totū eſſe, que forma cōponit: ſʒ tñ eſſe cōuenit ſuppoſito in quo partes ſubſiſtūt ⁊ iō ecōuerſo, que totū eſt, partes ſunt. Queadmodū que albedo dealbat ⁊ informat, lignū eſt albū: non tñ que albedo eſt alba. Fateor hanc eſſe metaphyſicā: ſʒ nō penitus adnotatu indignā. Ideoq; cum dicit in diffinitione, cauſam eſſe id, ad cuius eſſe ſequit aliud, non intelligit generaliter ꝙ cauſa ſit prius natura: ſed ꝙ prius natura cōponat, aut quodammodo moueat. Sicuti finis qui anteq; ſit, mouet agens. Forma vero informando ⁊ componendo acquirit eſſe in toto.

Cauſa efficiens.

## ¶ Cauſa efficiens ait. Phi. text.

xxix. eſt primū principium: vnde incipit motus, aut quies. Animaduertenda eſt diffinitio. Particula enim vnde diſtinguit cauſam efficientem ab alijs, lapides enim et ligna non ſe coniūgunt ad compoſitionem domus, ſed artifex eſt qui materiam applicat ad opus. Et pariter in naturalibus, nec materia ſe mouet ad formam, nec forma ſe in materiam inducit: ſed agēs eſt qui formam de potentia paſſiua materie educit. Apponitur, primum, quo excludantur accidentia que ſunt velut inſtrumenta agentis. Calor nāq; ignis nō eſt precipuum efficiens: ſed ignis per formā ſubſtantialem. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ principium ⁊ natura impertinenter ſe habent. Natura enim eſt principium actiuū, aut paſſiuum quo proprium ſuppoſitū mouet: efficiens autē eſt principiū ſolum actiuū mouendi, aut propriū ſuppoſitū aut alienū. Unde materia eſt quidē natura, nō tamē efficiēs: forma vero ignis ea ratione qua mouet aquā nō eſt natura ignis ſed inquantum eſt principiū paſſiuū motus ſurſum: eſt tamen efficiens inquantum mouet aquā. Sed forma aīalis reſpectu nutritionis ꝓprie ⁊ augmēti, eſt, et natura ſimul ⁊ cauſa efficiēs. ¶ Quod ſi quis arguat finem eſſe potius principium: vnde incipit motus: nam agēs a fine quē habēt in intentione mouet ad inducendū formā in materia. Domus enim futura eſt que mouet artificē ad opus. Uidetur ꝙ principiū vnde motus, intelligit quantū ad executionē. Et ꝗ̃uis finis ſit primū in intentiōe, tñ executio motus incipit ab agente. ¶ Modus ergo agēdi cauſe efficientis omnium eſt compertiſſimus: eſt enim concurrere influendo in effectum.

## ¶ Efficientis autē quā plurime

ſunt diuiſiones. At que hec cauſa eſt in qua ratio cauſe perſpicatior eſt, operepretium eſt altius hic diuiſiones generales cauſe enarrare. Que duodecim ⁊ bis plures ſunt. Ariſt. tex. 32. ⁊ infra, quatuor duntaxat expreſſit diuiſiones cauſe. ſ. in ſingularem ſeu propinquam, ⁊ vniuerſalē, ſeu remotam: in per ſe, ⁊ per accidēs: in ſimplicem, ⁊ complexā. Quorū ſingula ſex membrorū ſubſecando in cauſam in potentia et cauſam in actu, conficit membra duodecim. ¶ At vero vt copioſior lucidiorq; ſit partitio. Cauſa primo diuiditur in cauſam per ſe et cauſam per accidens.

Prima diui. p ſe et p accidens.

Cauſa

Cauſa per ſe ait pᷓma ſcđe.q.85.art.5. Diuus Tho. eſt illa, que virtute ſue proprie nature, ſeu forme. producit effectū. Loquitur autē particulariter de cauſa efficiente. Sed quo omnia cauſarū genera cōprehēdamus, Cauſa per ſe eſt illa ad quā per ſe.i. intrinſice ex ſua natura ſequit effectus: nempe ad quem neceſſario eſt requiſita. Quo circa cauſa particularis efficiens per ſe denominat ab effectu: vt ſtatuarius eſt per ſe cauſa ſtatue: medicus, medicaminis, equus, equi: homo, hominis. Cauſe vero vniuerſales vt deus ⁊ intelligentie ⁊ celi: tametſi non denominent a ſuis effectibus, ſunt nihilominus per ſe cauſe omniū inferiorū. Cauſa ꝑ accidens, oppoſito mō eſt illa q̄ nō eſt ſuapte natura requiſita, ſ; ꝑ accidēs cōiungitur cū cauſa per ſe, aut cū per ſe effectu. ¶ Unde

2. Diui. Cauſa per accidens duplex.

cauſa per accidens (vt ſit.2. diuiſio) dupliciter cōtingit.ſ. aut quia accidit cauſe per ſe, aut quia accidit effectui. Et primo modo dupliciter. Uno modo, quia accidit eidem ſuppoſito in quo eſt cauſa per ſe. vt muſicus eſt cauſa ſtatue: q: muſica eſt in eodē ſuppoſito in quo eſt ars ſtatuaria. Et huiuſmodi cauſa nullatenus effectum attingit, nec ad illū vtiq; pertinet. Aliomodo ſuppoſitū ipm ſingulare cauſa eſt per accidens, quia accidit ſtatuario, vt ſit Polycletus, aut quiuis alius. Que cā magis accedit ad cauſam per ſe, q̄ꝫ prima. vt in commento dictū eſt. ¶ Aliomodo cōtingit cauſa per accidēs, quia accidit effectui per ſe.i. quia modo quodā attingit eum. Et hoc dupliciter: aut remouendo prohibens quo effectus impediebatur. vt qui fundamenta demolitur, eſt cauſa per ſe remotionis fundamenti, ⁊ per accidens ruine domus: ⁊ ſal eſt cauſa per accidens conſeruationis carniū, hoc modo attingens conſeruationē, ꝙ per ſe obſtat cauſis corruptionis. Aut rurſus cauſa per accidens cōiungitur cū effectu per accidens poſitiue. Idq; dupliciter. Aut pertingendo ad effectū ipſum per ſe intentū, quē conſequit effectus non intentus. Et hec eſt fortuna. Ueluti fodiens ſepulchrū intentione ſepeliendi mortuū eſt cauſa per accidens inuētionis theſauri. Aut non pertingit ad effectū vſq;, ſ; ad aliquā eius diſpoſitionē. Et hec cauſa dicit occaſio: ſicut perſecutio tyrannorū fuit cauſa fortitudinis matyrū: eo ꝙ fuit cauſa mortis, ad cuius tollerantiā fortitudine opus erat. Et culpa, cuius improbus penas luit, occaſio eſt ſubſequentis mutationis mētis ad bonū, que a timore ꝓficiſcitur. De quibus

Cauſa ſine qua nō

cauſis.q.5. copioſius dicturi ſumus. ¶ Ex dictis ſubſequitur ſuperuacaneam eſſe ſectionem illam cauſe in cauſam proprie dictam, et cauſam ſine qua non. Enimuero ſi cauſa aliquomodo concurrit ad effectum, eſt quidem proprie cauſa. Sin minus, nihil penitus a cauſa per accidēs diſtat. vt. S. Tho.4. ſent.d.1.q.1. artic.4. adnotauit. Signū ergo quod creditor a debitore memorie gratia recipit, quod cauſa ſine qua nō eſt poſt modū ſolutionis, perinde eſt cauſa per accidēs, atq; muſica, ſtatue: quia non plus ad effectū concurrit. Quare qui ſacramentis eccleſie hoc dumtaxat modo attribuunt eſſe cauſam gratie: ſimpliciter eſſe cauſam negant. ¶ Atqui q̄uis Ariſto. in ſola cauſa efficienti poſuerit exemplū, vt pote in qua diuiſio hec, per ſe et per accidens, perſpicatius conſpicitur, communes tamen conditiones ſunt alijs generibus. Corpus enim eſt per ſe cauſa materialis albedinis: ſed magnū vel muſicum eſt cauſa materialis per accidens. Et anima eſt per ſe forma hominis: ꝙ autem ſit ſapiens, eſt forma per accidens. Et ſanitas eſt finis medici in quantū medicus: ſed tamē ꝙ medendo diteſcat, eſt finis per accidens medici: ⁊ per ſe auari hoīs.

¶ Contra hāc diuiſionem ſunt

Dub. Ochā.

duo parua dubia. Primum eſt propter Ochā.1. ſent.d.2.q.10. vbi ait nō eſſe magis per ſe iſtam, calidū calefacit, aut, edificator edificat quam iſtā album calefacit, et muſicus edificat. Duo enim aſſerit. Primum ꝙ eo modo quo hec eſt per ſe, calidū calefacit, eſt ⁊ hec, albū calefacit, ſi calidum ſit album. Nam ſequitur bene, calidū calefacit, ⁊ album eſt calidū: ergo albū calefacit, ⁊ per conſequens predicatum per ſe conuenit rei ſignificate per ſubiectū. Et hoc inquit ſufficit vt ſit per ſe. Et ad Ariſtotelem in hoc loco dicentem ꝙ Polycletus, aut muſicus per accidens eſt cauſa ſtatue, ſtatuarius vero eſt cauſa per ſe, reſpōdet ſenſum eſſe ꝙ in ſenſu compoſito non ſtat hanc eſſe falſam, Polycletus ſtatuam faciens facit ſtatuam, tamen ſtat hanc eſſe falſam Polycletus ſtatuam facit. Et hoc eſt (inquit) primam eſſe per ſe, et ſecundam per accidens. Secundo ait econuerſo hanc eſſe etiam per accidens, ignis aut calidum calefacit, eo modo quo eſt hec, album calefacit, quia ignis calefacit per aliud.i. per calorē. ¶ At vero neſcio profecto cur tam gratis negat Ariſtote. et vniuerſalem modum loquendi phyloſophorum. Ariſtoteles enim non dicit ſolum ꝙ, edificans edificat: eſt per ſe: vt ſubiectum dicat actum: ſed, edificator edificat, ſtatuarius eſt cauſa ſtatue, vt dicat habitum. Et iſtam ait ſimpliciter eſſe per accidens, muſicus eſt cauſa ſtatue, licet ſit vera. Et ita omnes loquuntur. Cauſa ergo per ſe dicitur illa que explicat rationē formalē qua eſt cauſa huius effectus. Unde falſum eſt has eſſe per accidens, ignis calefacit, calidū calefacit, licet cauſa calefaciendi ſit accidēs. puta calor, quia propria et per ſe cauſa principalis caloris eſt ignis: et per ſe inſtrumentalis, eſt calor. Reſpondetur ergo cōſequētiam non valere, edificator eſt cauſa ꝑ ſe ſtatue, edificator eſt muſicus ergo muſicus per ſe eſt cauſa ſtatue: ꝓpter appellationem que mutatur. Nam ly: per ſe: appellat propriam rationem ſubiecti.i. ꝙ iſte homo ratione artis edificatorie edificat. ¶ Quo circa non eſt idem eſſe cauſam per aliud, ⁊ eſſe cauſam per accidens. Ignis enim eſt cauſa per ſuam formam: immo ignis calefacit inſtrumentaliter per calorem, qui eſt accidens, ⁊ tamen calefacit per ſe: quia de ratiōe intrinſeca ignis eſt, ⁊ forma tanq̄ꝫ pars quiditatis, ⁊ calor tanq̄ꝫ paſſio. Et eadem ratione, licet ars ſtatuaria ſit accidēs, nihilominus eſt per ſe cauſa ſtatue. ¶ Nec ſufficit predicatum conuenire rei ſignificate per ſubiectum, vt propoſitio ſit per ſe: ſed requiritur (quod ad propoſitum attinet) vt effectus importatus per predicatum conueniat ſubiecto ratione ſignificati formalis. vt, edificator edificat. Intelligo non opus illis eſſe hec nos enunciare, qui in Ariſtotele verſantur. Sane qui.1. poſte. capi.4. copioſiſſime de propoſitionibus per ſe ſit loquutus: ſed eos admonitos eſſe velim, q̄ leui cauſa receptiſſimos modos loquendi ab ſcholis relegant. Nam

et vul



et vulgus quidē ⁊ ſapientes, cū audiunt pictorē pulchras depingere imagines, dicunt rem eſſe naturalem: cum vero audiunt, ſutorē itidem pulchre pingere, rem dicunt eſſe accidentariā. ¶ Secundū dubiū eſt circa illud dictū tex.38. ꝙ ſtatua-

Alia eſt rō cauſe et alia, conditio.

rius in cōmuni eſt cauſa per ſe ſtatue: ſed hic ſtatuarius, cauſa huius ſtatue. Arguit enim ſic. Actiones (vt habetur.1. meta. capit.1.) ſunt ſingularium nō eñ homo in cōmuni, ſed hic homo agit: ergo nō ſtatuarius, ſed hic ſtatuarius eſt cauſa per ſe. Ad hoc rñdetur ꝙ aliud eſt loqui de propria rōne cauſe, aliudq; de cōditiōe que requirit ad exercitiū operis. Cauſa eñ per ſe cōuertibilr rñdet per ſe effectui. Et q: ad faciendū ſtatuam, abſtrahēdo ab hac ⁊ ab illa, non requirit hic ſtatuarius, ſed ſufficit aliquis ſtatuarius idcirco ſtatuarius in cōmuni eſt cauſa ſtatue in cōmuni: et hic, huius: vt in cōmento per amplius expoſitum eſt. Cum hoc tamen ſtat conditionē requiſitam cauſe efficienti ad agendum eſſe ꝙ ſit in ſingulari. Et hoc eſt quod ait Ariſt.1. meta. ꝙ homo nō ſanat nec ſanat. ſed hic homo. ¶ Simili ferme modo dicendū eſt in predicamento ſubſtantie, ꝙ hominis in cōmuni cauſa per ſe eſt homo: et hic homo per ſe huius hominis. Sed quodammodo per accidēs eſt cauſa hominis: q: poteſt fieri homo nō ab iſto homine. Quāuis non ſit tā accidentalis: ſicut Polycletus eſt cauſa ſtatue. Nam ars per quam Polycletus facit ſtatuā accidit illi: nec ly, Polycletus eſt inferius quiditatiue ad ly, ſtatuarius. Petro vero eſt eſſentialis illa forma per quam facit hominem: et eſt quiditatiue inferius ad hominem qui eſt per ſe cauſa hominis.

3. Diuiſio in cauſam proximā et remotā ſeu parti et vniuerſalem.

¶ Vtranq; cauſam tā per ſe quā per accidens partitur Ariſtoteles in particularem ⁊ vniuerſalē ſeu in proximā ⁊ remotam. Que ſit ordine tertia diuiſio. Ad cuius noticiā conſiderandū eſt ꝙ cauſa proxima ⁊ remota bifariā accipiuntur: nempe aut ratione ſuppoſiti, aut ratiōe modi ſignificandi et predicandi. Rōne ſuppoſiti, quādo plura cōcurrunt, quorū primū mouet ſecūdū. vt in cauſis particularibꝰ, cauſa proxima phlebotomie eſt inciſſor vene, cauſa vero remota ⁊ prior eſt medicus, qui precipit inciſſionem. Et iſte proprie dicit cauſa mediata ⁊ immediata. Et in naturalibus cauſa particularis eſt cauſa proxima vt homo generans hominē. Cauſa vero vniuerſalis, vt ſol eſt remota prior. Non ꝙ non attingat effectū: ſed q: mouet cauſam particularē. Tametſi non tā proprie dicat remota, q̄ꝫ dicitur vniuerſalis. Inſtrumentū vero, vt ſcapellus tonſoris, q: nō eſt cauſa principalis nō dicit propinquior tonſore: ſed tonſor eſt cauſa proxima, licet ſcapello venā cedat. Aliomō accipiuntur cauſa proxima ⁊ remota in predicando: non ꝙ ſint duo agentia: ſed idē ſignificatū conceptu particulari, aut vniuerſali. Ut medicus eſt cauſa proxima medendi: ⁊ artifex, dicitur cauſa remota: q̄m artifex ſuperiꝰ eſt q̄ꝫ medicus. ¶ Similis forme diſtinctio eſt cauſe vniuerſalis (q̄ fuerit hic quarta) in

4. Diuiſio in vniuer. cauſam et parti.

vniuerſalē in cauſando, ⁊ vniuerſalē in predicando. Que eſt eadē cū diuiſione in cauſam ſuperiorē ⁊ īferiorē: ⁊ hec eſt ſimplr diuiſio in cauſa; vniuerſalē ⁊ particularē. Cauſa eñ celeſtis eſt vlīs in cauſando reſpectu hoīs: q: ſol nō ſolū cū hoīe concurrit ad producendum hominem, ſed cum equo, ad producendū equū: ⁊ cū igne, ad producendum ignē. Non tamen eſt vniuerſalis in predicando: quia ſol non predicatur de homine. Artifex vero eſt vniuerſalior q̄ꝫ medicus in predicādo. Et apparere cuipiā pōt non eſſe vniuerſaliorem in cauſando: q: nulla eſt ars gñalis ad oīa artificia. His prelactis, ambiget quiſpiā vtrū Ariſt. vtrūq; modū cauſe vniuerſalis ⁊ particularis intellexerit. ¶ Facit eñ ad partē negatiuā, ꝙ eiꝰ exēpla ſolū poſita ſunt de cauſa vniuerſali in predicando. Sed eſt nihilominꝰ ꝓ parte affirmatiua argumentū: ꝙ ad rē phyſicā potius expectat diſtinctio cauſa; particulariū ⁊ vniuerſaliū in cauſando.ſ. inferiorū ⁊ ſuperiorū. ¶ Egregie reſpon-

Oīs cauſa vniuerſalis in pre. ⁊c.

det. S. Tho. ſuper tertiū.32. dicens ꝙ omnis cauſa vniuerſalis in predicādo eſt etiā quodāmodo vniuerſalis in cauſando. Et ecōuerſo, omnis vniuerſalis in cauſando eſt quodāmodo vniuerſalis in ꝑdicando. Et ratio profecto eſt authore ſuo digna: quoniā vnūqđq; (inquit) eadē forma agit, per quā eſſe habet. vt ignis, per quam formā eſt ignis, producit ignē: ⁊ equus, per quā eſt equus, gignit equum. Forma ergo ⁊ quiditas rei quāto vniuerſalior eſt in predicādo, tāto ad plures pertingit effectus. Artifex eñ, q̄uis non ſignificet, vnā artē generalē ad omnia artificia, ſignificat tamen vnam rationē cōmunē: obidq; ratio artificis in cōmuni eſt non ſolū mederi: ſed ſtatuā facere, aut domū ⁊c. Atq; adeo, vt eſt in predicando, ita ⁊ quodammodo in cauſando eſt vniuerſalior cauſa. Pari mō ſol, vt eſt in cauſando, ita eſt quodāmodo in predicando vniuerſalior. Non ꝙ ſol prediceretur de homine ⁊ alijs particularibus cauſis: ſed in ratione cauſe hoc modo, ꝙ homo eſt ſolum generans per ſe hominem: ſol vero, per ſe generans animal, et generans corpus. Itē ignis ſolum eſt calefaciens: ſol vero eſt alterans ſcilicet calefaciens et frigefaciens. Eodemmodo tonſor eſt preciſe in ſalute infirmi euacuans per phlebotomiam, medicus vero, qui eſt vniuerſalior in cauſando, eſt etiam vniuerſalior in predicando: quia eſt generaliter euacuans et ſanans ſiue per phlebotomiam, ſiue per potionē. ¶ Exempla que Ariſtote. ponit in cauſis efficientibus et formalibus, in omnibus generibus cauſarum adhiberi quoq; poſſunt. Enimuero vt medicus eſt cauſa efficiens particularis et artifex vniuerſalis: et proportio dupla eſt cauſa formalis proxima proportionis duple in numero ſonoro, que eſt diapaſon: et proportio eſt forma remota, ita ſtatue cauſa materialis proxima eſt marmor: remota vero, lapis: ſed remotiſſima eſt corpus durum, vt ſit genus ad lapides et ligna et metalla ⁊c. Et in finibus, finis proximus medici eſt ſanitas, vniuerſalis vero eſt bonum, qđ eſt cōmune ad ſanitatē et alia bona. Et in naturalibus hoīs cauſa efficiēs proxima per ſe eſt homo: remota vero, animal. Et finis proximus eſt vita: vniuerſalis vero, bonum in communi. ¶ Dubitatio eſt tamen vtrum poſſint ſignari in omnibus generibus cauſarum proximum et remotū ex parte ſuppoſiti. Reſpondet in efficientibus et finibus illud eſſe manifeſtum: cauſa enim proxima hominis eſt pater, et remota auus: et finis proximus arboris eſt fructus, remotus vero homo: ſicut finis primus gñationis hoīs eſt vita corpalis: remotꝰ vero, vita eterna atq; adeo

omniū

omnium vltimū eſt deus. In materiali vero cauſa generationis ſubſtantie non poſſunt dari plures q̄ vna materia q̄ eſt materia prima. Niſi improprie dicas materiam primā eſſe remotam: et illam cum diſpoſitionibus eſſe propinquam. Reſpectu vero forme accidētalis materia proxima eſt ens naturale (ſi modo illud ſit ſubiectum accidentium) materia vero prima eſt ſubiectū remotum. Sed in cauſis formalibus ſubſtantialibus datur quidē proxima ⁊ remota in predicando. Ut humanitas eſt proxima forma hominis: animalitas vero remota. Verūtamen cum in cōpoſito non ſunt plures forme, non dabuntur diſtincte forme quarū vna ſit proxima et alia remota. Diſcernuntur tamen diuerſe rationes eiuſdem forme. Ut anima noſtra, quaten⁹ dat eſſe corporeū, eſt forma remota: in quantū vero dat eſſe ſenſitiuum, eſt propinquior: ſed qua ratione dat eſſe rationale, eſt forma proxima. ¶ Facile quiſq; poteſt diuiſiones iſtas ad cauſas per accidēs applicare. Album enī eſt cauſa per accidēs proxima ſtatue: ſed coloratū eſt cauſa remota. ¶ Non eſt neceſſe diuidere rurſus cauſam in immediatā: ⁊ mediatā q̄ idē eſt immediatū ⁊ mediatū, quod primū ⁊ remotū: niſi ꝙ proximū ⁊ remotū proprius latine dicuntur. De quibus membris latius dicturi ſumus. q. ſequen. vbi explicabitur, an cauſe ſuperiores, et maxime deus, ſit cauſa proxima et immediata horum inferiorū. Nā ex dictis videť ſubſequi cauſas ſuperiores eſſe remotas: cum tñ vt videbimus, immediate attingant effectum.

¶ Aliam tertiam diuiſionē ſubnectit. Ariſtote. in cauſam ſimplicē per ſe, vt ſtatuarius, ⁊ ſimplicē per accidens, vt Polycletus: ⁊ ex vtraq; cōplexā, vt Polycletus ſtatuari⁹. Sed parui eſt momenti.

5. Diuiſio. Cauſe efficientis in eſſential'r ſubordinatam ⁊c.

¶ Alie ſunt preterea diuiſiones cauſarum: que, licet alique earū poſſint quodāmodo attribui cauſis finalibus, tamen proprie non competunt, niſi efficientibus. Prima (que ſit numero quinta) deriuatur ex ea que modo dicta eſt. Eſtq; cauſarum in plurali: nempe quando plures concurrunt ad eundem effectū. Alie enim ſunt cauſe eſſentialiter ſubordinate ⁊ alie accidētaliter ſubordinate. Eſſentialiter ſubordinate ſunt ille quarum vna abſq; alia agere nequit. vt ſol ⁊ homo et de⁹. Nec enim homo actu generare poteſt, quin ſol ⁊ deus actu etiā concurrant: nec rurſus ſol ſine homine generare poteſt hominē. Immo nec deus naturaliter ſine cauſa ſecūda effectus naturales producit. Cauſe accidētaliter ſubordinate ſunt, quarum vna aliquid poteſt efficere, alia tunc nō concurrente: ſicut pater ⁊ auus ⁊ proauus ⁊c. quādo enim pater generat, auus nihil facit. De iſtis latius lib. 7. dicturi ſumus. vbi docet Ariſt. ꝙ eſſentialiter ſubordinate non poſſunt eſſe infinite: accidentaliter vero ſubordinatas nihil vetat in infinitum abire.

6. Diuiſio in vniuocam ⁊c.

¶ Sexta diuiſione diuiditur cauſa efficiens in cauſam vniuocā et equiuocā. Cauſa vniuoca eſt que producit effectū ſibi ſimilem. vt ſunt omnes cauſe naturales horum inferiorum. Ignis enim producit ignem: equus, equum ⁊c. Immo ⁊ artifex quodāmodo dicitur cauſa vniuoca reſpectu artificij, quod ſimile arti exhibet quā habet in mente. Cauſa equiuoca eſt que effectū ſibi ſimilem in forma nō producit. vt eſt ſol ⁊ omnes cauſe ſuperiores reſpectu horum inferiorū.

7. Diui.

¶ Et hinc ortum habet ſeptima diuiſio cauſe efficientis. Alia enim eſt cauſa a qua effectus depēdet in fieri tantū, ⁊ alia a qua dependet in fieri et conſeruari.

depēdere in eſſe ⁊ in cōſeruari.

Cuius rationem egregie profecto. 1. p. q. 104. arti. 1. explicat. S. Tho. pluribus quidē verbis, ſed hec eſt in ſumma. Quando agens imprimit in effectū formā eiuſdē rationis ſecū, tunc effectus quidem dependet in fieri, non tamen in conſeruari: quia iam effectus conſeruabitur per formam receptā. vt homo generat hominem, cui dat formā eiuſdem rationis: ⁊ equus, equum: et ignis, ignem: effectus ergo productus non dependebit in conſeruari a cauſa. Sol vero producens hominē, non cōmunicat illi formā eiuſdem rationis ſecū: ⁊ ideo q̄diu eſt, dependet in cōſeruari a ſole. Et hac ratione celi ipſi ⁊ angeli ⁊ vniuerſus orbis dependet in eſſe a deo: quia deus habet eſſe per ſuam eſſentiam: ſicut ignis eſt ignis per ſuam eſſentiam: ⁊ quia deus non poteſt dare alicui talem eſſentiā, vt per ſe conueniat eſſe, propterea ſemper omnia in eſſe dependēt a deo. Eſt enim mentis intuitu contemplandum, eo modo mundū a deo conſeruari, quēadmodum lumen aeris dependet in eſſe a ſole: quia cū ſol non dat aeri formā ſuā, q̄ primū ſol abſcedit, lumē ceſſat. Et eadem analogia ſubſtrahente deo ſuū concurſum, eodem momento vniuerſum in nihilū euaneſceret. ¶ Hinc ſequitur ꝙ omnis effectus equiuocus dependet non ſolū in fieri, ſed in conſeruari a ſua cauſa: et equiuocatio eſt cauſa huius dependentie. Et hac ratione omnes effectus horū inferiorum dependent in eſſe a cauſis ſuperioribus. ¶ Sequitur ſecundo, ꝙ quando cauſa ſecunda particularis perfecte producit ſimilē ſibi formam, tunc effectus nullo modo dependebit in eſſe a cauſa. Unde generaliter nulla ſubſtantia dependet a ſua cauſa ſecūda in fieri: nec animal ab animali: nec planta, a planta a qua fuit producta nec ignis ab igne. Si vero producat ſuā ſimilitudinem imperfecte, tunc effectus depēdebit quidem in eſſe: ſed poterit nihilominus tantiſper in abſentia cāe durare. vt cū ignis calefacit aquā, non tamen perfecte quoadusq; aqua fiat ignis, durabit aqua calida aliquo tempore in abſentia ignis: ſed tandē frigeſiet. Secus de calore animalium ⁊ aliorū mixtorum: qui cum forma mixti cōſeruatur: quia eſt ſibi naturalis. Ut vero ſi nō producat formam ſuā, nec perfecte, nec imperfecte, tunc nec per momentū durabit in abſentia cauſe. Ut cum candela illuminat aerem, ſublata candela, nihil luminis manebit in aere. ¶ Qd ſi percunteris cur calor taliter imprimitur, vt durare poſſit in abſentia ignis, lumen vero nequaq̄. Reſpondetur ꝙ calor eſt diſpoſitio ad formā ſubſtātialem ignis: ⁊ ideo eſt quodāmodo participatio forme: lumen vero, quia non eſt diſpoſitio ad introductionē forme ſubſtantialis, idcirco nullatenus durat in abſentia cauſe. ¶ Artificiorū autem alia eſt ratio: forma enī artificialis, cū nihil aliud ſit q̄ compoſitio rerum naturaliū, aut quomodolibet aliter eorū figura, in fieri dūtaxat pendet ab artifice: in eſſe vero cōſeruantur a ſubiecto naturali, vt patet de domo, veſte ⁊c.

8. Diuiſio cauſe, i. primam ⁊ ſecundam.

¶ Octaua diuiſio manifeſtiſſima eſt: cauſarum alia eſt prima ⁊ alia ſecunda. Cauſa prima eſt ſolus deus quippe qui a nulla alia dependet: ſed per ſuam infinitam eſſentiam, que ad nullū genus entiū coartať, eminenter eſt omnia. Cauſe vero ſecunde, ſunt reliq̄

que



que oēs ſiue vniuerſales ſint, ſiue particulares: nēpe que a pma dependēt nō ſolū in eſſendo: ſed in cauſando. ¶ Cauſis vniuerſalibus ſeorſum poſitis.

Diuiſio conſulens diſpo. ⁊c.

¶ Nona diuiſio eſt cauſarū particularium. Quā S. Tho. hic lec. 5. ponit. Inter cauſas efficientes alia eſt cōſilians: cōſultor enī dat agenti formā per quā agat, ſicut auus dat formā producendi filium, et generans dat graui formam per quam mouetur. Alia eſt cauſa diſponēs, ſicut faber lignarius dolat lapides, vt architectus conſtruat baſilicā. in naturalibus vero idem ignis per calorem diſponit paſſum ⁊ per calorem introducit formam vt ſequenti. q. videbimus. Alia vero eſt cauſa adiuuās: ſicut medicine iuuant naturam vt ſe reducat ad ſanitatē. ¶ Et per hec facile intelligūtur minutiores alie diuiſiones cauſe, in totalē ⁊ partialē, ſufficientē et inſufficientem, ⁊c. Cauſa enim conſulens eſt partialis et inſufficiens: ⁊ pariter adiuuans, et diſponens.

Diui. in principa. ⁊ inſtru.

¶ Decima deniq; ex inſignis diuiſio eſt. Cauſarum particularium alia principalis et alia inſtrumentalis. Cauſarum inquam, particularium. Nam cauſe vniuerſales in via Ariſtote. non diuiduntur contra inſtrumēta. Illa enim erat doctrina Platonis qui ſolam primam cauſam appellabat efficientē: reliquas vero oēs cauſas dicebat eſſe ei⁹ inſtrumenta, veluti inferiores artifices ſunt inſtrumēta architecti. Nec adeo multum erat ineptus ſermo. Niſi ꝙ cū creature habēt in ſe virtutes agendi, melius ait Ariſt. ꝙ cauſa principalis eſt illa que agit per propriam virtutē intendens perfecte aſſimilare ſibi paſſum: inſtrumentalis vero eſt que agit tanq̄ virtus, aut per virtutem cauſe principalis. vt faber lignari⁹ eſt cauſa principalis intēdens producere archā ſimilē ſue arti: ſerra vero eſt inſtrumētū qd ꝑ motionē artificis producit archā, ſimilē, non ſibi, ſed arti. Et in naturalibus ignis eſt cauſa principalis calefactionis per quam intendit producere ignem, in quo conſiſtit perfecta aſſimilatio: calor vero eſt cauſa inſtrumētalis: quia tanq̄ virtus ignis producit calidum que eſt quedam imperfecta aſſimilatio ignis tendēs ad perfectam. Et anima eſt principalis cauſa et nutritionis et generationis animalis: calor vero naturalis eſt cauſa inſtrumentalis nutritionis: ⁊ ſemē eſt inſtrumentū generatiōis. ¶ Unde inſtrumentū eſt duplex: aliud coniunctū ⁊ aliud ſeparatū. Inſtrumentū cōiunctum: vt calor in naturalibus, et ſerra vel calam⁹ in artificialibus. Tametſi hoc animaduertendū eſt hic, quod calor ignis, aut calor naturalis animalis quo fit nutritio, q̄uis dicanť quodāmodo cauſe inſtrumētales ad differentiā forme ſubſtantialis, nihilominus forme naturales nō dicūtur tā proprie inſtrumēta artificū: ſed forma tā ſubſtantialis q̄ accidētalis diciť principiū, quo, aut ſubſtantiale, aut accidentale. Et vtraq; eſt poti⁹ virtus agentis, q̄ inſtrumentum. Inſtrumentū vero coniunctum dicitur in artificialibus illud quod nullā virtutem habitualem recipit a cauſa principali preter motū quo actu moueť. vt patet de calamo ⁊ ſerra, que niſi actu moueanť nihil faciunt. Inſtrumentū vero ſeparatū eſt illud quod recipit aliquā virtutem qua, ſe mota cauſa principali, adhuc agit. Et hoc modo ſemē ſolet appellari inſtrumentū generationis ſeparatum: vel ſignificantius, virtus ſeparata, quomodo. San. Tho. aſtruit ſacramenta eſſe cauſas inſtrumētales dei ad producendū gratiam per virtutem quam habent a deo. Et hanc nihil aliud eſſe exiſtimo, q̄ inſtitutionē qua a Chriſto inſtituta ſunt ad talem effectū.

xj. Diui.

¶ Undecima eſt diuiſio quā Ariſt. ponit quartam. tex. 34. in cauſam in potentia, vt domificator, et in cauſam in actu, vt domū faciens.

xij. Diui.

¶ Duodecima deniq; diuiſio eſt que habetur tex. 30. Cauſarum enim efficientium alia eſt poſitiua: vt gubernator nauis eſt cauſa ſeruationis, ⁊ alia priuatiua, vt abſentia eſt cauſa ſummerſionis. Hic tamen eſt notandum ꝙ cauſa priuatiua non eſt cauſa per accidens, ſed per ſe, effectus priuatiui. Cum enim poſitiuum per ſe conuenit alicui poſitiuo, priuatiuū illius per ſe conuenit priuatiuo alterius. Et ideo cum per ſe cauſa conſeruationis ſit preſentia naute et gubernatio nauis, fit vt quādo pſens gubernādo poſſet ⁊ deberet nauē liberare, tunc eius abſentia ſit per ſe cauſa ſumerſionis. Unde illius ſumerſionis eſt duplex cauſa per ſe: altera poſitiua, vt ventorum impetus ⁊ procella, ⁊ altera ꝑuatiua. ſ. abſentia, aut negligentia naute. ¶ Poſſent hic p̄terea multiplicari alie diuiſiones cauſarū. Nā alia eſt cauſa naturalis. ſ. effectus illius qui concurſu naturali ſequitur: et alia eſt ſupernaturalis: vt cauſa creationis ⁊ gratie ⁊ glorie. Et naturalium id eſt que non ſunt miraculoſe: alia eſt libera et alia naturalis id eſt agēs ex neceſſitate, niſi impediatur. Sed de his ſatis.

Cā finali.

¶ Cauſa finalis ait Phyloſophus tex. 31. eſt id cuius gratia aliquid fit. Que diffinitio in commēto abunde expoſita eſt. Ubidq; modus agendi finis non eſt proprie efficere, ſed mouere agens ad opus ſecundum eſſe quod habet in intentione. Hoc tamen in agentibus a propoſito eſt euidentius. Artifex enī a fine qui eſt cōſtructio, aut habitatio dom⁹, mouetur ad opus: ⁊ infirmus a ſanitate quā deſiderat mouetur potionem potare: agentia vero naturalia non agūt ſe in fines: ſed aguntur a deo datore nature. Ubidq; brutum generans animal, aut hirundo faciens nidum ſine cognitiōe finis mouetur a natura ad procreandā prolem, vt corruptibiliū ſpecies perpetuo duret. Ueluti ſagitta a iacente directa mouetur ad ſignū.

Dubitatio.

¶ Eſt tamē hic non pretereunda dubitatio, vtrū finis habeat rationē cauſe ſecundum qd eſt in re, an ſcdm qd eſt in intētione. Exēpli gratia. Infirmus cognoſcens ſanitatē eſſe ſibi bonam cōcupiſcit eā: quo deſiderio mouetur ad ſumendū potionē. Dubium eſt vtrum ſanitas ſcdm quod eſt futura in re, an ſcdm qd eſt cognita moueat infirmū. Et videť ꝙ ſcdm qd eſt in intētione cognoſcentis ſit cauſa. Nā cōcurſus cauſe preſupponiť ad effectū: finis autē ſcdm eſſe reale non preſupponiť ad actionē, ſed ſcdm eſſe cognitum: quoniam per actionem, agentis acquiritur finis: quoniam nomen finis, idem ſonat, quod vltimū. Et confirmatur. Quod non eſt nō pōt eſſe cauſa: ſed finis ſecundū eſſe reale nō eſt quando eſt actio: ergo nec tunc ſecundum eſſe reale eſt cā. Pro ſolutiōe hui⁹ dubitatiōis notādū eſt ꝙ ly, ſcdm, pōt dicere, aut rōnem cauſe finalis, aut cōditionē que requiriť ad agendū. Diſtinctio patet in cauſa efficiēti. Rō. n. calefaciēdi in igne eſt calor: ſʒ ꝯditio reqſita eſt applicatio agētis ad paſſum.

Eſt ex-

Eſt ergo prima propoſitio. Finis mouet ſecundum eſſe reale quod habet poſtꝗ̄ eſt acquiſitus, vt ly, ſecundum, dicat rationem formalem finalizandi: vt hoc verbo explicemus modum peculiarem concurrendi finis. Probatur. Finis ſecundum Phyloſophum hic tex. 31. eſt illud quod eſt optimum ⁊ vltimum et cuius gratia omnia fiunt ſed illud optimum ⁊ vltimum cuius gr̄a oīa fiunt eſt finis ſecundum eſſe reale: optimū enim quod mouet infirmum ad ſumendā potionem eſt ſanitas quā exiſtimat ſe conſequuturū: ergo ſecundum eſſe reale mouet in ratione finis. ¶ Secundo idem confirmatur. Finis ⁊ bonum idem ſunt iuxta illud. 1. ethi. bonum eſt quod omnia appetunt: ſed nihil eſt bonum, niſi ſecundum eſſe reale: ergo ſecundum illud eſſe habet rationem finis. Probat̄ minor. Bonum idem eſt quod conueniens: at nihil alicui conuenit, niſi quatenus in re ad ſuam pertinet perfectionem: ergo nihil eſt bonum, niſi ſecundū eſſe reale. ¶ Et poſtremo arg̃. Illud eſt finis, quod ſi agens non cōſequatur, actio eſt fruſtra: ergo ſecūdum eam rationē qua agens illud cōſequitur habet rationē finis. ¶ Secunda propoſitio ſit. Finis mouet ſecundū quod eſt in intentione, vt ly, ſecundū, dicat cōditionem requiſitam. Eſt enim adnotandū ꝙ quēadmodum cauſa efficiens debet applicari localiter ſecundū realem preſentiam, ita modus proprius quo applicatur finis eſt per cognitionem, aut particularis agentis (ſi agit libere mouēdo ſe in finem, vt creature rationales) aut per cognitionem prime cauſe dirigētis: vt ſunt bruta ⁊ res inſenſibiles: que a deo mouentur in ſuos cuiuſꝗ̄ fines. ¶ Unde ad argumenta in contrariū reſpondetur, ꝙ iſte eſt proprius modus cauſandi finis, vt moueat anteꝗ̄ ſit in re. Et ideo Ariſto. 1. de gene. tex. 55. dicit ꝙ finis mouet metaphorice: quia non agit per contactum realem. Et in hoc differt ab efficiente. Poſſumus dicere ꝙ mouet intentionaliter: ſiquidem mouet producendo intentionem qua intenditur finis.

Concluſio ꝑncipalis

¶ Cūcluſio ergo reſpondens ad queſtionem eſt, quatuor eſſe genera cauſarum. ſ. materialem, formalem, efficientem, ⁊ finalem. Cuius diuiſionis ſufficientia quam Phyloſoph⁹ infra tex. 68. inſinuat, ⁊ S. Tho. explicat, eſt huiuſmodi. Cauſa, aut ſola cōſideratur quoad eſſe: et quantum ad hoc ſufficit forma que dat eſſe et quiditatem rei. Ob idꝗ̄ ſubſtantie ſeparate que habent quiditatem ſine materia appellātur forme. Aut conſideratur quantū ad fieri. Et tunc, cū aliquid produci in his inferioribus nihil aliud ſit ꝗ̄ id quod erat in potentia educi ad actum, neceſſaria eſt materia de cuius potentia educatur forma, ⁊ agens educens de materia formā, ⁊ preterea finis intentus a tali agente. Quia opera nature ſunt opera intelligētie, quibus actionibus res a prima cauſa in proprios diriguntur fines.

Ordo cauſarū.

¶ Ordo autem harum cauſarum eſt hic. Primus concurſus eſt cauſe finalis: quem ſequitur actio agentis: mox ad actionē agentis ſequitur forma in materia preſuppoſita. Atꝗ̄ adeo agens producit propter finem formam in materia, que eſt propter formam. Tria queſtionis argumenta principalia ſoluta ſunt.

Ad. 4. ꝑn.

Supereſt ergo quartum diluere quo petitur ſenſus diffinitionis cauſe: nempe cauſa eſt id ad quod aliud ſequitur. Ex primū omnium manifeſtū eſt, vt ait ipſe Phyloſophus. tex. 37. non intelligi de cauſa in potentia. Stat em̄ ꝙ ſit edificator anteꝗ̄ ſit domus, ⁊ ꝙ ſit animal anteꝗ̄ generet filium. Exponitur ergo fere ab omnibus de cauſa ea ratione qua actu agit, ⁊ de effectu ea ratione qua actu fit. Manifeſtū enim eſt ꝙ ſi edificator edificat, aliquid edificat̄: et ſi homo generat, aliquid generatur. Hec enim verba, edificatur, generatur, ampliant. ¶ Attamē ꝗ̄uis verum ſit huiuſmodi cōſequentias eſſe neceſſarias non tamen plane videtur hic eſſe ſenſus diffinitionis cauſe, nec ſenſus Phyloſophi dicentis ꝙ cauſa in actu et effectus in actu conuertuntur. Enimuero hoc potius eſt exprimere naturā relationū actiōis ⁊ paſſionis, ꝗ̄ rationē cauſe. Actio em̄ ⁊ paſſio in actu dicunt̄ correlatiue: eo ꝙ motus idē vt ab agēte eſt actio, ⁊ vt a patiēte eſt paſſio. Et iō actio ⁊ paſſio ſolū differūt penes diuerſas relationes. Que quidē explicant̄ cū dr̄ in hac conſequētia, agens agit: ergo patiens patit̄. Ratio vero cauſe precedit actionē, ſaltē natura. Itē quia nihil eſſet dicere, cauſa eſt, que cum aliquid cauſat, fit illud quod cauſat. Nam diffinire cauſam per cauſare, eſſet diffinere idē per idē.

Sēſus diffinitionis cauſe.

¶ Aliter ergo dicendū eſt: nempe ꝙ illa diffinitio intelligēda eſt, nec ſimpliciter materialiter de re que eſt cauſa, nec rurſus in alio extremo, vt includat actionem: ſed medio modo de cauſa formaliter ſecndū rationē cauſe. ſ. Cauſa eſt qua poſita ſecundum rationem cauſe ponitur effectus. Poni autem ſecundū rationem cauſe eſt ꝙ omnia requiſita ad agendum, vel cauſandum (vt oēs cauſas includamus) ſint debite applicata ad opus. Intelligitur ergo cum quinꝗ̄ conditionibus, videlicet ꝙ ſit cauſa, totalis per ſe, naturalis, debite applicata, ⁊ non impedita. Totalis inꝗ̄, quia poſito ſole non generabitur homo, niſi ponatur etiam homo vt cauſa. Per ſe, quia poſita foſſione ſepulchri non ſequitur neceſſario inuentio theſauri: eo ꝙ eſt cauſa eius per accidens. Naturalis (vt diſtinguitur contra voluntaria) nā cū homo ſtatuit hodie apud ſe eris facere ſtatuam, poſita illa volitione non ponitur ſtatim effectus, niſi pro ſtatuto tempore a volūtate. Immo deus ab eterno predeſtinauit producere mundū: non tamen poſita predeſtinatione factus eſt mūdus, niſi in tēpore deſtinato. Debite applicata, quia ignis nihil agit, niſi intra ſpherā ſue actiuitatis. Non impedita, quia ignis ille babilonice fornacis applicatus pueris nihil illis nocuit ſubtrahente deo concurſū generali. Et qui ardentem furnum intrant nihil ab igne ledūtur, aut prohibente lapide quem dicūt naturales (ſi quis cum manu teneat) ignem ab actione prohibere, aut propter vnctionem qua ſecundū alios liniunt̄. Itidem debite applicato ſemine in matrice, impedientibus alijs cauſis naturalibus, aut nihil generatur, aut generatur monſtrū. ¶ Sed arg̃ contra hanc ſolutionem. Quando animalia conueniunt ad generationē tunc cauſa ponitur ſub ratione cauſe: ⁊ tamen effectus non ponitur, puta filius. ⁊ quando ſtatuarius incipit dedolare lignum, iam tunc ponitur cauſa ſub ratione cauſe et tamen non ponitur effectus: ergo adhuc iſto modo non ſatis defenditur diffinitio cauſe. ¶ Reſpondetur vno modo ꝙ ſatis eſt poni tūc effectū in fieri: cum em̄ ſemen deciditur filius eſt in fieri, et cum fundamentum iacitur, domus eſt in fieri. Hoc tamen ſi recte inſpiciatur, videtur recidere in priorem ſolutionem quam ſuperius reprobauimus. Et ideo aliter forſan dicendū eſt ꝙ q̄ū dr̄ cauſam eſſe id ad quod ſequitur aliud: in cauſis naturalibus, intelligitur in tēpore determinato a natura, ſi non impediatur actio. Unde ad hoc qō vere pater ſit cauſa filij, ſatis eſt ꝙ mō faciat id vnde poſt nouem menſes naſcetur filius niſi aliqua cauſa impediat̄ animatio embrionis. Et ꝓportionabiliter dicendū eſt in artificialib⁹. Et hec eſt doctrina Ariſt. 2. poſt. tex. 25.

Cauſa ampliat.

¶ Hinc ſequit̄ ꝙ hoc nomen cauſa, ampliat a parte poſt. i. ampliat nomē effectus. Hec em̄ eſt vera Petrus eſt cauſa Pauli, eo momēto quo Petrus generat. Et ideo ly, Pauli, ampliat̄: ſicuti in hac, Paulus generatur. Nec tn̄ ly, cauſat, nec ly, gn̄atur, ampliat ſimpliciter: q̄r vtrūꝗ̄ ponit effectū eſſe iā in fieri. Sed tamē a parte ante non ampliatur ly, Petrus. Etenim ſi quādo embrio animat̄ mortuus eſt pater qui genuit, illa eſt tunc falſa, Petrus eſt cauſa, aut, Petrus generat, tametſi cum addito verū ſit dicere, virtus Petri generat, ſeu, Petrus manens in virtute ſeminis generat, ſicuti Ariſtote. concedit. 8. huius ꝙ graue mouetur a generante quod non eſt in re: ſed in virtute quam impreſſit graui vt queſtione. 1. dictum eſt. ¶ Sequitur ſubſequenter queſtio. 4.

In capite. iij. tex. xxix. Amplius vnde principium mutationis &c.

## ¶ Quæſtio quarta.

### VTRVM FORMA SIT PRINcipium quo cauſa efficiens agit.

A Parte negatiua arguitur primo contra id quod queſtio ꝓſupponit. ſ. cauſas ſecundas aliquid agere. Deus in rerum natura nihil fecit redundans atꝗ̄ ſuperfluum: ſed concurſus cauſarum ſecundarum eſt ſuperfluus: ergo neutiꝗ̄ eſt aſſerendus. Prob̄r minor. Deus cuiuſcunꝗ̄ motus horum inferiorum eſt cauſa ſufficientiſſima: que vt in dogmatibus eſt theologorum, vbiꝗ̄ eſt preſens per eſſentiā preſentiā et potentiā (a fine enim ad finē attingens, vt habetur ſapiētie. 8. diſponit omnia ſuauiter) nec eius infinita potētia auxilio indiget vllo creaturarum: ergo creatura nihil agit, ſed deus ad preſentiam ignis calefacit: et ad preſentiam ſolis illuminat ⁊c. ¶ Secundo principaliter arg̃ contra id quod querit̄. Si forma ſubſtantialis eſſet principium formale actionis, ſequeretur ꝙ ignis non eſſet per ſe cauſa efficiens actionis: quod eſt falſum: nam certe id quod per ſe calefacit eſt ignis. Sequela tamē probatur: quia tunc ignis calefaceret per formā: atꝗ̄ adeo forma eſſet per ſe principium, et non ignis. ¶ Tertio principaliter arg̃. Si forma ſubſtantialis eſſet principiū quo principale ad ꝓducendū ignē, eadē ratione calor eſſet principium quo inſtrumentale ad eundē effectū: nā ſicut homo pedibus ambulat ⁊ oculis videt, ita calor videt eſſe inſtrumentū gn̄ationis ignis: cōſequens tn̄ videt̄ falſum: q̄m tūc accidēs ꝓduceret ſubſtātiam: ⁊ per cōſequēs ageret vltra perfectionem proprie ſpeciei. ¶ Quarto principaliter arg̃. Si forma eſt principium actionis, etiam calor erit principium calefaciendi: ⁊ tunc ſequeret̄ ꝙ calor ſeparatus ab igne, vt calor hoſtie conſecrate, poſſet calefacere naturaliter ſine miraculo, preter illud quo conſeruatur ſine ſubiecto: conſequens eſt falſum: ergo et antecedens. Probat̄ minor ex Ariſtotele in principio metaphyſice ⁊. 1. de anima text. 64. vbi ait ꝙ forma non agit: ſed ſuppoſitum. ¶ Quinto deniꝗ̄ et poſtremo arguitur. Si forma eſſet principium actionis, ſequeretur ꝙ virtus et actiuitas agentium deberet attēdi penes multitudinem forme, nam multiplicata, aut diminuta virtute, eadem proportione creſcere, aut decreſcere actionem neceſſarium eſt: conſequens tn̄ eſt falſum: ergo et antecedens. Probat̄ minor. In ferro candenti (vbi tamen formalr̄ nō ſit ignis) minus multo eſt multitudinis caloris, ꝗ̄ in flāma ſtupe ignite, q̄r cū in flāma ſit ignis, calor eſt illic ſumme intēſus qualis non eſt in ferro, vbi non eſt formaliter ignis: vbicunꝗ̄ tamen calor eſt intenſior, videtur plus eſſe de multitudine caloris: ⁊ tamē experientia cōpertū eſt ferrū multo vehementius calefacere ꝗ̄ flāma ſtupe: ergo nō attenditur actiuitas ex multitudine forme. ¶ Pro parte affirmatiua queſtionis eſt Ariſ. qui in textu preſenti. 29. dicit cauſam efficientem eſſe illā vnde ſumitur principiū motus, vbi aſſerit cauſas ſecundas eſſe actiuas. Et. 3. huius tex. 17. affirmat formam (quam appellat ſpeciem eſſe) principium et cauſam motus.

Tres opiniones.

¶ De materiali cauſa libro primo, ſatis dictū eſt, et de fine. q. 6. plura dicturi ſumus. Reſtat ergo hic de efficiente ⁊ forma examinare, vtrum forma ſit principium quo cauſa efficiens operatur. Ad quam queſtionem iuxta numerum ⁊ ordinem argumentorum quinꝗ̄ cōcluſionibus reſpōdebimus. De efficientia cauſarū, due fuerunt antique extreme opiniões: quas. 2. ſent. d. 1. q. 1. arti. 4. recitat. S. Tho. in quarum medio conſiſtit ſententia vera. Prima fuit quorundam opinio, qui primo, quod fecimus argumento adducti, opinabantur cauſas ſecundas neꝗ̄ vniuerſales, nec particulares quicꝗ̄ agere. Quā poſtmodū opinionē comprobat Gabri. 4. ſen. d. 1. q. 1. dicens, ꝙ cauſe ſecunde nihil reuera agūt: ſed deus in ipſa ſtatim rerum creatione pepigit ad preſentiam creaturarum ſe ſtatim agere. Unde quando ignis applicat̄ ſtupe nihil ignis agit: ſed deus ad preſentiam ignis ex lege quā ſtatuit calefacit ſtuppam et tandem comburit. Quemadmodum (inquit) ſi nunc ſtatuerem legē, vt quotieſcunꝗ̄ ego dicerem, fiat ignis, ipſe ad preſentiam verbi producerem ignem. Sicut in rei (inquit) veritate pepigit cum verbis conſecrationis, vt ad preſentiam verborum Chriſtus ſe poneret in ſacramento, verbis nihil agentibus. ¶ Hanc opinionem loco citato. S. Thom. merito negligit impugnare: ſed ait poſitionem eſſe ſtultam: ſane que ordinem tolit vniuerſi. Ego, niſi. S. Tho. dixiſſet, nō auderē quoꝗ̄ hoc verbo ſub notare. Sed tamen profecto indigna eſt que opinionibus phyloſophorum annumeretur. Immo neꝗ̄ illi audiendi ſunt, qui temperantius loquentes dicūt ſatis nō eſſe euidēs ignē calefacere et ſolē illumi

illuminare. ¶Alia in alio extremo fuit opinio, ꝙ
deus nõ agit immediate: ſed ipſe creauit primū
ens.ſ.primū angelū, ⁊ ille per virtutē receptam a
deo creauit ſcdm: ex vltimus celū ⁊ celū iſta infe-
riora. Eodē iſti mouebant argumēto: q2 nõ pote-
rāt intelligere quõ de⁹ ⁊ cā ſcda ſimul immedia-
te cõcurrunt ad eundē effectū: nam ſi deus con-
curreret, ipſe ſolus videretur ſufficere. ¶Hāc opi
nionem ſequutus eſt Auicena. vt refert. S. Th.
1.Cõclu. 1.p.q.45.articu.5. Sed iſta opinio preſertim dero
gat religioni Chriſtiane. ¶Unde contra opinio-
nem vtranq3 ſtatuitur hic. prima cõcluſio. Ad mo
tum omnem ⁊ actionem naturalē, nec deus So-
lus, nec ſola creatura, ſed deus ſimul ⁊ cauſe vni
uerſales ⁊ cauſa particularis cõcurrūt. Qõ non
ſolū deus cõcurrat euidentiſſimū ⁊ pfecto quan
ta eſſe poteſt naturali euidentia. Primo q2 alias
nulla eſt in rei veritate cauſa ſecunda efficiens
preter deum: nā qõ deus ad preſentiam ſolis ca-
lefaciat, nõ ſufficit, vt ſol ſit aut dicat cauſa: ſed cā
ſine qua non: quā paulo ante dixim⁹ eſſe cauſam
per accidēs nihil ad rem pertinēs, ſicut muſicus
eſt cauſa ſtatue, ¶Secundo. Si deus nõ fecit res
propter operationes, ocioſas illas fecit, atq3
adeo ſuperfluas ⁊ ſine aliqua prorſus neceſſita-
te: quod ſapiētie diuine maxime derogat. Probr
ſequela: nā ſi ſol non eſt qui illuminat ſine ſole il-
luminaſſet nos deus eo mõ quo ſcdm iſtos nunc
illuminat: quid ergo opus fuit ſolē creare, vt ad
eius preſentiam deus illuminaret. ¶Tertio quia
tūc nulla eſſet ratio quare magis ad preſentiam
ſolis ſtatuiſſet illuminare, q̃3 ad preſentiam alte-
rius cuiuſcunq3 rei nec eſſet ratio cur potius ad
preſentiam ignis ordinaſſet calefacere, q̃3 ad pre
ſentiam aque: nec eſſet r... cur potius ad pſen-
tiam cibi nutrire t animal, q̃3 ad preſentiam aeris
ſubintrantis per reſpirationem. At vero quis
adeo ſit ſtupidus qui non palam videat naturā
ſolis eſſe illuminare, nõ autē naturā ligni, ⁊ natu
rā ignis eſſe calefacere, ⁊ naturā ppriā aialiū eſ-
ſe nutrire: qõ nõ cõuenit rebus aliis inanimatis:
⁊ naturā aque extinguere ſitim: ⁊ naturam melis
aliū gn̄are saporē in guſtu q̃3 generat acetum. Et
reuera qui hoc negat, ſine cauſa dicat neceſſe eſt
creatas eſſe naturas herbarū: alimētorūq3 ⁊ alia
rū penitus rerū tā variorū ſaporū ⁊ ceterarū vir-
tutū. ¶Qõ ſi quis dicat hāc cēſeri eſſe naturā re-
rū, pp ter ſolū pactū in earū creatiōe factū a deo.
Argr ſic. Aut pactū hoc intelligit ſup additū natu
re rerum, aut ꝙ de intrinſeca rõne ⁊ eſſentia ſolis
eſſet illuminare, et ignis calefacere ⁊c. Si primo
modo: vt iſti ſe exponūt, iā tūc certe negāt illam
eſſe naturā rerū: nā qõ nõ ptinet ad eſſentiā, non
pertinet ad naturā: dicere em̄ nemo poteſt natu-
rā verbor cõſecratiõis eſſe trāſubſtantiare panē
in corp⁹: cū poti⁹ ſup naturaliter ad hoc fuerint
inſtituta: ratione cui⁹ inſtitutionis ſunt quidem
cauſa: ſed tn̄ ſupnaturalis tāq3 inſtrumentū dei.
Et reuera q̃uis de⁹ in pma inſtitutiõe rex ſtatuiſ
ſet ad preſentiā lapidis hoiem gn̄are, nunq̃3 eſſet
hoc lapidi naturale. Si vero ſcdm dicat, hoc illõ
eſt qõ nos venari cõtendimus: nēpe ꝙ de intrin-
ſeca rõne ⁊ eſſentia ſolis eſt eſſe luminoſum: ⁊ ani
malis, nutrire ſe ⁊ gn̄are ſibi ſimile ⁊c. Qõ ſi hoc
eſt illis naturale, nõ potuit de⁹ aliter res cõdere.
Ut enim nõ potuit facere hominē qui nõ eſſet ani
mal rationale, ita nõ potuit facere animam: que
non eſſet cauſa ſue nutritionis: ⁊ ſolē, qui ſuapte
natura non eſſet cauſa luminis. Enimuero vt ait
Auguſtinus ante mundi creationem quatuor et
tria erāt ſeptem: nec deus potuiſſet aliud facere.
Et parimodo nec deus potuit facere quin cauſe
iſte naturales ſuapte natura eſſent cauſe: propte
rea nāq3 dicunt cauſe naturales. Ecce ergo mani
feſtā rõnem cõcluſionis. Res ab intrinſeca ſua rõ
ne ⁊ natura ſunt cauſe: ⁊ tales eas deus condidit
qualiter ſue cõueniebat nature: ergo ad effect⁹
iſtos particulares non ſolus deus, ſed cauſe iſte
particulares cõcurrūt. ¶Quarto ꝙ hoc ſit etiam
lumine naturali euidentiſſimum cõfirmatur au-
thoritate Ariſto. ⁊ omnium Phyloſophorū aſſe-
rentium iſta principia naturalia. ſ. ignis eſt cale-
factiuus, aqua eſt frigefactiua, et alia id genus,
experientia eſſe per ſe nota. Quare indignus eſt
hec negans, contra quē Phyloſophus naturalis
diſputet. ¶Quinto quomodo dicere iſti poſſunt
ꝙ homo non eſt qui loquitur, aut ambulat: cum
hoc fiat per motum lingue et pedum. Et preſer-
tim in actionibus liberis, quomodo homo mere
tur, ſi ipſe non eſt qui ſtudioſe agit: aut quomodo
peccat, ſi ipſe non eſt qui occidit hominē. Quin
etiā, quõ concedendū eſt ꝙ nõ homo, ſed de⁹ ad
preſentiam paſſionis praue, elicit odium ſui in
homine. ¶Et preter authoritatē Ariſt. omniūq3
Phyloſophorū, quibus nihil notius vnq̃3 fuit, q̃3
actio ſecundarū cauſarū, eſt etiā expreſſus locus
facer gene.1. vbi habetur Germinet terra herbā
virentē ⁊ facientē ſemen, ⁊ lignū pomiferū faciēs
fructū iuxta genus ſuum cuius ſemen in ſemet-
ipſo ſit ſuper terram. Ecce non deus ſolū, ſed ter
ra produxit lignum quod in ſemetipſo habet ſe-
men ad procreandā ſpeciem. Et rurſus homini-
bus dictum eſt Creſcite et multiplicamini: nem-
pe per propriam actionē. At quid em̄ neceſſarius
eſſet concurſus vtriuſq3 ſexus, deciſioq3 ſeminis,
et tam multe eius tranſmutationes, niſi cauſe ſe-
cunde aliquid agerent? Et.1. de trini. Augu. Sic
deus res quas condidit adminiſtrat, vt eas ſuos
motus agere ſinat. Fuerim in re manifeſta ali-
quanto prolixior, vt admonerem non eſſe cuiuſ-
uis aſſertum inter opiniones continuo referen-
dum. Quod autem ſolum cauſa ſecūda cõcurrat De⁹ vbiq̃ cõcurrit.
ſine deo, imprimis eſſet erroneum id aſſerere et
contra prouidētiā dei, qua immediate oibus pro
uidet, vt Gregorius adnotauit ſup illud Job.34.
Quem conſtituit aliū ſuper terrā: aut quē poſuit
ſuper orbē quem fabricatus eſt. Et contra illud
Joa.5. pater meus vſq3 modo operatur: et ego
operor. ¶Eſt tamen ratio optima naturalis. Res
naturales per formas eaſdē operantur, p quas
habent eſſe: nam eſſe eſt propter operari, ergo
eo modo quo res a deo dependent in eſſe, depen
dent in operari: ſed in eſſe dependent a deo con-
ſeruante eas per ſuam preſentiā: ergo eodem mo
do cõcurrit cum illis ad operandum per preſen-
tiam. ¶Et confir. Rem fieri, eſt eſſe acquirere: ſed
res dum ſunt conſeruantur a deo preſente ipſis
rebus: ergo dum fiunt per ſe etiam deus attin-
git earum productionem. Hac enim vna ratio-
ne, Sanc. Thom.1.p.q.8. articu.1. et theologi re-
cte ſentientes probant deum eſſe preſentem om-
nibus rebus per eſſentiam: nempe quia imme-
diate attingit effectum. Nam alias, ſi ſolū moue-
ret primū angelū, et angelus moueret orbem, et
orbis



orbis hec inferiora, nullum eſſet argumētum ꝙ
deus eſſet hic preſens. Non ergo ſolus deus mo-
uet hec inferiora per imperium, ſicut rex vno lo-
co exiſtēs per imperium mouet totum regnum:
ſed immediate attingit, ſicut calor ignis attingit
ſtuppam. ¶Et confirmatur hec rõ: quia niſi deus
immediate concurreret cū cauſis ſecūdis, ſeque
retur ꝙ nõ poſſet eas prohibere a ſuis motibus,
niſi obijciendo contrarijs contraria. ſ. non poſſet
ignem impedire ne calefaceret, niſi cõtra ponen
do aquam vel aliam cauſam frigiditatis. Nam ſi
deus non concurreret in quacunq3 actione, tunc
ſuſpendendo concurſum, non impediret actionē
cauſe particularis. Hoc tamē derogat eius om-
nipotentie. Immo ſolum ſuſpēdendo cõcurſum
generalē ad motū fecit ſolē ſiſtere Joſue.3. ⁊ ignē
nõ agere in fornace. Eſt ergo cõcluſio pncipalis
vera, ꝙ deus cū cauſis tam vniuerſalib⁹ q̃3 parti-
Ad.1.pn. cularibus cõcurrit ſimul ad eundē effectū. ¶Un-
de ad minorē primi principalis argumenti con-
ceditur deū eſſe cuiuſcūq3 motus cauſam, q̃ om-
nibus aſſiſtit per ſuā preſentiā et omnipotentiā:
negat tn̄ cõſequētia qua inde infert, cauſam ſecū
dā nihil agere. Diſpoſitio em̄ qua deus oia ſuaui
ter diſpoſuit eſt ꝙ res conditas ſuis naturalibus
virtutibus cõceſſit agere: ⁊ iā dictū eſt deū nõ po
tuiſſe creare rerū naturas quātū ad eſſētialia ali
ter q̃3 fecit. Potuit nanq3 nõ creare ignem, nec ſo-
lem: ſed ꝙ creatus ſol nõ eſſet luminoſus, ⁊ ignis
non eſſet calidus, nõ potuit fieri. Unde ſi non ſi-
neret res agere, impediret virtutes naturales.
vt fecit in miraculis iam modo citatis. ¶Unde
ad argumentum Gabrielis. Deus eſt cauſa ſuffi-
cientiſſima: ergo creatura non agit, diſtinguitur
antecedens. Quod enim deus ſit cauſa ſufficien
tiſſima in habitu id eſt que ſi vellet ipſa ſola face-
re quod facit cum cauſis ſecundis, id quidē con-
ceditur. Quod autem ille concurſus, quo con-
currit cum cauſa ſecunda, ſufficeret facere quod
facit cum cauſa ſecunda, id negatur. Et ideo non
eſt ſuperuacaneus cõcurſus cauſe ſecunde. ¶Ex
quo ſequitur dictum illud Petri de aliaco in prin
cipio.4. ſent. ſ. ꝙ plus facit deus quando cõcur-
rit cum igne ad producendum ignem, q̃3 ſi ſe ſolo
produceret ignē, propterea ꝙ qñ cum igne cõcur
rit non ſolū eſt cauſa effectus ignis, ſed eſt cauſa
ꝙ ignis calefaciat, certe, bona venia dixerim, nõ
eſſe verū: licet ſit a Gabriele et alijs tam celebra-
tum. Nam quando ſe ſolo facit, ſupplet concur-
ſum cauſe ſecunde: et ideo ſpecialiori modo con
currit: id maxime ſi rem ex nihilo producat. In
hac enim ſalebra iſti herent, ꝙ putant cõcurſum
cauſe ſecunde nõ eſſe illi naturalē. Si enim hoc
inſpicerent, viderent minus eſſe deum agere cū
cauſis ſecūdis, q̃3 ſupplere vicem earum: primū
enim eſt natura, ⁊ ſecundū eſt miraculū. Ubi au-
tem talis virtus non eſt naturalis cauſe ſcde fa-
teor ꝙ maius forte miraculum eſt deum facere.
v.g. ꝙ verba ſacramentalia actiue inſtrumenta-
liter cõcurrant ad cõſecrationē panis, q̃3 ſi abſq3
aliquo inſtrumento creato id faceret. ¶Sed re-
ſtat argumentum vbi plus eſt difficultatis. Si
deus et orbes celeſtes et ignis ſimul concurrunt
ad calefactionem, aut concurrunt eque imme-
diate, ſicuti duo impellentes colūnam quam vo-
lunt proſternere: aut ignis cõcurrit immediate:
et deus mediate, ſicut ſerra immediate ſerrat et
artifex mediate per ſerram: itaq3 iſte creature
ſunt ſicut inſtrumenta dei. Hoc ſecūdum dici nõ
poteſt: quoniam ſi deus ſolum moueret ignē ad
comburendum ſtuppam, non immediate attin-
gendo formā que inducitur in materiam ſtuppe,
non eſſet per eſſentiam preſens omnibus rebus:
quod, vt modo dicebamus, falſum eſt. Si autem
immediate concurrat primo modo, tunc non vi-
detur quid agat ignis. ¶Et confir. Deus conſer-
uat iſta inferiora mediantibus cauſis ſecundis
vt.1.p.q.104.arti.2. probat. S. Tho. Creauit enim
illas immediate ſine cauſis ſecundis: ſed cõſer-
uat eas mediātibus cauſis ſecundis: ergo cauſa
particularis immediatius attingit effectum q̃3
deus. ¶Sed ex alia parte, videtur ꝙ etiā deus im
mediatius attingat. Nā prius natura deus vide-
tur concurrere, q̃3 ignis: ſiquidem deus eſt cauſa
mouens ignem q̃3 e conuerſo. Difficile ergo eſt
explicare quomodo deus et relique omnes cau-
ſe concurrant eque immediate. ¶Hic conſueue-
runt quidam diſtinctionem facere quam ex. S.
Thom.3. contra gent. capitu.70. ſibi videntur eli-
cere. Nempe ꝙ dupliciter aliqua cauſa dicitur
immediata. Uno modo immediatione virtutis: ⁊ Immediate dupl'r.
alio modo immediatione ſuppoſiti. Illa cauſa
eſt immediata immediatione virtutis, que agit
per propriam virtutem: et illa dicitur hoc mo-
do mediata, que agit per virtutem quam rece-
pit ab alio. Sed illa cauſa eſt immediata imme-
diatione ſuppoſiti, que attingit effectum per
hoc quod mouetur ab alio: et illa eſt hoc mo-
do mediata que mouet aliud ſuppoſitum. vt in ſe
ctione ligni artifex eſt cauſa immediata imme-
diatione virtutis: et ſerra mediata, ſed immedia-
tione ſuppoſiti contrario modo ſerra eſt cauſa
immediata: et artifex mediata. Hoc modo di-
cūt deū concurrere immediatus immediatione
virtutis: ⁊ ita ſolēt homines dicere ſe aliquid fa-
cere mediante deo: quia agūt per virtutē quam
recipiunt a deo. Sed immediatiõe ſuppoſiti cau
ſe particulares immediatius attingunt: nā me-
diātibus illis. ſ. per virtutes quas eis cõmunicat
cõſeruat hec inferiora. Nec prorſus diſplicet iſta
diſtinctio (q̃uis nõ ſit formalr. S. Thome) dūmõ
nõ intelligat eſſe integrā ſimilitudinē. Nā primū
res naturales agūt p virtutē ſibi ppriā cõpeten-
tē ſue eſſentie: licet habeāt illā a deo, ſicut ab illo
habēt naturā. Et preterea deus nõ eſt vt artifex,
qui nõ tāgit lignū: nā per eſſentiā, vt dictū eſt, eſt
preſens effectui qui producit. ¶Unde non eſt ne-
ceſſarium nos cõſtringi his anguſtijs: ſ3 ſatis eſt
dicere ꝙ ſingule cauſe concurrunt in ſuo genere
immediate: et quelibet eſt in ſuo ordine totalis:
puta ignis tanq3 cauſa vniuoca et particularis,
et orbes celeſtes, tanq3 cauſe vniuerſales a qui
bus particulares pendent: et deus tanq3 cauſa
omnium prima. Quam ob cauſam. San. Thom.
loco citato ait ꝙ principalius effectus depēdet
a prima cauſa: ⁊ quanto cauſa eſt ſuperior: tanto
principalius depēdet ab illa. Hec ille. Sed tn̄ eſt
cõſiderandū ꝙ cū cauſe vniuerſales indifferēter
ſe habeant ad omnes effectus, cauſa particula-
ris determinat oēs cauſas vniuerſales, quaſi ma
terialiter, ad productionem huius effectus. Et
ideo quantum ad emanationem, effectus imme-
diatius procedit a cauſa particulari: eo ꝙ produ
citur ſimilis, nõ cauſis vniuerſalibus, ſed parti-
 cula

culáribus. ¶ Sꝫ aliud poſſet fieri argũ. Deꝰ p̄us
natura agit q̃ cauſe ſcđe: ergo qñ cauſe ſcđe agũt
iã eſt ꝓductus effectꝰ. Rñdet ꝙ prioritas hec na-
ture nõ eſt ꝑoritas inſtãtis, in quo ver͛ ſit dicere:
deus agit qñ creature non agũt. Nõ eñ prius iſto
mõ deus agit q̃ creatura ſꝫ oĩno ſimul. Qđ autẽ
prius natura deꝰ agat, nihil aliđ eſt, q̃, ꝙ deꝰ mo-
ueat creaturas ad agendũ: nõ tñ prius mouet, q̃
cã particularis determinet in gñe cãe v̾lis cãs
v̾les ad agẽdũ. Et hoc eſt memorie cõmendãdũ.

2. Conclu. ¶ Secunda cõcluſio. Forma ſub-
ſtantialis eſt principiũ formale principale quo
agens agit: ⁊ forma accidentalis eſt principium,
quominus principale quodammodo inſtrumen
tale. Probatur primo authoritate Ariſt. ſupra ci-
tata. 3. huiꝰ. tex. 17. vbi ait ꝙ ſpecies. i. forma prin-
cipium eſt ⁊ cauſa motus. Et confirmatur ratio-
ne. Vnũquodq; agit inquantum eſt actu: ſed per
formam res eſt in actu: ergo per eam operatur.
Exponitur maior. Id quod eſt poſſibile, vt anti-
chriſtus, per hoc ſolũ quod poſſit eſſe, nihil agit
realiter. Nec id quod põt eſſe calidũ, calefaciet
niſi actu ſit calidũ. Et per cõſequẽs ignis nõ pro-
ducit ignem, niſi per id quod eſt actu ignis: necꝫ
equus ꝓducit equũ, niſi per id qđ eſt actu equꝰ:
ſed ignis eſt ignis, ⁊ equꝰ eſt equus, per formas
ergo: illa ſunt principia agendi. ¶ Preterea. Intẽ-
tio agentis eſt aſſimilare ſibi paſſum: ſed paſſum
non aſſimilatur agenti, niſi in forma ⁊ ſpecie: er-
go forma eſt principium agẽdi. ¶ Et poſtremo id
confir. q: materia nullius eſt actiuitatis: reſtat
ergo vt actio ſit a forma. ¶ Scđa pars cõcluſiõis
probr̃. Queadmodũ forma ignis eſt id quo ignis
eſt ignis, ita calor eſt id quo ignis eſt calidꝰ: ſed
eo principio quo aliquid eſt actu tale facit ſibi ſi-
mile, ergo ſicut per formã facit ignẽ, per calorem
facit calidum. ¶ Et cõfirmatur: quia quicquid eſt
calidum, ſiue ferrũ, ſiue aqua calefacit. ¶ Atqui
in hac concluſione vt iacet nulla eſt inter docto-
res cõtrouerſia. ¶ Vnde ad. 2. principale reſpõde-
tur ꝙ eſſe per ſe principiũ et cauſam actionis ſtat
dupliciter, vno mõ tanq̃ principiũ, quod, et iſto-
modo ignis eſt per ſe cauſa ⁊ principiũ calefaciẽ-
di ⁊ generãdi ignẽ: q: qđ alicui cõuenit ꝑ ſuã pro-
priã formam cõuenit per ſe. Alio mõ tanq̃ princi
piũ, quo, qđ eſt eſſe rõnẽ formalẽ agẽdi: ⁊ hoc cõ-
uenit forme que dr̃ principium ꝑ ſe et ꝑmo. Quo-
circa deus: q: eſt res ſimpliſſima eſt per ſe pri-
mo principiũ ſuaꝝ actionũ tanq̃ qđ ⁊ tanq̃ quo.

Ad. 2. ꝑn. ¶ Eſt autẽ hoc ſub iudice vtrũ
accidentia ſint inſtrumenta attingentia ad pro-
Scotus. ductionem forme ſubſtantialis. v. g. ignis per ca
lorem nõ ſolũ calorem: ſed formã ſubſtãtialẽ pro
ducat. Scotus nãq; in. 4. ſent. d. 12. q. 3. pro indubi
tato habet ꝙ accidens, nec principaliter, nec in-
ſtrumẽtaliter cõcurrit ad ꝓductionẽ forme ſub-
ſtãtialis. Precipua ⁊ vnica eius perſuaſio eſt quã
tertio argumento tetigimus: nempe ꝙ nulla res
agere põt vltra ſuã ſpeciẽ. i. ꝙ res inferior nõ po-
teſt producere effectũ ſe nobiliorẽ. ¶ Nihilominꝰ
et ratio phyſica ⁊ oculata experiẽtia videt̃ cõtra-
rium perſuadere. ¶ Ideoq; tertia cõcluſio huius
queſtionis eſt. Calor eſt igni inſtrumentũ ad pro
ducendũ non ſolũ calorẽ, ſed formã ſubſtantiale.
Probr̃. Nõ medioꝝ ſummit a rõne finis, vt in hoc
ſcđo. tex. 91. aſſerit Ari. ſed ignis nõ calefacit, niſi
vt formã ſubſtãtialẽ inducat in materiã: ergo ca-
lor qui eſt inſtrumentum calefaciendi eſt ſimul
inſtrumentũ ꝓducendi formã. ¶ Et cõfir. Ad pro-
ductionẽ caloris q̃ eſt minima diſpoſitio ad intro
ductionẽ forme ſubſtantialis ignis, naturali ne-
ceſſitate ſubſequit̃ forma ſubſtãtialis: ſꝫ calor at-
tingit illã diſpoſitionẽ: ergo attingit formam. Et
cõfir. q: certe calor naturalis in aĩali inſtrumen-
tum eſt nutritionis ⁊ augmẽtationis, vt expreſſa
eſt doctrina Phyloſophi. 2. de aĩa tex. 50. nutritio
aũt eſt ꝓductio partialis ſubſtãtie: ergo. ¶ Sꝫ ſe-
cũdo argr̃. Radij ſolares in ſpeculo cõcauo refle
xi ꝓducũt formã ignis: ergo calor ꝓducit ſubſtã
tiã. Nõ negamꝰ quin ſol ꝓducat illã: ſed tñ vr̃ eſſe
ratio ꝙ nõ ꝓducat immediate: niſi per calorẽ in-
tenſum. Nã cũ ſol non ſit formaliter calidus necꝫ
ignis, vr̃ ꝙ nõ ꝓducat ignẽ, niſi mediate per calo
rem formalem. ¶ Et confir. adhuc euidentiori ex-
perientia. Ferrũ cãdens, vbi tamen nõ ſit forma-
liter ignis, ſtuppã applicatã inflamat: ſed forma
illa ſubſtãtialis ignis nõ põt ꝓduci a forma ferri
ergo producit̃ a calore tanq̃ a virtute ignis. ¶ Et
tertio principaliter argr̃. Virtus ſeminis in ma-
trice femine immediate producit animam tanq̃
virtus generantis. Eſt eñ ſemen in potentia cor- Ad. 3. prin.
pus viuens. vt habetur. 2. de anima tex. 10. ⁊ tamẽ
virtus illa eſt accidẽs: ergo. ¶ Profecto ſũt adeo
manifeſte experientie ad rem comprobandam,
vt Scotus loco citato in hanc ceciderit ſolutio-
nem. Ait eñ ꝙ ꝓpter nullam experientiã conce-
dẽdum eſt ꝙ res nobilior producat nobiliorem.
Vnde qñ nulla alia (inquit) cauſa nobilior ſigna-
ri poſſit que educat formã aĩalis ex ſemine: cõce-
dẽdum eſt ꝙ forma immediate producitur a ſolo
deo: potiuſq; dicat̃ fieri a virtute ſeminis. ¶ Hoc
tñ neſcio equidem quomodo in phyſica ſuſtineri
poſſit. Nã primũ omniũ ſimpl̃r reputaret impoſ-
ſibile Phyloſophus quicũq; in lumine naturali
primã cauſam aliq̃d efficere poſſe in his inferio-
ribus, niſi mediãte cauſa ſcđa. Manifeſtiſſime er
go illa rñſio cõtradicit Ariſto. Immo ⁊ Phyloſo-
pho chriſtiano. Nã q̃uis noſtra nos fides docue
rit, deũ ſe ſolo poſſe facere id qđ facit per cauſas
ſcđas, id tñ dicimus eſſe miraculũ. Cũ autẽ de re-
rũ natura ſermo eſt, nullatenus cõcedit deũ ſine
cauſa ſcđa effectus producere naturales: alias
in generatiõibus ſemper eſſent miracula. ¶ Itẽ,
vt lib. 1. q. 7. dictum eſt, ſola anima rationalis eſt
que a ſolo deo ꝓducit̃: anime vero brutoꝝ, ſi a ſo-
lo deo ꝓducerent̃, nõ educerent̃ de potẽtia mate
rie, neceſſet differẽtia inter aĩam rõnalẽ ⁊ animã
brutoꝝ. ¶ Itẽ Ariſt. 7. meta. tex. 31. expreſſe ait ꝙ ſe
mẽ poteſtate, ⁊ virtute cõtinet formam, ſicut ars
artificis, lꝫ realiter nõ ſit domus, eſt tñ virtus fa-
ciendi domũ. Vbi Cõmentator ⁊ Galenꝰ dicũt vir
tutẽ celeſtẽ adeſſe ſemini ad generandũ: ſꝫ vocãt
eã diuinã: q: eſt virtus ⁊ generãtis ⁊ oĩum cauſa-
rũ vniuerſaliũ. vt. 3. de gene. animaliũ late diſſe-
rit Ariſt. Certe neſcio quõ negari poſſet quin vir-
tus ſeminis attingat ad productionẽ forme. ¶ Et
confir. preterea concluſio in his que per putrefa
ctionem generãtur, et in animalibus que febre,
aut alio accidente moriuntur: vbi certe forma
cadaueris ab accidentibus producitur. Et hec
eſt concluſio. San. Thom. 4. d. 12. q. 1. articu. 2. et.
3. p. q. 77. arti. ad tertium argumentum. Vbi ait ꝙ
immu



immutationes naturales nõ fiunt immediate a
forma ſubſtãtiali: ſed ab ea mediãtibus acciden-
tibus. Intelligatur: ergo ſic concluſio ꝙ queãd-
modũ ignis eſt agens qđ calefacit et ꝓducit for-
mã ignis, ita vtriuſq; motꝰ principiũ quo eſt ⁊ for
ma ſubſtãtialis, ⁊ ſimul calor, illa quidẽ ꝑncipa-
le, ⁊ hec inſtrumẽtale. ¶ Et preterea eſt mihi ar-
gumentũ ſumptũ ab artificialibus quorũ analo-
gia cognoſcimꝰ naturalia. Serra a forma ſua na-
turali ſolũ habet ſcindere lignũ, ſcindere autem
hoc vel illo mõ ad faciẽdũ, vel ſcanũ, vel arcã hoc
nõ habet a ſe, ſed ex motione artificis vtentis ſe-
ctione ſerre, ⁊ eã quodãmõ eleuãtis ad ꝓductio
nẽ huiꝰ, vel illius forme artificis, ergo eadẽ pro-
portione q̃uis concederetur propriã actionem
caloris eſſe calefacere, tamen ignis calefactione
vtitur ad producendũ formã. ¶ Scio ⁊ hoc Scotũ
negare in. 4. ſent. d. 1. q. 5. negat inq̃ inſtrumentũ
artis aliquid agere, propterea, quia durities in-
quit ſerre nõ eſt actiua. ¶ Sed reuera hoc eſt vni-
uerſa in queſtionẽ reuocare quis enim neget for
mam ſerre factam eſſe ad inciſſionem ⁊ artificem
per ſerram ſecare. Non enim nos dicimus ꝙ ſer-
ra agit actione naturali, ſicut ignis per calorem,
ſed actione artificiali. Et ſimili proportione dici-
mus ꝙ forme ſubſtantiales non ſunt principia
immediata ad generandũ: ſed id faciunt mediã-
te calore. ¶ Sed dubiũ eſt hic propter verba que
ſtatim ibidem ſubiungit Scotus, vbi ait ꝙ calor
qui ꝓducit̃ ab igne in aqua, nõ expellit effectiue
gradũ frigiditatis ſibi contrariũ, ſed formaliter
Dubium inq̃ eſt an verũ hoc ſit. Et videtur eſſe
verũ propter eius rõnem que eſt hec. Vbi due for
me ſunt cõtrarie et incompoſſibiles in eodẽ ſub-
iecto non poteſt vna alteram expellere, quia cũ
omne agens agat per contactum, neceſſe eſſet vt
ambe eſſent ſimul ad hoc ꝙ vna aliam expelle-
ret, ſed quia formaliter repugnant, expellunt ſe
formaliter. Ponit exemplum. Sicuti vnum cor-
pus inquit nõ expellit aliud effectiue ab eodem
loco, ſed formaliter. Et ita inquit ſerra expellit,
non effectiue, ſed formaliter particulas ligni qđ
ſecat a loco quem ipſa intrat. ¶ Sed reuera q̃uis
ignis per formam ſubſtantialem principaliter
expellat frigiditatem, id nihilominus facit in-
ſtrumentaliter per calorẽ quẽ introducit. Quod
et experientia, ⁊ ſuum ipſius exemplum manife-
ſtat. Mirabile eñ eſſet ſane ꝙ cum ego, cupiens
eſſe in loco in quo eſt alius, expello illum hume-
ris, tunc non concurram effectiue: et ꝙ ſerra
vel gladius effectiue non ſeparet partem cor-
poris ab alio, poſtq̃ contingunt ſe. Dubitari er-
go profecto non põt quin ignis per calorem quẽ
producit in aqua effectiue expellat frigus. Sicut
aer intrans, effectiue aperit feneſtram: licet non
ſtent ſimul introitus aeris ⁊ clauſa feneſtra. Nec
ſatis mirari poſſum, quomodo hoc Scotus nega
re potuit. ¶ Reſpondetur ergo ꝙ calor qui intro-
ducitur expellit frigiditatem. Enimuero vt ego
pello alium loco per hoc ꝙ ipſe deſinit eſſe in il-
lo per inſtans primum nõ eſſe, qđ eſt primum eſſe
quo ego ſum in eodem loco, ita calor qui introdu
citur pellit frigiditatem: ad qđ ſufficit ꝙ frigidi-
tas deſinit eſſe per primum non eſſe quod eſt pri-
mum eſſe contrarij gradus caloris. Et hic cõcur-
ſus ſufficit, vt ſe dicantur contingere. Quo circa
prius natura introducitur calor q̃ frigiditas cõ-
traria pellatur: quia in his que ſunt ſimul tẽpore
nihil aliud eſt eſſe prius natura altero, q̃ eſſe al-
terius cauſam. ¶ Reſpondet ergo ad tertium prin
cipale, que eſt ratio Scoti, per diſtinctionem: ꝙ
res ignobilior tanq̃ cauſa quidem principalis et
particularis non poteſt rem nobiliorẽ vltra ſuã
ſpeciem producere. Et ratio huius eſt: q: omne
agens huiuſmodi intendit producere ſibi ſimile
in ſpecie, vt homo, hoĩem: ignis, ignẽ ⁊c. attamẽ
tanq̃ inſtrumentũ et virtus alterius cauſe nihil
omnino vetat, quominus accidens cõcurrat ad
generationẽ ſubſtãtie. ¶ Sed replicat Scotus cõ
tra hanc ſolutionem, inquirẽs, quidnã intelliga-
tur, cũ dicit̃ calorẽ in virtute ſubſtantie ꝓducere
ſubſtantiã. Aut eñ per illã virtutẽ intelligit̃ ali-
quid reſpectiuũ, aut abſolutũ: non eſt dicendũ ꝙ
ſit relatio: q: relatio cũ ſit minime entitatis, non
eſt cauſa ſubſtantie. Si vero ſit aliquid abſolutũ:
aut eſt ſubſtãtia ipſa: ⁊ ſic non datur ꝙ accidens
producat ſubſtantiã. Aut eſt accidens caloris: et
ſic petitur principiũ dicendo ꝙ illud accidẽs eſt
cauſa ſubſtantie. ¶ Ad hoc metaphyſicum argu-
mentum reſpondet̃, ꝙ illa virtus ſubſtãtie in ca-
lore ad producendũ ignẽ nihil aliud eſt prorſus
q̃ calor ipſe: dicit̃ eñ ille agere in virtute ſubſtan
tie. i. tanq̃ virtus ſubſtantie. Nec petimus princi
pium dicendo ꝙ virtus ſit inſtrumentum produ-
cendi ſubſtantiam, cõſiderat eñ. Scotus calorẽ
ignis ac ſi eſſet per ſe ſuppoſitũ qđ propria virtu-
te agit, cũ tamẽ attente intelligendũ eſt verbum
Ariſt. 7. meta. tex. 2. vbi ait ꝙ accidẽs non eſt ens:
ſed entis ens. Quo palã ſignificatur, accidentia
nihil aliud eſſe, q̃ virtutes quaſdam ſubſtantie:
vt ſicut oculi dati ſunt homini ad videndũ: et pe-
des ad ambulandũ: ita calor naturalis datus eſt
illi, vt ſit virtus nutriendi, augmentandi, ⁊ gene-
randi. Vnde non eſt imaginandũ, vt Scotus fin-
git calefactionem eſſe per ſe a calore: ⁊ generatio
nẽ forme a forma ſubſtãtiali: q: calori, ſicut per ſe
naturaliter nõ conuenit eſſe, ita nec operari: ſed
vtraq; actio eſt a forma ſubſtantiali per calorem.
Necq; prius natura forma ſubſtantialis calefacit,
aut producit formã ſubſtãtialẽ, q̃ hoc faciat per
calorẽ. Obidq; ſi ignis daret̃ per miraculum ſine
calore, ſicut nõ poſſet calefacere, ita neq; ignem
gñare: ſicut homo ſine oculis nõ poſſet videre.

¶ Quarta huius quæſtionis cõ- Quarta cõcluſio.
cluſio eſt. Calor ſeparatus ab igne, dummodo ſit
extenſus in quantitate, producit omnino eundẽ
effectũ quẽ ꝓduceret ſi eſſet in igne. vt calor aut
frigus ſacramenti altaris eundem gradũ omni-
no caloris ⁊ frigoris naturaliter producit in ma-
nu, quem produceret ſi eſſet illic panis. Necq; hoc
eſt qui negare poſſit: q̃uis Scotus dicat ꝙ hoc
non faciũt in virtute panis. Sed tamen profecto,
vt de ſemine dicebamus, illa accidentia eodem-
modo afficiũt manum, quo afficeret panis: quia
agunt tanq̃ virtus relicta a pane. Quapropter
cum aqua calida calefacit manum, illius certe
calefactionis principium non eſt forma ſubſtan-
tialis aque, vt aliqui exiſtimant, ſed calor in vir-
tute ignis. Et hac de cauſa calefactio illa dicitur
naturalis: nõ a natura aque, ſed a natura ignis.
Dixerim ſi ſit extenſus, quia cum actiones natu-
rales fiant per motum corporalem: fit vt ſicut nõ
poſſunt recipi, niſi in ſubiecto quanto, ita nec ex-

exerceri poſſunt, niſi ab agente quod ſit quantitate extenſum. ¶Hinc ſequitur ꝙ ſi calor ſummus, vt octo (qui ſuapte natura eſſe non poteſt, niſi in igne) per miraculum eſſet ab igne ſeparatus, produceret eodemmodo formã ſubſtãtialem ignis, ſicut ſi eſſet in igne. Hanc cõcluſionem ſubſequẽter ad ſuam opinionem negat Scotus: ſed tamẽ qui ſenſerit calorem in igne eſſe inſtrumentũ et virtutem ad producendum ignem, concedat ſub inde opus eſt ꝙ ſeparat⁹ itidẽ efficiat. Et ideo. San. Tho. 1. p. q. 53. articu. 1. non minus calor (inquit) calefaceret ſi eſſet per ſe ſubſiſtens, q̄ ſi eſſet inherens. i. ſi eſſet vt quatuor, calefaceret vt quatuor, et ſi eſſet vt octo, calefaceret vt octo: atq; adeo tunc produceret ignem. ¶Et probatur concluſio. Calor vt octo eſt diſpoſitio ſufficiens ad introductionem forme ignis, ergo vbicunq; ſit, eundem faciet effectum: ſicut virtus ſeminis in abſentia animalis a quo deciſſum eſt, generat animal. ¶Sed probatur ſecundo. Detur calor ſummus vt octo ſeparatus: cui applicetur guta aque. Et arguitur ſic. Ille calor producit in materia aque calorem vt octo, quantus ipſe eſt (neq; hoc negare poteſt Scotus: ſiquidem calorẽ per ſe concedit calefacere) ſed cum calore, vt octo non ſe compatitur forma ſubſtantialis aque: ergo in tali materia non erit forma aque: ꝛ per cõſequens vel erit materia ſine forma, vel introducetur forma ignis. ¶Perſeuerat ad hoc argumentum reſpondere Scotus ꝙ tunc a ſolo deo corrũpetur forma aque et introducetur forma ignis. Sed non eſt mirum cum in generatione naturali equi ex ſemine id concedat, ſi poſito miraculo caloris ſeparati idem aſſerat. At vero qui virtutem, ſeminis intellexerit concurrere ad productionem ſubſtantie, nihil metuet confiteri calorem ſummum ſeparatum poſſe producere ſubſtantiam.

Ad. 4. ꝑn.

¶Unde ad quartum argumentum reſpondetur ꝙ quando inquit Ariſt. actiones eſſe, non formarum, ſed ſuppoſitum, loquitur ſecundum rerum naturã: quia illis tm̃ conuenit operari quibus cõuenit eſſe: nam operari eſt producere eſſe ſimile agenti. Attamen ſi per miraculũ detur accidẽs per ſe eſſe admodũ ſubſtantie, conſequenter habet agere ſicut ageret ſubſtantia.

5. Conclu.

¶ Quinta atq; poſtrema cõcluſio queſtionis eſt. Actiuitas agentis attenditur penes multitudinem forme tam ſubſtantialis q̄ accidentalis. Nam quãtitas accidentis quantitatem cõſequitur forme ſubſtãtialis: ſaltẽ exiſtẽtis in ſua naturali diſpõne. Itaq; ignis bipedalis eadẽ proportione dupla qua plus habet multitudinis ꝛ caloris ꝛ forme ſubſtantialis, q̄ ignis pedalis, poteſt maiorẽ effectũ producere. Cõcluſio hec ſequit᷑ ex ſuperioribus hac rõne. Tota virtus agentis eſt forma: ergo ſecundũ eius quantitatem erit ꝛ actionis quantitas. Ex quo ſequitur ꝙ vbi eſſet forma infinita, eſſet actiuitas infinita: et vbi finita, finita. ¶Sed tñ contra hoc eſt argm̃. Non augetur, aut diminuitur actio, niſi ſecundũ proportionẽ qua augetur, aut diminuit᷑ cauſa totalis: ſed cauſe particulares non ſunt cauſe totales, cũ ſimul requiratur cõcurſus cauſarum vniuerſalium: ergo ignis bipedalis non erit in duplo maioris actiuitatis q̄ pedalis: quippe cum cauſe vniuerſales nõ mutentur, ſed eedem concurrant cum igne pedali, que cõcurrunt cũ igne bipedali. ¶Reſponſio eſt manifeſta ex his que paulo ante dicebamus. Cauſe enim vniuerſales non agunt: niſi ex determinatione cauſarũ particulariũ. Et ideo in illa ꝓportione qua cã particularis eſt maior, plus concurrunt deus et cauſe vniuerſales cum tali cauſa. Qua propter q̄uis cauſa particularis non ſit totalis, illa tamen aucta, aut diminuta, in eadem proportiõe augetur, aut diminuitur concurſus cauſarum vniuerſalium.

Ad. 5. ꝑn.

¶Attamen circa ſolutionem quinti argumenti, quod nonnullos in errorem adducit, notandũ eſt ꝙ multitudo forme attenditur penes multitudinẽ materie. Ita vt in eadẽ proportione in qua plus eſt de materia, plus eſt de forma. Ratio huius eſt, quia materia, vt lib. 1. dictũ eſt, nihil aliud eſt q̄ potẽtia forme, ꝛ forma nihil aliud q̄ actus materie. ¶Secundo notandũ eſt, ꝙ multitudo materie cognoſcitur per extenſionẽ et intenſionẽ vbi eſt equalis denſitas, aut penes denſitatẽ, vbi eſt equalis extẽſio ꝛ intenſio. Exempli gratia. Flãma ignis bipedalis in duplo plus habet multitudinis forme, q̄ flãma ignis pedalis. vbi vtraq; eſſet flãma ſtuppe eque rare: vbi vero flãma pedalis eſt dẽſior, puta qñ fumus ligni viridis inflãmatur, nõ opus eſt duplã materiã eſſe in igne bipedali: atq; adeo neq; duplã formam. Immo poteſt eſſe plus materie et forme in igne minori. In reb⁹ calidis vbi nõ eſt formal'r ignis, ſed calor, res patet euidentius. Plus multitudinis caloris eſt in pruna pedali querci, q̄ in pruna pini: quia quercus lignũ eſt dẽſius: vbi ſint equales quantitates et intẽſiones. Et multo plus erit in ferro equali. ¶Tertio notandum eſt, vt. 6. hui⁹ li. 1. de gene. per amplius cõſtabit, ꝙ eſt inſignis fallacia dignoſcere multitudinẽ forme penes intenſionẽ. Enimuero neq; in ferro neq; in alia re, que non ſit formaliter ignis, poteſt eſſe tam intenſus calor q̄ in flãma rariſſimi ignis: nã cum calor ſit diſpoſitio naturalis ignis, eſſe nequit ſumus calor, niſi vbi eſt forma ignis: in ferro vero, vbi nõ eſt ignis, non poteſt eſſe calor tam intenſus: ſicut in flamma ignis. Hinc ſequit᷑ ꝙ equalis multitudo caloris in materia eque extenſa, intenſior erit vbi materia fuerit rarior. Et hinc fit ꝙ licet in ſubſtantia ferri non ſit formaliter ignis, quia non eſt calor intenſus verbi gratia niſi vt. 6. applicata tamen ſtuppa inflammabitur: quia cum illa multitudo caloris ferri producatur in ſtuppa, magis intenditur: et ideo fit ignis. Demus exempli gratia intenſionem fieri per additionem gradus ad gradum: dico ꝙ in pedali ferreo calido vt quatuor multo plus caloris eſt q̄ in flamma ignis pedalis: licet nõ ſit tã intenſus calor: qm̃ illi gradus in ferro non vniuntur ſecundum intenſionem: ſed condenſantur, vt ſic dicamus in denſiori materia. Unde ſi ferrum illud poſſet rarefieri ad tantam raritatem quanta eſt flãma ignis, fieret quidem in centuplo. v. g. extenſius q̄ modo eſt, ꝛ tũc in nulla eius parte tantũ calefaceret: ſicut flamma ignis. ¶Et per hec patet reſpõſio ad formam quinti argumenti. Negatur ꝙ in ferro calidiſſimo ſit minus multitudinis caloris q̄ in flamma ſtuppe: licet in flamma ſtuppe ſit intenſior, negaturq;, vbicunq; calor eſt intenſior, eſſe plus multitudinis forme, niſi cetera ſint paria in raritate. Immo dicim⁹ ꝙ in ferro pedali eſt multo plus

multi



multitudinis caloris: obidq; vehementius calefacit. ¶Sed eſt adhuc replica. Sit. v. g. pinus calida que in eadem proportione ſit extẽſior in qua ferrum eſt denſius: ita vt ſit equale de multitudine materie et forme caloris in vtraq;. Tũc arguitur ſic. In toto illo ligno tantum eſt de multitudine forme caloris quantum in minori ferro: et tamen vehementius calefaciet ferrum q̄ lignum illud, cuicunq; eius parti fiat applicatio, vt experientia conſtat: ergo non attenditur actiuitas per multitudinem forme. ¶Reſpondetur ꝙ in tali caſu vehemẽtius calefaciet totũ ferrũ: nõ quidẽ propterea ꝙ habet plus de multitudine forme: ſed q2 virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa: quia dũ tota multitudo forme que extendit᷑ per. 10. pedes cõdenſat᷑ ad pedalitatẽ, vehementius agit. At vero hec ad vnguẽ examinari nequeunt quoadusq; lib. 1. de gene. explicemus naturã intenſionis. ¶Hinc ſequit᷑ q̄ ſint ſine apparẽtia ſophiſmata q̄ hic indigne a nõnullis multiplicant᷑ v. g. ſi eſſet aliqd̓ pedale vniformiter calidum vt quatuor: volunt probare ꝙ illud poſſet fieri infinite calidum ſine additione noui caloris. vt ſi diuiſo per partes proportionales, calor prime partis per rarefactionẽ extendat᷑ per totũ: ꝛ itidẽ calor ſcd̓e partis ꝑ rarefactionẽ extendat᷑ per totũ: et ita calor cuiuſq; partis. Hoc enĩ mõ putant reſultare calorẽ infinite intenſum: q2 cuicũq; parti addantur infiniti calores eiuſdẽ intẽſionis. Nulla eſt tamẽ in argumẽto apparentia. Primo quia multitudo forme quomõcunq; condenſet᷑, aut rare fiat ſemper eſt eadẽ ꝛ ideo actiuitas nunq̄ variabitur. Et preterea calor nõ põt de ſe rarefieri: niſi ponat᷑ in ſubiecto rariori. Si autẽ ſubiectum efficiatur rarius: ſicut rarefiũt ille partes deberet ſubiectũ extendi in infinitũ et eſſet infinite rarũ. Quod implicat cõtradictionẽ. Et preterea: lz admitteret᷑ illa ſua imaginatio, deueniendũ eſt ad tantã raritatẽ caloris, qua non poſſet eſſe maior: ꝛ tũc non poſſet calor minoris partis extendi per totũ. ¶Hec aliaq; id genus ſophiſmata multiplicantur hac tempeſtate: quibus et tẽpora diſcipulorum ꝛ ingenia perdantur. ¶Sed et ſubijciunt hoc loco queſtionẽ an potentia tã actiua q̄ paſſiua terminet᷑ per maximum quod ſic, aut minimũ quod nõ: vbi alia ſophiſmatũ gña indigna profecto, nõ ſolũ Phyloſophie, ſed ꝛ ſummularũ etiã volumine. Quo circa nõ rem adeo exiſtimamus neceſſariã, vt peculiaris de hoc ſit queſtio: ſed lib. 6. vbi Ariſto. mentionẽ facit de proportione motuum, quod fuerit neceſſarium, dicemus. ¶Sequitur in textu caput quartum cum quinto et ſexto. vſq; ad textum. 67.

In capite. iiij. textu. xxxix. Dicuntur. autem fortuna & caſus &c.

## ¶ Quæſtio quinta.

VTRVM FORTVNA ET caſus & perinde fatũ in numero ſint cauſarũ.

ADuerſus partẽ affirmatiuam arg᷑ primo. Nulla eſt fortuna: ergo queſtio p̄ſupponit falſum. Añs patet nõ ſolũ authoritate Auguſtini qui in principio ſtatim retractationũ acuſat ſe ꝙ aduerſus academicos ſepe fuerit vſus nominẽ fortune, verũ ꝛ gentiles ipſi lumine naturali negabãt fortunam. vnde Satyricus ille ſatyra. 10. Nullum numẽ abeſt ſi ſit prudẽtia: ſed te nos facimus fortuna deã, celoq; locam⁹. ¶Scd̓o arg᷑. Eſto eſſet fortuna, de illa tamen nulla poteſt eſſe ſcientia: nam vt patet hic apud Phyloſophũ tex. 52. fortuna eſt cauſa per accidens: ſciẽtia vero vt. 1. poſt. text. 19. et infra habetur non eſt niſi de his que ſunt per ſe. ¶Et cõfir. Fortuna, vt patet in tex. 53. eſt occulta et immanifeſta: ergo de illa nulla eſt diffinitio: nam diffinitio eſt que rei naturam manifeſtat: cuius tamen nõ eſt diffinitio nec eſſe poteſt ſcientia. ¶Tertio principaliter arg᷑, q2 videtur Ariſt. cõtraria dicere de fortuna, dũ inquit fortunã eſſe cauſam ꝑ accidẽs: nẽpe effect⁹ illius qui eſt preter intentionẽ agentis: ꝛ tñ tex. 58. ꝛ. 61. dicit ꝙ ſolum cõtingit fortuna in his que agunt a propoſito per intellectũ. ¶Et cõfir. 2. Partit. Phi. in tex. 48. ea que fiũt, in tria: nã alia (inquit) ꝛ fiũt ſemper, alia frequenter: in quibus fortuna non contingit: alia vero ſunt que in minori parte. i. raro contingũt: ꝛ in his tantũ eſt fortuna, hec autẽ diuiſio eſt inſufficiens, vt ait Auicena quẽ citat illic Cõmenta: nã alia ſunt equaliter cõtingentia ad vtrũlz: vt hoiem ſedere ꝛ nõ ſedere: tacere ꝛ loqui ꝛc. que etiã vident᷑ eſſe a fortuna: cũ cauſe naturales ad huiõi effectus de ſe ſint indifferẽtes et indeterminate: ergo diminutus fuit Ariſtote. ¶Quarto principal'r arg᷑. Si fortuna eſſet numero cauſarꝫ aſcribẽda, ea maxime reduceret᷑ ad genus cauſe efficientis: vt Ariſto. ipſe docet tex. 65. ſed hoc eſt falſum: ergo. Probatur minor. Materia eſt de ſe cauſa indeterminata, q2 de ſe ad nullam ſpeciem determinatur: niſi per formam: vt. 3. huius tex. 65. videbimus: ſed fortuna ꝛ caſus ſunt cauſe indeterminate ꝛ indefinite, vt habetur hic text. 53. ergo fortuna potius reducitur ad genus cauſe materialis. ¶Et confirmatur. Effectus fortuitus eſt ille qui accidit effectui intento ab agẽte, vt patet in text. 51. vt ſi aliquis vadat ad forum gratia ſalutandi amicum, et preter intentionem inueniat debitorem, a quo recuperat pecunias: ſed huius fortuiti effectus prima cauſa fuit finis intẽtus propter quẽ ille iuit ad forum: ergo finis ipſe potius eſt fortuna, q̄ cauſa efficiens, puta q̄ homo vadens ad forum. ¶Quinto principaliter arg᷑. Fatum nullatenus eſt aſſerendũ: ergo ſecũda pars queſtionis preſupponit falſum. Probat᷑ añs: primo authoritate Grego. in hom. epiphanie dicentis. Abſit a fideliũ cordibus, vt fatũ aliquid eſſe dicãt. Et preterea rõne. Aut fatũ idem prorſus eſt qd̓ fortuna. ſ. cauſa preter intentionẽ agens, aut eſt aliqua certa cauſa agens prouidẽter ex intentione. Non primum quia vt. 5. de ciui. dei capit. 9. ait Auguſtinus, fatum dicitur a fando, vt fatum ſit id quod eſt predictum ab aliqua prouidentia. Si autẽ detur ſecundũ, tunc cauſa illa que dicitur fatum non poteſt eſſe, niſi de⁹ qui ab eterno preordinauit ea q̄ in rebus futura ſũt: deũ aũt appellare fatũ icõueniẽs eſt: q̄d q̄d agit ſicut eũ appellare fortunã: nam deus libere agit fatum autẽ cẽſebant phyloſophi eſſe cauſam neceſſariã, puta ſyderũ cõſtitutionẽ vt ait illic Auguſtin⁹: ꝛ aſtrologi iudiciarij docẽt. ¶In contrarium vero. ſ. ꝙ fortuna et caſus ſint, patet ex tex. preſenti. 39. et. 42. vbi ait multa fieri a fortuna et

 tex.

tex. 52. vbi diffinit fortunam.

¶ Materia hæc caſus & fortunæ viſa nobis eſt aptior que in cōmentis tractaret, ꝙ̄ in queſtionibus: et ideo plura illic diximus, ꝙ̄ hic ſumus dicturi. Quatuor ſunt termini q̄ quandam inter ſe, videntur habere ſimilitudinem. ſ. fatum, fortuna, caſus, ⁊ occaſio: que quodāmō attinere videntͬ ad rōnē cauſe: obidq; licet hic Ariſ. ſolum de fortuna ⁊ caſu loquatͬ, de his oībus operepretium eſt dicere: nempe de fortuna et caſu in .1. artic. et in ſcdo de fato.

Fortuna. ¶ Fortuna a forte dicitur: forte autem id fit: quod eſt preter intentionem. Quo fit vt fortuna, et per ſe cauſa, e regione, opponātur. Eſt enim cauſa per ſe illa que ex intentione operatur: atq; adeo inde ſequitur, vt effectus idem qui reſpectu ſuperioris cauſe eſt per ſe, reſpectu inferioris, que a ſuperiori dirigitur, ſit per accidens. Vulgatum exēplum eſt qd̄. San. Thom. 1. p. q. 116. arti. 1. ponit. vt ſi dn̄s duos ſeruos eodem mittat, ſeorſum vtrunq;, intentione vt ſibi ſint inuicem obuij: quam tamen intentionem illis non reuelat, ſed diuerſa illis dat negocia. Tunc ꝙ ſibi ipſi occurrāt, reſpectu eorum eſt fortuitus effectus: quia eſt preter ſcientiam et intentionem eorum: at reſpectu domini nō eſt fortuitus: ſed per ſe intentus. Exēplum hoc materiam hāc illuſtrat, et ſcdm phyloſophos naturales ⁊ ſcdm chriſtianos. Phyloſophi eñ Ariſtotelem precedētes fuerunt in triplici opinione vt hic meminit Ariſ. tex. 40. Prima opinio fuit eorū

Phi de fortuna. qui oīno negabant fortunā: ea ductī rōne, vt tex. 53. adnotauit, ꝙ cum effectus fortuitus (quia eſt per accidens) nō habeat certā et determinatam cauſam, fortuna eſt cauſa hominibꝰ occulta. Et preterea, qꝛ vt tex. 58. dixit cauſa que per ſe nō operatͬ, nō eſt ſimpliciter cauſa. ¶ Hos repellit Phyloſophus ex cōmuni omniū cōſenſu vno ore dicētium multa fieri a fortuna et caſu. ¶ Scda opinio fuit in alio extremo que refertur text. 44. Democriti dicētis in motibus celorum fuiſſe fortunam et rōne materie, quia. ſ. illuc forte cōcurrerūt orbiculares atomi qui fuerūt cauſa motus circularis celorum. Quoniā vt. q. 3. dicebamus: quia Democritus negabat cauſam finalem, et per conſequens efficientē, omnia, dicebat facta eſſe a caſu. ¶ Iſtos tamen tanq̄ omnium ineptiſſimos reprobat ibidem Ariſt. vt in cōmen. latius dictum eſt: quia cum experientia conſtet in his inferioribus res naturales nō fieri a fortuna (quia ex oliua nō naſcitͬ, niſi oliua) a fortiori dicendū eſt motus illos, q̄ multo ſunt diuiniores, atq; adeo iſtorum cauſe, contingere ex neceſſitate nature. Et preterea quia experiētia docet in effectibus naturalibus aliqua contingere monſtra, illos autē regulatiſſimos motus nunq̄ compertū eſt deficere. ¶ Tertia opinio recitatur text. 47. ſ. ꝙ fortuna eſt quedā prima cauſa omniū fortuitorū effectuum: ſicut deus eſt pͥma cauſa omniū effectuū per ſe. Unde antiqui eā colebant tanq̄ deā vt Auguſt. ait. 5. de ciui. dei capitu. 18. Inde vt arbitror mouebantͬ, ꝙ non poterant intelligere quomodo effectus fortuiti ſequantur ex concurſu cauſarum per ſe: vnde cum omnium effectuum ſignanda ſit aliqua cauſa, cogebantur dicere fortunam eſſe aliam cauſam realiter diſtinctā a cauſis per ſe. ¶ Opinio autē Ariſto. conſiſtit in hoc ꝙ fortuna ⁊ caſus ſunt cauſe efficientes, diſtincte a cauſis per ſe, non quidem realiter, ſed ſola ratione.

¶ Diffinit ergo fortunam Phi. tex. 52. hoc modo. Fortuna eſt cauſa efficiēs, per accidens, in his que ſecundum propoſitum ſūt propter finem, raroq; contingunt. Diffō fortune. Ad cuius intelligentiā (licet in cōmento vtcūq; ſit expoſita) animaduertendū eſt ꝙ diuiſio cauſe in per ſe et per accidens eſt analogica: cauſa enim ſimpliciter ſolum dicitur de cauſa per ſe intēdente finem: ſicuti equus eſt cauſa equi: ſtatuarius cauſa ſtatue: ⁊ mercator per negociationē, cauſa diuitiarum: ⁊ homo per virtutē, cauſa felicitatis. Cauſa vero per accidēs eſt ſolū cauſa ſecundum quid: quippe que nō habet, aut propriā formā naturalem, aut propriū propoſitū ad illū effectum. ¶ At vero cauſa per accidens, vt. q. 3. dicebamus, vno modo accipitur pro ea forma que accidentaliter coniungitͬ cū cauſa per ſe: ſicut muſicus eſt cauſa ſtatue. Et hec nō eſt fortuna. Alio modo vt coniungitͬ cū effectu p ſe: ⁊ hoc duplr̄. Uno modo remouēdo prohibēs, aut reſiſtēdo corrumpenti, vt amouēs colūnam ſuſtinentem tectū, eſt cauſa ruine tecti: ⁊ ſal eſt cauſa preſeruationis carniū. Et neq; iſto modo cauſa per accidens eſt fortuna: qꝛ hec agūt ex intētione. ¶ Tertio mō dicitur cauſa per accidēs: qꝛ attingit poſitiue, nō quidē ad effectū cuius eſt cā per accidēs: ſed ad aliquā diſpoſitionē: ſicut furor tyrānorum erat cauſa patiētie martyrū. Et hec cauſa in moralibus dr̄ occaſio: Occaſio. ſicuti in naturalibus per antiparīſtaſim calor ſolis in eſtate eſt cauſa per accidēs frigiditatis aque in puteo: nam vnum contrariū nō eſt directe cauſa alterius, ſed per accidens: vt frigiditas fugiens calorem intendit ſe. Et hoc modo patientia martyrū, que neceſſaria erat in perſecutione tyrānorum, efficiebatͬ fortior. ¶ Quarto mō cauſa dicitͬ per accidēs: qꝛ attingit effectū quem non intēdebat: vt fodiens ſepulchrum eſt cauſa theſauri. Et hec eſt fortuna vel caſus. Quare cā per ſe et fortuna ſola rōne differunt reſpectu diuerſorū effectuū vt in cōmento. 50. adnotauimꝰ. ¶ Hinc ellicit Ariſt. t. 51. ꝙ tā fortuna, q̄ caſus contingūt in ijs q̄ agūt propter finē. Non ꝙ caſus fortuitus ſit intentus tanq̄ finis: ſed ꝙ ſit p accidēs adiunctus cauſe intendenti aliū finē. vt inuentio theſauri adiungitͬ foſſioni terre, qua intendit ſepeliri mortuū. Duplr̄ aūt expoſuimus illic quomodo ſemp caſus fortuitus contingat in ijs que ſunt ꝑpter finē. vno modo ꝙ talis actio, aut fiat, aut apta ſit fieri propter finē. vt ſi quis indeliberate ⁊ occioſe fricās barbā erueret ſibi oculum, ille eſt caſus, licet illa actio nullū habuerit finē: quia nata eſt habere finem. Secūdo modo melius, ꝙ talis effectus fortuitus, lȝ tūc actu nō fiat ꝑpter finē, ſit tñ aptus fieri ꝑpter finē. Qd̄ itidē ſup tex. 63. adnotauimꝰ. Et cū moueri a fine ſit proprium cauſe efficientis, tā fortuna q̄ caſus reducitͬ ad genus cauſe efficientis: vt habetur text. 65. ¶ Secūdo notandū ex Phyloſopho tex. 48. ꝙ cum effectuū alij contingāt ſemp, alij frequēter, alij vero raro (que mēbra illic abunde expoſuimus) fortuna nō eſt, niſi eorū que in minori parte et raro cōtingunt. Si eñ quis nauigans in hieme, pereat, certe non poteſt dici caſus: quia talibus nauigationibus frequenter contingit naufragium. Et

qui



qui delectationis cauſa fornicatͬ, non a caſu peccat, quia peccatum ſemper adiungitur tali actioni. ¶ Tertio notandum eſt, vt ſuperius tex. 49. diximus, ꝙ agere propter finem contingit dupliciter: vno modo a propoſito. ſ. ex cognitione ⁊ electione particularis agentis, vt eſt in actionibꝰ liberis: alie vero ſunt que agunt ex neceſſitate nature, non quidem ꝙ ipſa ſe moueāt ad finem, ſed ꝙ moueantur a datore nature: ſicut cū ignis generat ignem: hirundo facit nidum: formica congregat grana ⁊c. Et in hoc differunt fortuna ⁊ caſus, vt egregie manifeſtat Ph. textu. 58. ⁊ infra. Agere ꝑꝑ finem.

¶ Sūt ergo in diffinitiōe fortune particule quinq;. Prima ponitur loco generis. ſ. cauſa efficiens. Secunda particula eſt, per accidens, ad differētiam cauſe per ſe: que ſola ratione differt a fortuna. Tertia, in ijs que agunt propter finem, ad explicandum ꝙ cū quis indeliberate fricat barbā, illa fricatio non eſt a fortuna, licet nō ſit intenta: qꝛ illic non ſunt duo effectus: ſed vnus ſolus qui fit temere. Quarta, in ijs q̄ raro ⁊ in minori parte contingunt, ad differentiam eorum que ſemper, aut frequenter accidunt. Et in ijs omnibus quatuor particulis ꝯueniunt caſus ⁊ fortuna. Quinta particula eſt, ſcdm propoſitum, et in hoc differt fortuna a caſu generaliter dicto, vt expoſitū eſt. Quapropter hac ſola particula dempta, reſiduum erit diffinitio caſus. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ cauſa per accidens ſuperius eſt ad caſum ⁊ fortunam: nam muſicus eſt cauſa per accidens ſtatue: ⁊ non eſt fortuna nec caſus. Caſus vero ſuperius ſe habet ad fortunam: vt habetur in text. 57. ¶ In ſumma, caſus ⁊ fortuna eſt concurſus duarum per ſe cauſarum a neutra earum intentus.

Nota. Exempli gratia. Quis ex intētione recreādi animum in forū exijt: tegula tunc appetitu naturali ex grauitate cecidit q̄ñ hō erat ſubtus: cauſa illius ꝑcuſſionis fuerunt due cauſe per ſe intendētes alios fines: quarum vtraq; eſt per accidens reſpectu illius: quia neutra illarum intendebat illam percuſſionem. Itē quis intendens theſaurū ſeruare defodit ſubtꝰ terrā: quem forte ſubito mortuꝰ illic reliquit: alius intēdēs plātare vineā defodit terrā ⁊ inuenit theſaurū. Et hunc in modū eſt caſus ⁊ fortuna. Atqui hoc mō intelligere

Effectꝰ ꝑ accidēs reducitͬ ad cauſā ꝑ ſe. oportet ꝙ oīs effectus per accidēs reducitur ad cauſam per ſe: nēpe ꝙ ſi hic effectus eſt per accidens, eſt quia fit ꝑter intentionē alicuius cauſe: ⁊ per ꝯñs illa intendebat alium effectum reſpectu cuius eſt cauſa per ſe. ¶ Ex quo ſequitͬ ꝙ differentie fortune, nempe cum dicitur bona vel mala: parua vel magna, non ſumuntur, niſi ex parte effectus. vt ſuper tex. 56. adnotauimus.

Qualitates fortūe. ¶ Per hæc manifeſta fiunt vniuerſa q̄ ⁊ philoſophi ⁊ poete de fortuna predicauerunt.

Occulta. Primo nāq; dr̄ fortuna cauſa occulta et immanifeſta in quo approbatͬ quodāmmō tertia opinio ſupra recitata. Cū eñ fortuna nō ſit cauſa q̄ ex intentione faciat certum effectū, nō equidē poſſumus per effectum venire in cognitionem cauſe: id qd̄ ſuper textū. 53. expoſuimus. ¶ Secundo fortuna nō operatur ſm̄ rationē: nam ex ijs q̄ raro contingunt non poſſumus rationem certā ſumere. vt ſuper text. 55. ſatis expoſitum reliquimus.

Inſana ⁊c. Eādem ob cauſam dicitur fortuna inſana, ceca, bruta, volubiliq; ſaxo inſtās vt Cicero lib. 2. ad Herenniū ex Pacuuio refert. Inſana quidē: qꝛ magnos ſubitos ⁊ atroces habet effectꝰ. Ceca qꝛ oculꝰ cauſe efficientis eſt intētio, ⁊ fortuna in quantū fortuna non operatͬ ex intētione. Bruta: qꝛ quid indignū quidve indignum internoſcere nequit. Saxo volubili inſiſtens: qꝛ ſemper eſt in cōtinuo motu. ¶ Hinc rurſus ſequitur q̄ fuerint ceci qui fortunā, aut cauſam vnā, aut certe deam fecerunt, vt Auguſtinus lib. 4. de ciuita. dei cap. 18. meminit. Si eñ dea eſſet, q̄ño mala, ceca, inſana ⁊c. immo cum fortuna ſit cauſa quatenus nō agit a propoſito, nulla eſſe poteſt certa cauſa.

¶ Sequitur ex his deniq; quomodo Chriſtianis licitum ſit de fortuna loqui. Chriſtiani de fortūa. Primum omnium reſpectu dei nulla eſt fortuna. Cū. n. nec paſſer cadat in terrā ſine dei prouidentia, apud quē capilli etiā capitis numerati ſunt, nihil in rebus accidere pōt, qd̄ ipſe nō preordinauerit. Et ideo quēadmodū in principio dicebamus, ſi dn̄s duos ſeruos cōſulto mittat vt ſibi forte in aliquo loco occurrāt, reſpectu quidē illorum occurſus erit fortuitus, non tñ reſpectu domini: ita proſus licet reſpectu cauſarū particularium, ſiue a propoſito, ſiue ex neceſſitate nature agentiū, effectus dicatur fortuitus ⁊ caſualis, qꝛ non ſunt ab eiſdem cauſis particularibus intenti. ⁊ eadē rōne hmōi cauſe dicantur fortuna vel caſus, tñ reſpectu dei nullus eſt effectus fortuitus: nec ipſe poteſt dici fortuna: quia deꝰ nihil forte: ſed ſummo iudicio facit. ¶ Quocirca abuſus eſt verbi cū dialectici aiunt deū cōtingēter creare, aut quicq̄ aliud facere: etenim contingenter idē eſt qd̄ forte ⁊ de ſe indeterminate facere: qd̄ deo nequaq̄ cōuenit. Sed abutuntur nomine cōtingētie pro eo quod eſt. libere agere. Enimuero infinita dei omnipotētia in hoc etiā lucet, ꝙ effectibꝰ neceſſarijs cauſas attribuit neceſſarias: cōtingentibus vero, cōtingentes qd̄. 1. p. q. 19. arti. 8. ait S. Tho. Ut motibus celeſtibus, motrices intelligētias: ⁊ iſtis effectibus corruptibilibus attribuit cauſas q̄ poſſunt per alias impediri. Unde non ſequitur hec, medicina contingenter ſanat: ⁊ deus concurrit cū ea ad ſanandū cōtingenter: ergo deus cōtingēter cōcurrit. Nā ꝑpterea medicina cōtingenter cōcurrit, qꝛ taliter concurrit, vt impediri poſſit eius intētio: deus tñ cōcurrens cū illa nō impeditur: ſiquidē concurrit cum alia cauſa impediente: ⁊ nihil ſeipſum dr̄ impedire. Sed concurrit certiſſimo mō qualiter ab eterno ꝑſciuit. De hoc aūt ſatis. ¶ Hac eadē de cauſa Ph. 2. magnorum moraliū cap. 8. ait ibi minꝰ eſſe fortune, vbi plus eſt intellectus: ⁊ contrario. Ubi minꝰ de intelle. ⁊c. Nā cum aliquid eſſe a fortuna nihil ſit aliud q̄ eſſe preter intentionē, fit vt qui plura in futurum prouidet, ei pauciora fortuitu accidant: hominibꝰ autem improuidis multa caſu eueniāt. Ut in bello, quāto dux induſtrior eſt ⁊ ꝓuidētior, qꝛ plura facit ex intentione, pauciora cōtingent illi preter intentionē. Unī. 1. ethi. cap. 9. ⁊. 10. dicit ꝙ felicitas eo ꝙ conſiſtit in operatione virtutis, que ex deliberatione operatur, nō eſt a fortuna. Tametſi in lib. 7. cap. 13. dicat bona exteriora fortune ſeruire felicitati. ⁊. 1. poli. cap. 7. dicit ꝙ fortuna minimum dominatur in artibus, que ſunt artificioſiſſime.

¶ Igitur ad primū articulū queſtionis rn̄detur vnica concluſione. Fortuna non Cōcluſio.

eſt ſimpliciter cauſa: eſt nihilominꝰ cauſa p ac-
cidens q̄ reducit ad genus cauſe efficientis. Pri
ma pars eſt Ariſ. tex. 54. cuius ratio eſt qꝛ id ſolū
eſt ſimplr̄ tale, qđ per ſe eſt tale: fortuna autē cū
nō itēdat effectū fortuitū, nō p ſe eſt cauſa. Quo-
circa effectus fortuitus nullā habet ſimplr̄ cau-
ſam. Secūda pars. ſ. q̄ ſit cauſa per accidens, in
diffinitione fortune dixerat Ariſt. Qđ tñ reduca
tur ad genus cauſe efficientis, aſſerit tex. 65. cuiꝰ
ratio eſt, qꝛ fortuna ꝛ caſus nō eſt niſi in his que
agūt propter finē: agere autē propter finē eſt pro
Ad. 1. prin. priū cauſe efficientis. ¶ Vn̄ ad primum argm̄, rñ-
detur q̄ Auguſt. ꝓhibet Chriſtianis frequenter
vti nomine fortune. Non q̄ non ſit nobis licitum
ita loqui, ſi intelligamꝰ fortunā eo modo quo ex-
plicatum eſt. ſ. cōcurſum fortuitum cauſarū per
ſe intendentiū aliū finē: ſed propterea, qꝛ nomen
fortune vr̄ inſinuare aliquā cauſam q̄ agat pre-
ter intētionē dei, cū tñ preter eius intētionē, qui
oīa ſcit, nihil cōtingat. Vnde nō eſt dicendū hoc
fortuna voluit, aut noluit: ſed hoc deus voluit,
aut noluit: quia ſolus ipſe, ꝛ cui ipſe reuelauit,
ſciuit aut nouit, ea que fortuitu contingunt.
¶ Et in eodem ſenſu negauit Satyricus fortunā:
non q̄ negaſſet experientiam qua videmus mul
ta fortuitu ꝯtingere: ſed optime negauit eſſe deā
que ex intentione operatur caſus fortuitos. Et
ideo dixit q̄ vbi adeſt prudentia ꝛ preuiſio futu-
rorum, nullum numen. i. nulla dea deeſt: qꝛ pru-
dētia eſt ſufficiens cauſa futurorū. Debuiſſet tñ
gentilis addere, ea que nos prouidemus, deum
Ad ſcōm. preuidiſſe. ¶ Ad ſecūdum rñdetur q̄ q̄uis fortu-
na ſit cauſa per accidens, nihilominus per ſe cō-
uenit fortune vt ſit cauſa per accidens: ꝛ tota illa
diffinitio quā ponit Ariſt. fortune. Et ideo de illa
illa pōt eſſe ſciētia: nō quidem per propoſitiones
per accidens, ſed per ꝓpoſitiones per ſe: qualis
eſt illa in qua predicatur diffinitio fortune de dif
finito: ꝛ ille preterea in quibus predicantr̄ paſſio-
nes de illa. vt q̄ fortuna ſit cauſa occulta, agens
preter rōnem ꝛc. ¶ Et eodem mō ad cōfirmationē
reſpōdetur q̄ q̄uis fortuna ſit res occulta, nihi-
lominꝰ hoc ſit manifeſtū de illa ex ſua diffinitio-
ne, q̄ eſt occulta eo q̄ effectus fortuitus ex mul-
Ad tertiū. tis cauſis poteſt prouenire. ¶ Ad tertium rñde-
tur q̄ nulla eſt in verbis Ariſt. contrarietas. Eſt
eñ fortuna cauſa per accidēs, propterea q̄ effe-
ctus fortuitus nō eſt intētus a tali cauſa: eſt nihi
lominus fortuna ſemp in his que agunt ꝓpter fi-
nē, idcirco q̄ talis cauſa ſemper intēdit aliū effe-
ctū cui adiungit effectus fortuitus. vt in cōmen-
tis ꝛ in hac queſtione late expoſitum eſt. ¶ Con-
Auice. firmatio ſcđa eſt argm̄ Auicene vt ſuper tex. 48.
inſinuauimus. Ait enim q̄ ſi actiones iſte huma
ne que ſunt ad vtrūlibet indifferētes cōſiderent
quatenus ſunt effectus voluntatis, ſunt quidē a
propoſito, qꝛ homo ex intentione ſtat, aut ſedet,
ambulat aut quieſcit: ſi vero conſiderentur in-
quātū ſunt effectus nature que de ſe eſt indiffe-
rens principium hmōi motus ꝛ quietis, ſunt in-
quit a caſu. ¶ Nulla verū tñ rōne opinio hec fulci
ri pōt. Enimuero cōditio effectū nō debet mate-
rialiter pēſari ex cauſa remota que de ſe eſt inde-
terminata: ſed formalr̄ ex cauſa determinante et
applicante alias cauſas ad effectum. Et qꝛ volū-
tas eſt qua determinat homo ſedere vel ambula
re, idcirco, licet ex natura rei ſint res indifferen-
tes ad vtrūlibet, cēſentr̄ tñ ab Ariſtotele inter ea
q̄ ex neceſſitate vel vt plurimū contingunt: pro-
pterea q̄ poſita cauſa. ſ. voluntate non impedi-
ta, ſemper ſequuntur huiuſmodi effectus: Ob-
idq̄ nullatenus dicunt a caſu, vel fortuna, ſed a
ꝓpoſito. Quis enim dicat a caſu me mō ambula-
re, ꝛ Petrum ſedere: aut me dicere, illumq̄ ſcri-
bere. ¶ Ad quartum principale concedit vt dictū Ad q̄rtū
eſt fortunā reduci ad genus cauſe efficientis. Et
ad primā rōnē in contrarium rñdetur q̄ alia eſt
indeterminatio materie que determinatur per
formā ad certā ſpeciē: ꝛ illa nō fit forte: ſed ex in-
tētione agentis: alia eſt indeterminatio agentis
que determinatur per finē. Et hec indetermina-
tio cōſtituit rōnē fortune. ¶ Ad confirmationem
reſpōdetur q̄ cauſa proxima fortuiti effectus eſt
agens: quod quidē pꝛoinde dr̄ fortuna: finis autē
intentus a tali cauſa eſt cauſa remota que moue
bat agens: ꝛ ideo talis finis non eſt fortuna.

### ¶ De fato (quod ad ſecundū ar- Fatum.

ticulum queſtionis attinet) due fuerūt apud pri
ſcos cōtrarie per extremū opiniones. Vnā ferūt
fuiſſe Stoicorū q̄ fatum eſt ſeries ꝛ ordo natura-
liū cauſarꝫ q̄ ineuitabili neceſſitate effectus ope-
ratur: vt q̄ iſte moriturus eſſet hac morte ꝛ hac
die, q̄ futurus eſſet fortunatus, aut infortunatus
ex neceſſitate fati venire. Vn̄ Cryſippus vt refert
Aulus Gelius lib. 6. cap. 2. qui fuit (poſt Zenonē)
Stoicorū princeps. Fatū eſt (inquit) ſempiterna
que dā ex indeclinabilis ſeries rerum ꝛ cathena.
Et Seneca itidē Stoicus lib. 2. naturalium que-
ſtionum cap. 36. fatum (inquit) exiſtimo neceſſita
tē rerū oīm actionūq̄ quā nulla vis rūpat. Caet-
ſi quātū ad Senec. pertinet vr̄ profecto in ſubſe-
quentibus Chriſtiane loqui de fato. Hinc multi
ex antiquis fatorum neceſſitati attribuebāt pro-
ſperitatē ꝛ aduerſitatē vite ꝛ mortis humane. Vn̄
Virgilius de Paride. Te tua fata trahunt, nec ce-
pta relinquere poſſis. Hinc ꝛ aſtrologi dicunt fa
tum eſſe conſtitutionem ꝛ poſitionem ſyderum
qua quiſq̄ natus eſt. Quā inquiunt habere vim
ſuper cōplexionē humanā vt homini in vita pro-
ſperitates iſte aut ille, ꝛ aduerſitates varie con-
tingant. ¶ In alio extremo (vt Auguſtinus. 5. de
ciuita. cap. 9. arbitratr̄) fuit Cicero in libris de na-
tura deorum ꝛ de diuinatione. Nempe qui vt ne-
ceſſitatem fati aduerſus Stoicos negaret, inci-
dit in aliam amentiā, vt diceret, deum nō eſſe pre
ſcium omniū futurorꝫ. Arguebat enim q̄ ſi preſci
ta ſunt a deo oīa futura, eo ordine neceſſario eue
nient quo futura eſſe preſcita ſunt: obidq̄ non eſ
ſet in nr̄a poteſtate euitare mala que facimꝰ, aut
facere que omittimus bona. Et ita inquit Augu-
ſtinus, vt homines faceret liberos, fecit ſacrile-
gos: vꝫ vt crederent deum nō habere omnium
preſcientiā. ¶ Medius modus qui creditur fuiſſe
Ariſt. ꝛ quē fides Chriſtiana cōfitetur eſt quē ex
dictis illic Auguſtino ꝛ ex Boetio. 4. de conſola.
colligit S. Tho. 1. p. q. 116. ꝛ quem. 3. con Gentiles
cap. 92. latius exponit vꝫ q̄ fatum eſt ordo cau-
ſarum naturalium preordinatus ꝛ pſcitus a deo
que ita influunt in hec inferiora, vt tñ ex ſua na-
tura deficere poſſint, ꝛ ex diuina libertate depē-
deant. Et hoc modo vtriq̄ opinioni recitate con
tradicimus. Prime quidem, quia non ponimus
fatū eſſe cauſam neceſſario ꝛ ineuitabiliter agē-
tem:



tem: ſecunde vero, qꝛ cōfitemur deū oīm ab eter-
no fuiſſe preſciū, nihilominꝰ ſuā pſcientiā nullā
neceſſitatē imponere rebus, quominus eas ſi-
nat agere ſm ſuam naturā, vt alie poſſint alias
impedire. Exempli gratia. Conſtellationes cele
ſtes ꝛ ordo omnium cauſarum naturaliū nō eſt
dubium quid aliquid agāt ad mores hominū: nō
quidē neceſſitādo, ſed diſponendo. Enimuero qꝛ
aīa eſt actꝰ corporis, multū afficit ex diſpoſitione
corporis: que ſententia eſt Ari. 2. de aīa tex. 12. Cole
ricus enim ſuapte natura eſt iracūdus: ꝛ ad lite-
ras aptus: phlegmaticus vero deſidioſus, ad li-
teraſq̄ ineptus. At ſanguineus eſt benenatꝰ ad
beneuolentiam hominū cōciliandā. Iſti tamē ef
fectus impediri poſſunt per educationē, ꝛ alias
cauſas etiā naturales. Itē Germani ad alios mo
res ſunt propēſi, q̄ Hiſpani. Vnde mediate hmōi
ſydera ſub quibus homines naſcuntur poſſunt
eſſe cauſe bone aut male, fortune. Et hic ordo et
cōcurſus cauſarū eſt fatum a fando, qꝛ eſt predi-
Fortuna ꝛ fatum. ctus a deo. ¶ Conueniunt ergo ꝛ differunt fortu-
na ꝛ fatum. Primo enim cōueniunt q̄ vtraq̄ cau
ſa eſt hominibus occulta. Et preterea qꝛ ſicut for
tuna non eſt, niſi in habentibus intellectum, ita
nec fatū eſt ꝓprie: niſi in hominibus, aut in alijs
rebus quatenus ad fortunā hominū ꝑtinet. Non
enim dicit fatum arboris, aut bruti cum fulmine
pereunt: quēadmodū diceret fatum hoīs. Diffe-
rūt tñ q̄ fortuna vt dictū eſt dicit cauſam per ac-
cidens que vnū intendit ꝛ aliud cōſequit: fatum
vero eſt cauſa per ſe inclinans ad aliquē effectū:
qui tñ pōt per aliā cauſam particularē impediri.
¶ Sed eſt hic tñ ad maiorē horū intelligentiā ad-
notandum q̄ iſti effectus particulares hominū
ex triplici cauſa ſuperiori contingunt. Primo ex
cōſtellationibus celeſtibus vt modo dictum eſt
influentibus in corpora humana rōne quarū di-
ſpoſitionū aīa inclinat ad hos vel illos effectus.
Secūdo ex angelis cuſtodibꝰ qui aut ꝓuincijs,
aut perſonis particularibꝰ ſunt in cuſtodiā de-
putati, vt nobis bona perſuadeant: ſicut demo-
nes pſuadent mala. Et tertio ex prouidentia dei.
Deus autem, qꝛ omnia futura in particulari co-
gnoſcit ꝛ nihil fit preter eius intentionem, nō di-
cit fortuna, vt ſupra dictū eſt. Neq̄ dicit fatū: nā
fatum eſt id qđ paſſiue dictū ꝛ ordinatū eſt: ſcien
tia vero ꝛ potentia dei nō eſt dicta nec ordinata,
ſed dicens ꝛ ordinans. Eſt ergo deus cauſa gu-
bernans ꝛ ordinans: ꝛ eius concurſus eſt guber
natio ꝛ prouidentia: que nihil cōtingenter ꝛ in-
determinate agit, ſed omnia ex certo iudicio. Et
ideo, vt ſupra diximus, non eſt dicendus cauſa
contingens, cum eius intentio impediri non poſ
ſit. Neq̄ concurſus ꝛ cuſtodia angelorum voca-
tur fortuna: quia ex intentione nos cuſtodiunt.
Nec ꝓprie angelus eſt fatum: qꝛ nō eſt in ordine
cauſarū naturaliū. Ordo autē naturaliū cauſa-
rum eſt fatum rōne iam dicta. Non tamē vocabi
tur fortuna, aut cauſa per accidēs ꝛ caſualis re-
ſpectu effectuū quos intēdit. vt qñ naſcitur mon
ſtrū, illud quidem erit caſuale reſpectu particu-
laris agētis: qꝛ eſt preter intētionem eius: nō tñ
erit caſualis effectus reſpectu cauſarū celeſtiū:
quippe q̄ ex intētione cōcurrebant cum alijs cau
ſis particularibus impedientibus rectā diſpoſi
tionem materie, ꝛ efficientibus mōſtrū. ¶ Quo-
circa hō dicet bene vel male fortunatꝰ reſpectu
cauſarū particulariū, ꝑter quarū intentionē cō-
tingit illi talis effectus. ſ. inuētio theſauri, aut ca
ſualis mors. vt ſi caſu flāte ſalubri aere in tali tē-
poris articulo homo liberatur a morte, eſt bene
fortunatus reſpectu omniū naturalium cauſarū
que non intendebant illum effectum: ſed non di
cet fortunatꝰ reſpectu dei, qui illud ſciebat: nec
reſpectu angeli cuſtodis, qui potuit ex intētione
eſſe cauſa illius. Tametſi notandum ſit obiter in
ꝑſentia q̄ fortunatus non dr̄ propter vnū actum Fortunatꝰ
fortune, ſicut nec ſtudioſus propter vnū actū vir
tutis: ſed propterea q̄ plurimū illi proſpera acci
dunt. ¶ Reſpectu autem conſtellationum cele-
ſtium, a quibus hō bene vel male inclinat, dicit
homo bene vel male natus. At vero reſpectu an-
geli nō dicitur hō bene natus, ſed bene cuſtodi-
tus: qꝛ ex intentione cuſtodit nos. Et eadē rōne,
nec reſpectu dei vllo modo dicimur bene, aut
male nati, aut fortunati: ſed bene gubernati: et
bene prouiſi. Non tamen male gubernati: quia
malorū que nobis cōtingūt, aut nos ſumus cau-
ſa per volūtatē, ſi ſunt mala culpe: aut ſi ſint alia
mala pene, deus occulto iudicio illa ordinauit
ad bonum. ¶ Hinc demum ſequitur q̄ in ijs que
dependēt ex ſolo cōcurſu dei (vt creatio mundi,
conſeruatio angelorū ꝛ orbium celeſtiū) q̄ cum
ſuapte natura ſint perpetua entia ex nulla cauſa
ſecūda, ſed ex ſolo deo dependent, nec eſſe poteſt
fortuna, nec caſus, nec fatum: qꝛ cum non depen
deant ex cauſa que deficere poſſit, nihil poteſt il
lis a caſu, vel fortuna contingere. In his aūt in-
ferioribus, quia dependent ex cauſis ſecundis,
poteſt contingere caſus ꝛ fortuna: ꝛ quanto res
ex pluribus cauſis dependent, tanto pluribus
accidentibus caſualibus ſunt ſubiecte. ¶ Et hinc
rurſus ſequitur q̄ voluntas noſtra nulli eſt im- Voluntas
mediate ſubiecta fortune aut caſui: quia in ſuis
actionibus a ſolo deo immediate dependet. Nec
alia cauſa mundi poteſt eam directe mouere: ni
ſi angelus vel demon, non quidem compellen-
do, ſed proponendo ſibi obiectum bonū vel ma-
lum per modum perſuaſionis. Et ideo nō habet
quo poſſit ſe a cōmiſſis peccatis excuſare: ſed de
hoc alias. ¶ Ad quintū ergo argumentum reſpō Ad. 5. arg.
detur primo ad authoritatē Gregorij, q̄ interdi-
citur Chriſtianis nominare fatum eo modo quo
Gentiles loquebantur de fato, credētes, eſſe cau
ſam neceſſariam ineuitabilem. vnde fabulaban
tur eſſe apud inferos tres Parcas, a cōtrario fa- Parce.
cto nominatas, q̄ nemini parcerent: ſm tres dif
ferentias temporis, puta preteriti, preſentis, ꝛ fu
turi. Que quidē admodū nentium, filum vite no-
ſtre ducunt: filum enim quod in fuſo tortum eſt,
ſignificat tempus preteritum vite: quod modo
ex colo trahitur ꝛ filo torquetur, ſignificat inſtās
preſens: quod vero ex colo nondū extractum eſt,
ſignificat tēpus futurū. Vnde Lacheſis filū de-
ducit ex colo. Clotho vero fuſum torquendo col-
ligit filum: ſed Atropos illud rumpit. Quas qui-
dē fingebant eſſe inexorabiles, qꝛ vnicuiq̄ deſti-
nata eſt vite perihodus. Putabāt. n. pſciētiā dei
neceſſitatē rebꝰ imponere. Et hoc eſt qđ Grego.
condēnat ꝛ Auguſt. 5. de ciui. dei cap. 9. At vero ſi
mō iam expoſito loquamur de fato, vt ſit ordo re
rū preordinatus et pfatus a deo, qui nō imponit
neceſſitatem rebus, nihil periculi eſt vti hoc no-
mine, fato. Vnde idem Auguſtinus eodem lib.
cap. 1.

cap.1. ſi propterea inquit euentus rerum quiſq̄ fato attribuit: quia ipſam dei voluntatē fati nomine appellat, ſententiam teneat: ſed linguam corrigat. ¶ Quocirca ſi aſtrologi nihil aliud nobis prenunciarent q̄ euentus aliquos in generali ad quos ſydera nos noſtre natiuitatis inclinant, neq̄ illos ita affirmarent ineuitabiles, tollerabiles quidem eſſent, ſed de hoc merito quidem reprehenduntur, ⁊ ꝙ ad particularia nimiū deſcendunt, ⁊ ſummam certitudinē ſuis prenoſticis arrogāt. ¶ Ad rōnē aūt ſatis reſpōſum eſt, dum conſtituta eſt inter fatum ⁊ fortunam differentia, oſtenſumq̄ eſt quēadmodum fatum non eſt deus neq̄ eius prouidentia: ſed ordo naturalium rerum ab ipſo preſtitutus. ¶ De arte ariolādi: qua vtebantur gentiles, ex animalium extis, auiumq̄ volatu, ⁊ alijs id genus futuros euent⁹ portendentes, nihil opus eſt mētionem facere: q̄ ppecū ea demonū fallaci ſuaſione obſeruabāt.

In cap. viij. tex. lxxv. Dicendum igitur &c.

## Quæſtio ſexta.

### VTRVM NATVRA agat propter finem.

A Parte negatiua arguitur primo contra primam cōcluſionē Ariſt. in text. 70. ꝙ phyſico incūbit per omnes cauſas demōſtrare. Si hoc eſſet verū, maxime vt ait illic Commenta. ꝙ phyſico proprium eſt conſiderare materiam: ſed hoc non: q2 metaphyſicus abſtrahit a materia (cum tractet de intelligentijs) ⁊ tamen habet etiam ipſe conſiderare omnes cauſas, vt Ariſto. 3. meta. tex. 3. docere videtur. ¶ Secūdo principaliter arguitur cōtra eundem textum, vbi ait tres cauſas in idem coincidere. Forma ignis eſt pars ſubſtantie: eius tamen finis eſt calefacere: nam eſſe eſt propter operari. Et in artificialib⁹ forma domus eſt ordo partium: finis autem eſt habitatio: ergo forma ⁊ finis non ſunt idem. ¶ Et confirmatur. Materia nōnunq̄ ⁊ efficiens coincidūt: immo ⁊ materia ⁊ finis (vt quando aqua ſe reducit ad frigiditatem (ergo debuiſſet Ariſto. dicere ꝙ omnes quatuor cauſe aliquando coincidunt: ⁊ non tantum tres. ¶ Tertio principaliter arguitur contra aliud dictum eiuſdem textus. 70. ſ. ꝙ illa que non habent in ſe intrinſecum principiū ſui motus, non cadunt ſub phyſica. Celi non mouentur ab intrinſeco vt. q. 1. huius libri dictū eſt: ⁊ tamen pertinent ad phyſicam conſiderationē: nam libri de celo ſunt mere phyſici. Immo ⁊ intelligentias que nullo modo mouentur, nec ſunt entia naturalia, pertinet ad phyſicum conſiderare: de quibus proinde diſſerit Ariſto. 8. huius: ergo dictum illud eſt falſum. ¶ Quarto principaliter arguitur. Natura nō mouetur a fine: ergo nō agit propter finem. Conſequentia eſt nota: nam, propter, dicit motionem qua agens mouetur a fine ⁊ ad finem. Sed probatur antecedēs. Quādo ignis comburit ſtuppam forma generanda nullatenus poteſt mouere ignē: nam aut moueret illum realiter per ſe immediate: ⁊ hoc non, cum talis forma non ſit. Aut per hoc quod ignis recepit virtutem agendi a tali fine: ſicut ait Ariſt. graue moueri a generante: ⁊ hoc non: quia ad hoc ſaltem requiritur ꝙ illa forma fuerit. Aut mouetur intentionaliter: ſicut infirmus a ſanitate futura quam cognoſcit mouetur ad ſumendam potionem: ⁊ hoc nō, quia ignis non cognoſcit. ¶ Et confirmatur. Si natura agit propter finem, maxime animalia illa bruta quorum exempla ponit Philoſophus: ſed ea non: ergo. Probatur minor. Aut hirundo extruens nidum cognoſcit finem. ſ. procreationem filiorum, aut non: ſi non cognoſcit, male dicit Ariſto. ꝙ illa animalia non agunt ex deliberatione: nam ſi cognoſcunt finem ordinant media ad finem. Si tamen non cognoſcant finem, mirabile eſt ꝙ tanta arte vtantur hirundines, apes, ⁊ vermes illi ſerici, bōbices nomine. Et reuera quicquid ſit de alijs, tamen formica cōgregans grana, videtur cognoſcere finem: nam cognoſcit alimētum: ⁊ canis venaticus videtur cognoſcere feram quā abſentem indagine ſequitur. ¶ Quinto principaliter arguitur. Si natura ageret propter finem, id maxime eſſet: quia cauſa naturali concurſu ⁊ inſtinctu producit talem effectum (hoc enim ſonat agere propter finem) ſed ſi hoc eſſet verum, ſequeretur ꝙ cum natura producit monſtra, ageret etiam tunc propter finem: quoniam ſicut naturali concurſu producit perfectus homo, ita naturali concurſu cauſarū vniuerſalium ⁊ particularium impedientiū productionem pfecti hominis producit mōſtrū. Cōſequens tamen eſt contra Ariſt. cap. 8. appellantem monſtra peccata nature, atq̄ adeo effectus per accidens, propterea ꝙ raro contingunt. ¶ Sexto principaliter arguitur contra aliam cōcluſionē in text. 88. ſ. ꝙ neceſſitas in rebus naturalibus ſumit a fine. Durities oſſis ⁊ oculorum mollitudo prouenit ex diſpoſitionibus materie: quia. ſ. in oſſe eſt magis denſa ⁊ ſicca: in oculo vero mollior ⁊ rarior: ⁊ ꝙ es appoſitum igni liqueſcat, lignum vero vertatur in cineres, prouenit ratione materie. ſ. quia materia eris eſt aquea, materia vero ligni terrea. Item ꝙ res iſte ſublunares ſint corruptibiles, prouenit ratione materie: quia. ſ. ſunt materiales: nec eſt alius finis earum corruptionum: ergo male dictum eſt ꝙ neceſſitas ſit a fine. ¶ Septimo demū arguitur aduerſus aliud verbum in text. 91. quo inſinuat finē eſſe priorem cauſam q̄ materiam atq̄ adeo omnium cauſarum primam. Materia eſt perpetua loquendo naturaliter: ⁊ in rei veritate preſupponitur ad introductionē forme: que vt docet Ariſt. coincidit cum fine: ergo materia eſt prior cauſa q̄ finis. ¶ Et confirmatur. Ordo cauſarum particularium ſumendus eſt ex ordine vniuerſalium: ſed inter cauſas vniuerſales prima omnium eſt deus qui eſt prima cauſa efficiens: ergo cauſa efficiens precedit finem. ¶ In contrarium eſt authoritas Ariſto. qui per totum cap. 8. probat naturam agere propter finem.

¶ Quæſtiōis huius materia abūde conſtat ex textus expoſitione: ſed ne filū queſtionum rūperemus, mota eſt vt ⁊ textus ⁊ commentorum epilogū faciamus. Summa trium capitulorum a textu. 68. vſq̄ ad finē huius ſecundi libri conſiſtit in ſeptem concluſionibus: tribus preambulis in. 7. cap. ⁊ quarta principali. in. 8. et tribus item appendicibus. ¶ Prima in textu ſtatim. 70. Philoſopho naturali incūbit per omnia cauſarum genera reſpondere ⁊ ſuas concluſiones demonſtrare. (1. Concl.) Ratio eſt vt in Commento. 68. diximus: quia conſiderat res naturales, non ſolum quantum, ad eſſe quod eſt a forma, ſed quantum ad fieri: ad quod requiruntur alie tres cauſe. Idem pollet ratio Cōmēta. commē. 70. ſ. quia phyſicus habet cōſiderare materiam, que depēdet a forma, ⁊ per cōſequens agens propter finē educit formam de potētia materie. Unde mathematicus vt illic dicebamus, quia abſtrahit a materia, ſolum demonſtrat per formam, ſcilicet per quiditates ⁊ diffinitiones rerum: nihil conſiderans de efficiente ⁊ fine. De metaphyſica vero que tangitur in primo argumento, non ita manifeſte determinauit Ariſto. ꝙ habeat tractare de omnibus cauſis: vt. 3. metap. lec. 5. adnotauit S. Tho. Nihilominus etiam metaphyſica tractat de omnibus cauſis: alia tamen ratione q̄ phyſicus. Cum enim cōſideratio eius ſit de ente in cōmuni: de cuius ratione non eſt materia (quia intelligentie que ſunt optima entia ſunt immaterialia ⁊ in generabilia) non conſiderat de materia ⁊ forma que ſunt partes rei naturalis: ſed cōſiderat de forma totius: que eſt quiditas rei conſtās ex genere ⁊ differētia tanq̄ ex materia ⁊ forma. Non enim diffinit hominē, qđ ſit compoſitū ex corpore ⁊ anima: ſed ꝙ ſit animal rationale. Quod ſi conſideret de materia ⁊ forma phyſicis, id facit in genere, quatenus ſunt potentia ⁊ act⁹: que ſunt entis differentie. Et eadem ratione non tractat de fine intrinſeco generationis: ſ3 de extrinſeco rei genite: ⁊ ꝑ ꝯñs nec de efficiente quatenus mouet motum: ſed de mouente non moto. Tractat enim de intelligentijs que mouent non mote: ⁊ ſunt ſm Ariſto. extrinſecus finis omniū corruptibilium. Tametſi reuera: deus ſit vltim⁹ omniū finis. Et per hec patet ſolutio ad primū.

2. Conclu. Finis duplex. Ad. 2.

¶ Secunda cōcluſio eſt in eodem textu. Forma ⁊ finis ſunt idem re: quibus efficiens etiam eſt idē ſm rationem. Nam finis mouens ignem ad comburendum ſtuppam eſt forma introducēda ſibi ſimilis in ſpecie. ¶ Sed pro ſolutione ſecundi argumenti notandum eſt ꝙ duplex eſt finis, alius eſt finis generationis ⁊ alt⁹ rei genite. Finis generationis eſt ipſamet forma que introducitur per generationem. Et de hoc fine loquitur Ph. Cum enim vnus equus generat aliū, forma equi generantis non habet rationem forme in tali generatione, ſed forma equi geniti: que eadem fuit finis mouens agens, vt produceret ſibi ſimile: finis autem rei genite eſt actio, puta vt res genita iterum operetur. Sicuti finis generationis plante eſt forma plante: finis autem rei genite eſt fructus. Et de hoc fine non ait Ariſtot. ꝙ coincidat cum forma. Immo nec ſemper talis finis cadit ſub conſideratione phyſica. Finis enim hominis eſt operari ſm virtutem. que pertinet ad philoſophum moralem: ⁊ viſio beatifica: que pertinet ad theologum. ¶ Ad confirmationem reſpōdetur, ꝙ in generatione ſubſtantie nunq̄ materia poteſt coincidere, nec ſm rem, nec ſm rationem, vel cū efficiente (q2 mā nullius eſt actiuitatis) vel cū forma aut fine: q2 materia eſt pura potentia: ⁊ forma ⁊ finis ſunt actus. Et ideo Ariſto. non dixit materiam coincidere cum alijs cauſis. In alterationibus vero nihil prohibet, vt materia ⁊ agens ſint idem. vt quando aqua reducit ſe frigiditatem: vbi etiam perfectio aque eſt finis. Aut quando ſemen per virtutem intrinſecā digeritur ad generationē: q̄uis etiam tunc aqua moueatur in virtute generantis, ⁊ ſemen in virtute animalis a quo fuit deciſum. ¶ Tertia concluſio, eſt in eodem textu. Mouentia que mouent mota. i. que habent in ſe intrinſecum principium ſui motus, pertinent ad phyſicā conſiderationem: quia ſunt entia naturalia: illa vero que mouēt ⁊ non mouentur. i. que non habent principium intrinſecum ſui motus, q2 nō ſunt entia naturalia, non pertinent ad phyſicum. Unde infert tria eſſe genera rerū ad tres ſcientias pertinētia. ſ. intelligentias, que nullo modo mouent, celum quod mouentur ſed non corrumpitur, ⁊ iſta corruptibilia. (3. Conclu.) ¶ Ad tertium igitur argm̄ rñdetur ꝙ celi: licet nō habeāt principiū intrinſecū actiuū ſui motus, habēt tñ pñcipiū paſſiuū mot⁹ localis. vt eadem queſtione dictū eſt: obidq̄ ſunt entia naturalia pertinentia ad phyſicā: ſed q2 non ſunt corruptibilia diſtingūtur ab alijs entibus naturalibus. (Ad. 3.) De intelligentijs vero ⁊ prima cauſa alia prorſus ratiōe q̄ metaphyſicus tractat philoſophus naturalis. Metaphyſicus enim tractat de illis quatenus ſunt quedā entis genera per ſuas diffinitiones quiditatiuas (quales pro iſto ſtatu de illis venari poſſumus) phyſicus vero dūtaxat tractat de illis per ordinem ad motum: reducit enim particulares motus ad prima mouentia particularia: deinde ad vniuerſalia. Ut cur genitus eſt homo, quia ex ſemine humano: ⁊ cur ſemē erat humanū: q2 deciſſum ab homine. Et illud eſt primū mouēs particulare. Nihilominus: q2 cauſe particulares dependent ab vniuerſalibus, neceſſe habet tractare de celis ⁊ eorū motibus. Atq̄ adeo perſcrutari tenet vtrū talis motus celorū cōueniat illis ab intrinſeco, an ab extrinſeco. Et hac neceſſitate tractat de intelligentijs inquantū ſunt celorum motrices. Utrum vero ſint materiales vel ſpirituales, hoc pertinet ad metaphyſicum. Et hec de. 7. cap. quod in commentis latius expoſitum eſt.

Concluſio pncipalis

¶ In cap. viij. conſtituit principalem cūcluſionem quartā in ordine: qua rñdetur ad queſtionē. Que vt in cōmentis dicebamus in pcipuis eſt quas Ariſt. aſſeruit. Non enim ſolum ad intelligentiā rerū naturaliū ſummo opere cōducit, verū ad corroborationē diuine prouidētie, res vniuerſas in ſuos cuiuſq̄ fines dirigētis: vnde Empedocles ⁊ democritus ex ignorantia finis nō ſolum errores: ſed certe deliramenta plurima ſomniarunt. Nam vt. q. 3. ⁊ hic ſuper textum 74. adnotauimus, ignorato fine, neceſſe eſt ⁊ cauſas efficientes latere: efficiēs enim agit propter finē. Et hinc lapſi ſunt iſti in illum errorem ꝙ omnia ſunt facta a caſu, etiā celi, propter fortuitū cōcurſum atomorū circulariū, aut pyramidalium, aut alterius figure. ¶ Et preterea nullam preter materialē reddebāt rerum cauſam: ob cuius neceſſitatem dicebāt prouenire varietatē mēbrorum animaliū, omniūq̄ generationes ⁊ motus. vt in commentis ſeptimi capitis late expoſitum eſt. Atq̄ adeo nimirum ſi dei prouidentiam, immo ⁊ deū ipſum, ignorauerint. Nam cum deus ſit qui ſuos quibuſq̄ rebus indiſtinct⁹ ad ſuos certos fines

fines impreſſit, ignorantibus fines rerum, nō reſtat in lumine naturali quo modo cognoſcant deum eſſe cauſam horum inferiorum, aut certe eſſe deum. ¶ Aduerſus iſtos conſtituit Philoſophus hanc concluſionem. Natura agit propter finem. Quam nouem egregijs rationibus corroborat. Primo, qꝛ ea que ſunt a natura contingūt, aut ſemper, aut frequenter. Secundo quia natura agit ſimiliter vt ars: quam conſtat agere propter finem. Et tertio, quia ars imitatur naturam: vt patet in arte medica: que eodem modo producit ſanitatem quo produceret natura ſi poſſet: q̄ tamen ars ordinat media ad finem. Et.4. exemplo brutorum animalium, puta formice ⁊ hirundinis que ſine aliqua conſultatione agunt propter finem. Et.5. quia materia eſt propter formā. Et.6. ex indicio ſumpto a monſtris: que idcirco ſunt monſtra, quod non attingunt finem intentum a natura. Et.7. quia certus eſt ordo ⁊ ſeries actionum, vt prius ſit ſemē deinde digeratur ⁊c. quod eſt teſtimonium illa ordinari ad finem. Et 8. quia plante etiam agūt propter finem, licet nō ſit ita manifeſtum. Et poſtremo: qꝛ ſi natura non ageret propter finem, non ſolum contingerent monſtra cōſtantia ex diuerſis membris animalium, aut membris deformia, ſed indifferēter fierent monſtra ex partibus animalium ⁊ plantarum coeuntibus: quod eſt contra experientiam. Has rationes: quia copioſe (ni fallor) expoſuimꝰ in commentis, moleſtum duximus hic pluribus

Inſania ē finē negare.

verbis explicare. Cōmenta conſulite. ¶ Reuera nihil aliud ꝙ̄ furor ⁊ inſania eſt de rebꝰ naturalibus finē tollere. Quis enim homo, niſi qui hoc nomine nō eſt dignus (vt alia pretermittamus) dicere audeat, cum ceterorum animalium, tum maxime hominis mēbrorum compaginem, forte ⁊ caſu factam: ſane que ad ſua cuiuſqꝫ officia tam ſunt copioſe appoſite, atqꝫ adeo mirabiliter accommodata. vt oculi, aures, manus, pedes, ⁊ his interiora, os, dētes, guttur, ſtomachꝰ, tāqꝫ multe vene, arterie, alueiqꝫ diuerſi, quibus alimētum, quo ſine viuere nequimus, ſumatur, teratur, degluciatur, digerat, diſtribuatur, ⁊ egeratur. Et in cerebro rete illud, merito mirabile nuncupatum, quod ſpiritibus colandis artifex natura texerit, quales ſenſibus vſui eſſe poſſent. At qui quis inficiari potuit, aerem ⁊ reliqua elementa, ſeminumqꝫ ⁊ plantarum tam multa genera, in vſum eſſe animalium, ⁊ preſertim hominū, condita vniuerſa: figuramqꝫ ipſam iumentorum ad vehēdum, cum ſarcinas, tum etiam homines ipſos aptiſſime fuiſſe creata. Et vt ethnicus ille cecinit, non ſibi, ſed nobis nidificare aues, mellificare apes, vellera ferre oues, aratraqꝫ boues. Si qui vnqꝫ hec olim ignorabant, nimirum ſi nullum deū colerent: nam qui modo de his vniuerſis deū nō colit, amat, ⁊ veneratur, dabit ille ingra-

Ad.4. Agere pp fi. tripl'r.

titudinis penas. ¶ Sed vt ad ſolutionem quarti argumēti reuertamur, reſpōdetur ex diſtinctione Ariſt. in tex.49. vbi diſtinguit ea que ſunt propter finem in duo: alia enim agūt propter finē. i. a propoſito: ⁊ alia tanqꝫ directa ab alio. Poſſumꝰ tamen in tria membra explicatius diſtinguere, vt ait S. Tho. 1. p. q. 59. arti. 1. ⁊ 12. q. 1. ⁊ 6. alia enim agunt propter finem ſine aliqua prorſus cognitione finis, vt plante ⁊ elemēta: alia vero cum cognitione finis. Dupliciter tamen, aut cognoſcendo finem materialiter. i. rem particularem que eſt finis, non cognoſcendo rationem finis, neqꝫ ordinem mediorum ad finem: ⁊ iſto modo bruta cognoſcunt finem: cognoſcunt enim famem ⁊ ſitim, quam ſentiunt: ⁊ ordeum quod comedunt, ⁊ quam bibunt aquam: non tamē cognoſcūt hec ordinari ad ſedandam famem aut ſitim propterea ꝙ imaginatiua bruti non eſt collatiua vniꝰ ad aliud. Alia ſunt que agunt propter finem cognoſcendo formaliter finem ⁊ ordinem mediorū ad ipſum. Ut deꝰ ⁊ creature rationales. ¶ Tūc ad formam argumenti reſpondetur ꝙ inſenſibilia agūt naturaliter propter finem primo modo: ſenſibilia vero ſecūdo modo. Sed ſemper reſtat argumentum quomodo ignis, aut planta mouetur a ſuis finibus, ſcilicet ab igne generando, vel a germinandis fructibus. Reſpondent cōmuniter nihil aliud eſſe plantam moueri a fructibus ꝙ̄ habere virtutem naturalem producendi fructus. Sed certe hoc non ſatiſfacit verbo qd̓ eſt, agere propter finem: nam ly, propter, dicit quodam modo moueri a fine. Et ideo dicendum eſt ꝙ quemadmodum cognoſcens album dirigit ſagittam in album, imprimendo illi impetum, vel motum ad talem determinatū locum, ⁊ ideo album mediate mouendo hominem mouet ſagittam: quia virtus impreſſa eſt ſagitte ex intentione albi: ita quia conditor nature deus ex intentione fructuum impreſſit plante virtutem germinandi, planta mouetur quodam modo a fructibus. i. per virtutem ſibi impreſſam ex intentione fructuum. Et ideo opus nature, eſt opus intelligētie. Et eodem modo ignis quodam modo mouetur ab igne generando. ¶ Quod ſi contra obijciatur. Natura illa cōuenit ab intrinſeco taliter ꝙ nō poſſet deus facere prunū quin ſuapte natura eſſet productiua pruni. Reſpondetur id eſſe verum: nihilominus in rei veritate, quādo res create ſunt, condite ſunt illa intentione. Et philoſophi naturales: licet ignoraſſent creationē mundi, ita tamen explicabant naturas rerum, ac ſi eſſent opus intelligentie. Quando diximus hominem agere a propoſito mouendo ſe in finem, nō intelligimus de actionibus naturalibus, ſed de moralibus, vt ducere vxorē ad procreandos liberos emere alimenta ⁊c. ſed tamen actiones naturales vt generationes ⁊ nutritiones eodem modo fiunt quo in ceteris animalibus.

Bruta qūo agūt propter finem.

¶ De materia confirmationis varie ſunt opiniones quas recitat Paulus Venetus. Alij enim dicunt ꝙ formica cōgregat grana ex cognitione quadam naturali quam habet futuri euentus. ſ. ꝙ in hieme indigebit. Et ita araneus texit telam ex cognitione naturali qua cognoſcit telam futurā. Alij dicunt ꝙ iſta animalia operantur ex memoria preteriti: vt hirundo niduli memor quē fecerat anno preterito, facit nunc ſimilem. ¶ Sed nihilominus rei veritas eſt ꝙ eiuſmodi animalia nullum prorſus finem futurum cognoſcūt: neqꝫ iſta operantur ex memoria preteriti. Quādo enim diximus bruta cognoſcere finem intelligimus, aut de obiecto preſenti (puta quando brutum bibit aquam) aut de fine localiter diſtante, qui per aliquem ſenſum percipitur: ſicuti vultures olfactu mouentur ad remotiſſima cadauera: tamē de futuro certe nihil cognoſcūt. Et quāuis aliqua animalia bruta habeant memoriam ⁊ ſint quodam modo



modo prudentia. vt docet Ariſt. in principio meta. ſicut apes retinent quodam modo in memoria flores quas collegerunt. ⁊ vbi collegerant: ⁊ bruta habeāt ordeum ſingulare in memoria qd̓ tali loco comederunt: ratione cuius ad ſtabulū ꝓperant: nihilominus hirūdo non indiget memoria niduli preteriti ad faciendum preſentem: nam hirundo hoc anno nata, que nunqꝫ fecit nidum, ſine memoria preteriti facit nidū: ⁊ ita formica noua congregat grana. ¶ Dicendum ergo ꝙ iſta aīalia ſolo inſtinctu naturali q̄ non eſt cognitio: ſꝫ inclinatio (ſicut graue īclinat ad cētrū) operantur non cognoſcendo quo fine id faciant: ſꝫ natura inſtigante. Immo neqꝫ equus quādo generat cognoſcit futurum filium: ſed ſolum habet ſenſationem preſentem delectationis: nec quando ſumit ordeum cognoſcit futuram ſatietatem: ſed preſentem famem anteqꝫ comedat, ⁊ preſentem ſatietatem comendendo. ¶ Nec ſolum nō cognoſcunt finem rei quam faciunt, vt araneus nō cognoſcit futuram muſcam ad quam illaqueandam texit telam: nec vermis bombix cognoſcit futurum ſericum: aut hirundo, futura oua: ſed neqꝫ cognoſcunt finem intrinſecum ipſius rei: vt hirundo non cognoſcit quantitatem ⁊ figuram rotundam nidi quem facit: ſed inſtinctu naturali facit nidum quem poſtea videt eſſe rotundum. Quocirca illi quos hic notat Ariſto. text. 80. dicentes huiuſmodi animalia ex arte operari merito ſunt reprehendendi: nam certe ſi hirundo cognoſceret figuram futuram nidi ⁊ eius durationem, addiſceret vno tempore meliorem nidū facere: vel vna hirundo doctior eſſet ꝙ̄ alia. ¶ Tūc ad formam confirmationis reſpondetur, ꝙ licet huiuſmodi animalia non cognoſcāt finem, nihilominus natura magiſtra docta ſunt operari ad modum artis. Immo propterea dictū eſt, ꝙ ars imitatur naturam. Et ad aliud reſpōdetur ꝙ formice cognoſcunt quidē preſentia grana que colligunt: non tamen futuram neceſſitatem in hieme: ſed natura inſtigat tantum colligere quantum erit poſtea neceſſarium. Canis vero habere poteſt memoriam fere quam antea vidit: non tamen illud eſt neceſſarium ad indagandum. Nā ⁊ ſi nunquā leporem vidiſſet, olfactu traheretur vſqꝫ ad leporem.

5. Conclu. ¶ Aliæ ſunt cōcluſiones tres ab iſta principali appēdices ⁊ corollarie. Prima in tex.88. que ſit ordine quinta.

Monſtra.

Monſtra ſunt peccata nature, non potentis ad ſuum proprium finē peruenire. Aduerſus Empedoclem qui dicebat monſtra in prima inſtitutione rerum a caſu fuiſſe facta ex fortuitu concurſu membrorum. Ad cuius intelligentiam notat hic Albertus tracta. 3. cap. 3. quatuor de cauſis in genere cōtingere mōſtra. Aliquando enim fiunt propter penuriā materie, aut in toto (vt cū naſcitur pigmeus homo) aut in parte: vt cum naſcitur homo truncus aliquo membro. Aliquando ex ſuperabūdanti materia: aut in toto (vt cum naſcitur giganteus homo) aut in parte (vt cū homo naſciſſet ex digitis.) Tametſi his addere nos poſſumus, ꝙ nonnunqꝫ quātitas parua, vel magna geniti prouenit ex vehementi, aut exigua virtute agentis non potentis totam materiam digerere. Tertio prouenīūt ex indebita proportione qualitatum ad materiā ſ. caloris aut humiditatis ratione cuius naſcūtur homines groſſi, aut exiles. Et quarto contingūt ex malicia continentis. ſ. matricis. Et ideo naſcunt homines gibboſi, claudi, ⁊ nonnūqꝫ bicorpores. Quale monſtrum nos ipſi vidimus: hominem. ſ. ex cuius ventre appendebat alius homo preter caput: propterea ꝙ paniculus medius duorum ventriculorum matricis, in quibus duo erant fetus, ruptus eſt: ⁊ ambo fetus fuerunt coniuncti. His ergo modis īpedita natura particularis ne poſſit conſequi ſuum finem, prodeunt hmōi mon-

Ad.5.

ſtra. ¶ Unde ad quintum argm̄ principale reſpōdetur, ꝙ mōſtra poſſunt cōparari, vel ad cauſas vniuerſales, vel ad cauſas particulares q̄ impediūtur a ſuo fine, vel ad cauſas particulares impedientes. Si compararentur ad cauſas impeditas, vt mōſtrum hominis ad hominē generātem ⁊ ad ſemen, dicuntur quodā modo effectꝰ per accidens: cum qꝛ tales cauſe non per ſe intēdunt illa mōſtra: tum etiam qꝛ raro contingunt. Et ideo dicunt quodam modo effectus caſuales. Non tn̄ ſunt ſimpliciter caſuales, ſicuti effectus fortuitus. Nam in fortuna ⁊ caſu dicitur fortuna cauſa accidentalis talis effectus, qꝛ accidit effectui per ſe intento: monſtrum autem non ſic: ſed potius eſt defectus finis intenti. Reſpectu vero cauſarum impedientium particulariū monſtrū poſſet dici per ſe intentum: non primo: ſed tanqꝫ medium ad ſuum finē, veluti corruptio aque eſt effectus ignis. Qui certe non eſt per accidēs (vt quidam volunt) ſed per ſe intentus tanqꝫ via ad generationem, quā per ſe primo intendit. Poſſet etiam dici per accidens. vt cauſa que rupit ventriculum, aut que fecit exhuberantem calorem, non intendebat per ſe mōſtrum: ſed per accidēs ſequutum eſt. Reſpectu vero cauſarum vl'ium dicūt ꝙ eſt effectꝰ per ſe: ſicut reſpectu dei qui per ſe cōcurrit ad omnes effectus. Alij dicunt ꝙ cauſa vl'is nō intendit monſtrū. ſ. illam deformitatē: monſtrū tn̄ intēdit. ſ. rem que eſt mōſtrū. Sed parum refert quō loquamur qn̄ de re cōſtat. Hoc. n. eſt certū ꝙ mōſtrum nō eſt miraculum, poſtqꝫ fit mediantibus cauſis ſecūdis. ¶ Hinc conſtat qua de cauſa non cōtingunt tot monſtrorum genera in plātis, quot in animalibus: vt text. hic. 83. inſinuauit Ariſto. Nēpe ꝙ ad generationem animalis multo plura cōcurrunt ꝙ̄ ad gn̄ationem plāte: ⁊ vbi plura requiruntur, pluribus etiam modis cōtingit deficere. Qua etiam ratione plura monſtra contingunt in hominibus, ꝙ̄ in brutis.

6. Conclu. ¶ Sexta cōcluſio, eſt in cap. 9. text. 88. Neceſſariū in rebus naturalibus dicitur de materia: ſed tamen ratio neceſſitatis ſumitur a fine.

Neceſſarium.

Hec cōcluſio addita eſt ab Ariſtotele, vt in cōmētis dictū eſt, ad reſpōdendum aduerſarijs. Cū enim antiqui dixiſſent totam cauſam effectuū naturaliū prouenire ex parte materie, Ariſt. vero contradixiſſet, ꝓuenire ex parte finis, reſtabat argumētum, qꝛ negare non poſſumus neceſſitatē ex parte materie. Alia enim eſt materia oculi (nempe aquea ⁊ mollis) alia materia auditꝰ, alia oſſis, ⁊ alia carnium. Alia inqꝫ non loquēdo de materia prima, ſed de materia phyſica, q̄ includit diſpoſitiones. Reſpondet ergo Ariſt. ꝙ in vnaquaqꝫ re naturali eſt hec, aut illa materia neceſſaria: tn̄ ratio neceſſitatis eſt a fine, ꝓpterea enim reqrit talis materia oculi, qꝛ talis ē accōmoda ad finem. ſ. ad recipiendum

pienduꝫ ſpecies: ⁊ talis materia eſt neceſſaria in oſſe propter duriciem: que eſt neceſſaria, vt oſſa ſint ſubſtentaculum hominis. Sicut in artificialibus neceſſaria ſunt lapides ⁊ ligna: ſed ratio materie eſt, qꝛ talis materia requiritur ad cōſtructionem domus. Ubi adnotādus eſt modus loquēdi, ꝙ finis non dicitur neceſſarius: ſed medium requiſitum ad finem: nam neceſſarium idē eſt qḋ requiſitum.

Ad.6. ¶ Unde ad ſextum principale conceditur ꝙ durities oſſis ⁊ mollicies oculi prouenit a materia: ſed tñ ꝙ talia membra habeant diuerſas materias phyſicas, reducendum eſt in finem tanꝗ in primam cauſam, vt modo dicebamus. Et pariter cōceditur ꝙ es igne liqueſcit, lignum vero inflāmatur ratione materie: attamē neceſſitas materiarū eſt, quia talis materia requiritur ad finem intrinſecum, puta ad quiditates ⁊ naturas talium rerum: ⁊ tandem ad finem extrinſecum, puta ad diuerſos vſus hominum.

Corruptio. ¶ At vero ad poſtremum membrum argumenti reſpondetur, ꝙ corruptio rerum non reducitur de perſe ad aliquem finem intrinſecum: quia vt ſupra tex.23. dixerat Ariſto. mors ⁊ corruptio nō eſt finis rerum: ⁊ ideo corruptio non reducitur in finem: ſed in cauſam materialem. Eſt enim homo mortalis, quia materialis: nihilominus corruptio non eſt per ſe primo intēta a natura: ſed tanꝗ medium ad generationem: eſt enim corruptio vnius, alteriꝰ generatio.

7.Conclu. ¶ Septima deniqꝫ ⁊ poſtrema concluſio colligitur ex textu.91. Finis eſt omnium cauſarum prima. Ait enim Ariſt. ꝙ tam materia ꝗ finis cadunt in conſiderationem hominis: precipue tamen finis: eo ꝙ eſt cauſa materie. Et ita ſupra inſinuauerat text.29. ſ. ꝙ finis eſt prima omnium cauſa. (Finis, prima cauſarum.) Sunt qui rationem huius concluſionis reducāt in cauſas vniuerſales, propterea ꝙ intelligentie ⁊ deus ſunt finis omnium corruptibilium: tamen Ariſto. non intelligit, niſi de fine particularis generationis. Eſtqꝫ intelligenda concluſio de cauſis formaliter. ſ. qñ actu cauſant. Etenī vt in artificialibus, ꝗuis lapides ⁊ artifex precesserint tempore domum, tamē qñ artifex mollitur ex lapidibus facere domum, primum mouens eſt finis. ſ. domus facienda: ꝗ quidem mouet non realiter: ſed intentionaliter: vt ſupra dictum eſt per cognitionem. Et eodem modo in naturalibus primum mouens hirundinē ad faciendum nidum eſt procreatio prolis: ex cuius intentione, vt diximus, impſſus eſt illi inſtinctus nidificandi. Et tunc congerit materiam: vnde educit formam nidi. Et pariter primū mouēs equum ad generationem eſt procreāda proles. Et ita in reliquis. Unde vt ordinem cauſarū colligamus primū mouēs eſt finis, qui mouet agens: ſcḋm agēs qḋ mutat materiam: ⁊ tertium eſt materia de cuius potentia educitur forma. Atqꝫ adeo forma que in ratione finis erat primum mouens per intentionem, in ratione forme eſt vltima cauſarꝫ ordine executionis.

Ad.7. ¶ Añ ad ſeptimū pncipale reſpondet ꝙ loquēdo naturaliter in via Ariſt. ſicut res que eſt materia fuit perpetua, ita ⁊ finis ⁊ forme ⁊ omnes cauſe fuerunt perpetue: qꝛ mundus fuit ab eterno: ſed quantum ad rem ſufficit, non dicimus ꝙ res que eſt finis materialiter ſit prior ꝗ res que eſt materia: nam finis eſt forma iſta que generatur: cum tamen materia ſit perpetua: ſed loquimur formaliter ꝙ quando cauſe applicantur ad opus, primum mouens eſt finis. vt modo exponebamus. ¶ Ad confirmationē vero reſpondetur, ꝙ ſicut deus eſt prima cauſa efficiens, ita eſt vltimus omnium finis. Eſt enim alpha ⁊ .o. principium ⁊ finis. Sed quando immenſe eius bonitati placuit creare mundum, primū etiā mouens (vt ita more noſtro de deo loqmur) fuit finis, puta eius bonitas: ſtatuit enim ab eterno mundum creare propter hominem: ⁊ hominem propter ſe: nempe vt eius perpetua ſocietate frueretur.

Secundi Phyſicorum finis.



# Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper tertium Phyſicorum Ariſtotelis Quæſtiones.

In textu.vj, Eius quod potentia &c.

## Quæſtio prima.

VTRVM DIFFINITIO motus cum reliquis adiacētibus ſit ab Ariſtotele bene aſsignata.

CVm libro primo ⁊ ſecūdo de principijs ⁊ cauſis entis mobilis dictum ſit, negocium huius tertij libri (vt in commentarijs dicebamus) eſt de motu: qui eſt paſſio mobilis: ⁊ de infinito. De motꝰ ergo diffinitione mouetur prima hec queſtio. A cuiꝰ parte negatiua arguitur primo contra id qḋ Ph. ante diffinitionē motus text.1. preſupponit: vꝫ, ꝙ natura, ignorato motu, nequeat cognoſci. Naturā eſſe (vt lib.2.tex.6. idem ipſe aſſerit) eſt per ſe notum: vbi ſubinde ait ridiculum eſſe hoc demonſtrare: ergo cognitio nature ab alterius cognitione non pendet. ¶ Et confirmatur. Eadē ſunt principia cognoſcendi, que ſunt principia eſſendi: vt enim res ſe habet ad eſſe, ita ⁊ ad cognoſci.2.meta.text.4. ſed natura eſt principiū motus. vt patet ex diffinitione: ergo potius motus cognoſcitur per naturā, ꝗ natura per motū. Alias tractatus de motu anteponendus fuiſſet tractatui de natura: ⁊ per ꝯñs liber hic debuiſſet ſecundū precedere. ¶ Secundo principaliter arguitur cōtra diffinitionē motus. Motus nō eſt in aliquo certo predicamēto. vt Ph. ipſe premittit tex.4. ſed vnuſquiſqꝫ motus reducitur ad genus ſui termini: vt augmētatio ad quantitatē: alteratio ad qualitatē ⁊c. vnde infert ꝙ ſicuti ens nō eſt vniuocum ad omnia predicamenta, ita nec motus in cōmuni ad motus particulares: id autem qḋ non pertinet ad vnum genus, nō habet vnicā diffinitionē: nam tunc genus diffinitionis nō eſſet potius vnius predicamenti ꝗ alterius: ergo motus nō diffinitur vnica diffinitione. ¶ Tertio principaliter arguitur. Diffinitio illa motus conuenit omni forme: qm̄ oīs forma eſt actus ſubiecti exiſtētis in potentia ad illā. vt forma ſubſtantialis eſt actus materie q̄ eſt eius potētia. Quinimmo ita formaliter diffinitur anima.2.de aīa.tex.6. ſ. eſt actus corporis phyſici organici potētia vitā habētis: ergo diffinitio motus ꝯuenit alijs a diffinito. Qḋ ſi dicatur ꝙ motus eſt actus imperfectus ſubiecti carentis perfectione eiuſdem actꝰ, ſequitur tunc ꝙ calor aque tepide que ceſſauit calefieri eſſet motus, ſiquidem eſt actus imperfectꝰ: ꝯñs eſt falſum: cum tunc ſit calida in eſſe quieto. ¶ Et cōfirmatur. Diffinitio tunc motus nō cōuenit gñationi: quam tñ hic Ariſt. cōprehendit ſub gñali nomine motus: poſtꝗ ponit illius exēplū: ergo non conuenit omni contento ſub diffinito. Probatur añs: quia forma ſubſtantialis in gñatione nō introducitur ſucceſſiue. Idqꝫ cū non ſit intēſibilis ⁊ remiſſibilis: ſed in inſtanti producitur eo mō quo lib.1.q.4. expoſitū eſt, patet cū palee introducta ſufficienti diſpoſitione inflāmantur: ergo ꝗ primū eſt aliquid forme ſubſtātialis in materia, iam eſt in actu cōpleto: ⁊ per ꝯñs nō eſt amplius in potētia. ¶ Quarto principaliter arguitur. Aut in diffinitione diffinitur motus inquantum eſt actio, aut inquantum eſt paſſio: ſi inquantum actio, tunc motus eſt actus potētie actiue: potētia autem actiua eſt actꝰ perfectus: vnūquodqꝫ enim agit inquantū eſt actu, ſicut dictū eſt: ergo potius dicendū eſt ꝙ motus eſt actus procedēs ab ente exiſtēte in actu, ꝗ actus entis in potentia. Item talis motus vr̄ ꝙ non ſit in paſſo: ſed in agente: nā agens ab actione dr̄ agens: ⁊ per ꝯñs actio eſt in agente: tamen Ariſto. tex.17. dicit motum non eſſe in mouente, ſed in mobili. Si vero motus diffiniatur, vt eſt paſſio, tunc reſtabat diffinire motum vt eſt actio: nam ab illo motu qui recipitur in paſſo non apparet quō denominetur agens. ¶ Quinto principaliter arguitur contra illā cōcluſionē quā Ariſt. pretēdit cap.3. ſ. ꝙ agens ⁊ patiēs ſunt idē. Actio eſt propria forma denominans agens: ſicuti albedo, album: ſed albedo nō pōt determinare, niſi illud in quo eſt: ergo actio eſt in agēte: motus aūt eſt in paſſo qḋ mouetur: ergo nō ſunt idem. ¶ Et cōfirmatur. Agens ⁊ patiens debēt in omnibꝰ ꝓportionari, preter illud quod producitur in paſſo: ſed in paſſo ſunt tria. ſ. ſubiectum ⁊ potentia receptiua ⁊ paſſio: ergo in agente preter agens ⁊ virtutem actiuam, debet eſſe actio. ¶ Et ſecundo confirmatur. Actio ⁊ paſſio ſunt duo generaliſſima: ergo ſunt primo diuerſa: atqꝫ adeo hec negatiua eſt immediate vera, actio non eſt paſſio, vt habetur.1.poſte.tex.31. ⁊ per ꝯñs non ſunt idem. ¶ In contrarium eſt authoritas Ariſt. oſtendentis aduerſus antiquos ſuam eſſe optimam diffinitionem motus.

1.Conclu. ¶ In hac prima quæſtione, textum, vt ſolemꝰ, per concluſiones examinabimꝰ. Que ſunt numero quinqꝫ ſcḋm numerū argumētorum. Prima ſtatim textu.1. Phyſicus habet cōſiderare de motu: qꝛ habet conſiderare de natura: que, ignorato motu, cognoſci non poteſt: propterea ꝙ natura diffinitur per motū (vt lib.2. dictū eſt) ⁊ nō poteſt cognoſci diffinitio ſi eius partes ignorentur.

Ad pri. ¶ Unde ad primum argm̄ reſpondetur ꝙ tam naturā, ꝗ motū cognoſci, ſtat dupliciter, vno mō quantum ad ſi eſt: alio mō quātum ad quid eſt. Et vtroqꝫ mō proportionabiliter cognitio nature depēdet quo ad nos ex cognitione motus: ſed a priori ecōuerſo cognitio motus dependet ex cognitione nature. Exempli gratia. Naturā eſſe eſt per ſe notū nobis: nihilominꝰ id

nos cognoſcimus: qꝛ per ſe notū eſt motum eſſe. Unde loco citato lib. 2. propterea dixit ꝙ eſſet ridiculū demōſtrare naturā eſſe, qꝛ natura eſt principiū motus, ⁊ ad ſenſum eſt per ſe notū res moueri: qđ autē per experientiā cognoſcimus nō indiget demonſtratione. Sicuti ignē eſſe calidum, dicit̄ per ſe notum, quia experientia cognoſcitur per calefactionem. Eodē modo cognitio nature quo ad quid eſt, depēdet ex ſimili cognitione motus: eo ꝙ quid ſit natura, diffinitur per motū. Ūn niſi cognoſcamus quid eſt motus, non poſſumꝰ cognoſcere quid eſt natura. Velut fieri nequit, vt cognoſcatur diſtincte quid eſt homo, anteq̄ cognoſcat̄ quid eſt animal. Et hoc eſt qđ hic affirmat Ariſt. Poſſumus tñ cognoſcere naturam eſſe anteq̄ diffinitiue cognoſcamus quid eſt motus: qꝛ illud eſt ꝑ ſe notū: hoc vero tractat̄ in hoc libro. ¶ Ad confirmationem rñdetur ꝙ a priori ⁊ propter cauſam cognitio motus dependet ex cognitione nature ſed tamen quo ad nos ecōuerſo quantū ad ſi eſt (vt mō dicebamus.) At quantū ad qđ quid eſt, prius debuit conſtitui diffinitio nature que eſt principiū motus, tanq̄ diffinitio ſubiecti de quo tractat phyſicus: ⁊ deinde videre diffinitionē motus que ponitur in diffinitiōe nature. Quā obrem debitus fuit ordo vt materia ſecundi libri precederet materiam tertij. Sicut ſcientia de homine prius debet ſtatuere diffinitionē hoīs: deinde inquirere diffinitionem animalis, que requiritur ad eius diſtinctā cognitionē. ¶ Qđ ſi quis arguat poſſe cognoſci quid ſit natura, abſq̄ hoc qđ cognoſcatur quid ſit motus: quia poteſt cognoſci quid eſt cauſa, abſq̄ hoc quod cognoſcatur quid eſt effectus: ſicuti pōt quis cognoſcere quid eſt terrā interponi inter ſolē ⁊ lunam: non cognoſcēdo quid eſt eclipſis: nēpe ſi nō cognoſcat lunā recipe lumē a ſole. Rñdetur ꝙ qñ cauſa non diffinitur formaliter in ratione cauſe pōt quidē cognoſci qđ eſt, ignoratis effectibus illius: vti cognoſcere poſſumus quid eſt equus, non cognoſcendo quiditatiue omnes eius effectus: tamen natura diffinitur formaliter in ratione cauſe: ⁊ ideo in ſua diffinitione ponitur eius effectus, puta ꝙ ſit princium motus: ⁊ per conſequēs perfecte non cognoſcitur ignorato quid eſt motus.

2. Conclu.

¶ Secunda concluſio eſt in textu quarto. Motus non eſt preter res ad quas eſt motus. i. ad eadē ꝑdicamenta pertinet motus, in quibꝰ ſunt forme acquiſite per motum. Cuius ratio eſt (vt illic dicebamus) qꝛ motus nihil eſt, niſi acquiſitio forme: vñ ſicut materia reductiue ponitur in predicamēto ſubſtantie, qꝛ eſt pars ſubſtantie ⁊ quid imperfectum in illo genere, ita augmentatio ponitur in predicamēto quantitatis, tanq̄ via ad quātitatē: ⁊ alteratio in predicamē-

Ad ſcdm. Motꝰ formaliter.

to qualitatis ⁊c. ¶ Sed circa materiā ſecundi argumenti principalis ⁊ ad cognoſcendum rationem motus eſt hic attēte notandū cum Cōmentatore tex. 4. ⁊ S. Tho. lect. 5. ꝙ motus dicit duo. ſ. formā, eāq̄ in fieri, que nondum peruenit ad terminū. Et hoc modo non habet peculiare ꝑdicamentū: ſed reductiue ponitur in ꝑdicamento illius forme. vt cum aqua que caleſit, attingit. v.g. ad calorem vt quatuor, ſicut calor vt quatuor eſt in predicamento qualitatis tanq̄ quid imperfectū quod nō facit perfecte calidū, ita calefactio materialiter eſt in eodē predicamento. Alio modo accipit̄ formaliter, vt dicit viā ⁊ acquiſitionē ꝯtinuā eiuſdē forme. Et iſto mō habet peculiare predicamentū: nā ſi cōſideret̄ vt procedēs a cauſa efficiente, eſt in predicamento actionis: ſi aūt cōſideretur vt recipit̄ in paſſo: qđ tali forma mouetur, eſt in predicamento paſſionis. Et idē proportionabiliter dicatur de ceteris generibꝰ motuum. ¶ Unde ad formā argumenti reſpondetur ꝙ nō diffinitur hic materialiter pro formis q̄ acquiruntur: nā illo mō motus nō eſt vniuocus, ſicut nec ens ad. 10. predicamēta: ſed diffinitur formaliter, vt pertinet ad ꝑdicamēta actionis, vel paſſionis: nēpe vt dicit acquiſitionē cōtinuā forme: que quidem ratio eſt cōis ⁊ vniuoca omni generi motus. Ut enim res ſucceſſiue acquirit qualitatē, ita ⁊ quātitatē, ⁊ vbi. Nā de forma ſubſtantiali alia eſt ratio. ¶ Qđ ſi quis ꝯtenderet quō iſta acquiſitio diſtinguat̄ a forma que acquirit̄, vel a ſubiecto, qđ illam acquirit, expectet ſolutionem vſq̄ ad queſtionem ſequentem: hec enim interrogatio petit an motus diſtinguat̄ a mobili: acquiſitio enim illa eſt motus. Interim tñ dicimus ꝙ acquiſitio illa ⁊ fluxus forme nō eſt res tertia diſtincta a ſubiecto ⁊ forma: ſed fluxus dicit formam illam in ordine conſideratam, ⁊ ad terminum a quo ⁊ ad terminum ad quē pro vt. ſ. eſt continuꝰ ⁊ nō interciſus proceſſus ab vno ad aliud. Et hoc eſt quod ait S. Thom. lect. 5. ſcilicet ꝙ motus non completur ſolum per id quod eſt in rerū natura: ſed per id qđ ratio apprehendit. De hoc tamen latius. q. ſequenti.

¶ Tertia cōcluſio eſt diffinitio motus tex. 6. ſ. Motus eſt actus entis in potētia ſm qđ in potētia. 3. Conclu. Diffinitio motus.

Et q̄uis eam ſatis illic expoſuimus, nihilominꝰ pro ſolutione tertij argumenti, notādū eſt primo, ꝙ potētia vno mō accipit̄ actiue: que nō eſt ad propoſitum: niſi quatenus motus eſt effectus mouētis. Alio mō accipitur paſſiue pro poſſibilitate phyſica: ſiue ad eſſe ſubſtātiale, ſiue ad aliqđ eſſe accidētale: Et hec rurſus accipit̄ dupl'r. ſ. abſolute, vt dicat ordinē ſubiecti ad formā: ſeu ad eſſe per formā, ſiue actu habeat illam, ſiue nō. Et iſto modo materia nūc mea eſt in potētia ad meā formā: quia eſt ſuapte natura ſubiectū eius: ⁊ ego eadē rōne ſum in potētia ad oīa accidentia que habeo. Et hoc mō non accipitur potentia in diffinitione motus: ſed tertio mō vt. ſ. potentia dicat aptitudinē in ſubiecto ſimul cum priuatione forme: vt corpus quod eſt frigidum eſt in potentia, vt ſit calidū: ⁊ puer eſt in potentia vt ſit vir: ⁊ graue quod eſt ſurſum eſt in potentia vt ſit deorſum: ⁊ ſemen eſt in potētia vt ſit arbor vel animal. Et hoc mō accipitur potentia in diffinitione motus. ¶ Secūdo notandū eſt, vt illic dicebamus, ꝙ cum motus non ſit niſi q̄diu res mouetur (neq̄. n. aqua qñ eſt in pura potentia ad calorē, anteq̄ p calorē ſit aliquo modo in actu, neq̄ rurſus poſtq̄ eſt in completo actu caloris, mouetur) duo requiruntur ad rōnem motus. ſ. ordo a pura potētia in actū cōpletum. vt. ſ. inceperit ⁊ nondum peruenerit ad terminum, ⁊ rurſus continuitas. Si enim poſtq̄ aqua acquiſiuit aliquem gradum caloris ceſſet alterari, ille gradus acquiſitus non erit amplius motus.





Quod Ariſto. textu ſtatim. 1. admonuit, dicens, motū eſſe de genere cōtinuorū: ⁊ tex. 20. dicēs, eſſe actū nō interciſſum. Eſt ergo motus actus imꝑfectꝰ habēs reſpectū duplicē. ſ. ⁊ ad tīum a quo qui eſt pura potētia, ⁊ ad tīum ad quē: qui eſt cōpletus actꝰ. Et ideo motꝰ eſt actꝰ entis in potentia. i. actꝰ ſubiecti qđ nō eſt in pura potētia: ſed iā habet aliqđ de actu, eſt tñ ſemper in aliqua potētia: quia nondum peruenit ad cōpletum actum. vt patet in aqua cū caleſit: ⁊ in aīali cū auget̄, vel local'r mouet̄. ¶ Inquātū eſt in potētia: qꝛ forma ſubſtantialis aque ⁊ frigiditas in eſſe quieto, eſt quidem actus entis in potentia. ſ. aque, que eſt in potentia ad calorem: at quia non eſt actus entis inquantum eſt in tali potentia, non eſt motꝰ. Pariter forma ſubſtantialis eris, licet ſit actus entis in potentia ad ſtatuam, non tñ eſt motus: qꝛ non eſt actus illius inquantū eſt in tali potentia. Nec rurſus forma ſtatue erit motus: quia tūc iam ſubiectū deſiuit eſſe in potētia ad illā. ¶ Sed ait quiſpiam ſaltem calor vt vnum in aqua tepida ceſſante calefactione per nullam particulam excluditur a ratione motus: cum tamen non ſit motus. ¶ Propterea aliqui dicunt addendum in diffinitione ꝙ ſit actus cōtinuus. Cenſeo tñ non eſſe neceſſarium, poſtq̄ Ariſto. id non appoſuit: ſed ſatis excluditur per illam particulam, ſcdm ꝙ in potētia, nam ille calor remiſſus nō eſt actus aque inquātū eſt in potentia ad alium calorem: ſed inquantum informat aquā ⁊ denominat taliter calidā. Igitur [ſecundū ꝙ in potentia] accipitur formal'r, in hoc ſenſu, ꝙ ſit actus entis tendētis a potētia in actum quaſi in via. Et per hec re-

Ad. 3.

ſponſum eſt ad tertium argumētum principale. Neq̄ enim forma ſubſtātialis aut calor remiſſus habet rōnē motus. Anima eñ eſt actꝰ corporis phyſici in potētia vitā habētis, ſcdo modo accepta potētia, vt nō dicat priuationem. ¶ Confirmationi vero cōcedit̄ concluſio quā intendit. ſ. ꝙ generatio nō eſt proprie motus: ſiquidē forma ſubſtantialis eſſe nō poteſt actus entis in potentia ad vlteriorē gradū: cum non ſit intēſibilis, ſed tota ſimul introducatur per primū ſui eſſe. Et ideo in eodē inſtanti quo eſt actus, cōplet totam potentiam ſubiecti, vt amplius non ſit in potentia: licet ſucceſſiue extēdat̄ per ſubiectū. vt qñ lignū ſubiectiue inflāmat̄: vel ſi forte anima prius in-

Gñatio nō eſt motꝰ.

format aliquā partē corporis, puta cor, q̄ totum. Hoc tñ non eſt ad propſitū: qꝛ illa particula in q̄ eſt forma non eſt amplius in potentia: ſed de per accidens eſt ꝙ eadem forma extēdatur per aliā partem ſubiecti. Et ideo aliqui dicunt ꝙ accepit hic Ariſt. generationem, vt comprehenderet alterationē. Nō tñ eſt id veriſimile: qñ quidē diſtincta poſuit exempla alterationis ⁊ gñationis: Et ideo dicendū eſt ꝙ poſuit exēplū de gñatione: nō ꝙ ſit ꝓprie motꝰ, vt in lib. 5. hac eadē ratiōe ipſe docet: ſed quia eſt mutatio quedā q̄ eſt tīus alterationis: nam motus ⁊ digeſtio ſeminis terminatur ad introductionē forme ſubſtantialis: que facta diſpoſitione, in inſtanti introducitur.

4. Cōclu.

¶ Quarta cōcluſio eſt in textu. 17. de ſubiecto motus. ſ. motus eſt in mobili: quā dicunt eſſe diffinitionē materialem. ſ. motus eſt actus mobilis inquantum mobile. Hanc probat Ph. eo ꝙ motus eſt per ſe actus mobilis: ſicut albedo eſt forma albi: licet per accidens cōtingat ꝙ agens ſit etiā mobile, eo ꝙ repatit̄: ⁊ per ꝯñs, ꝙ aliquis etiā motus ſit in agēte: nō inquātum eſt agēs, ſed inquantū eſt patiens: vt in comento latius explicuimus. ¶ Ūn ad quartū argm̄ reſpondetur ꝙ motus diffinit̄ abſtrahendo ab actione ⁊ paſſione: ⁊ ideo illa diffinitio conuenit motui, ſiue conſideretur inquantum actio, ſiue inquantum paſſio. Ad. 4.

Id quod Ph. tex. 23. expreſſe docet, dicens, ꝙ ſicut eſt duplex potētia, actiua ⁊ paſſiua, ita dupl'r poteſt intelligi diffinitio motus. Quod hic eſt animaduertendum: nam calefactio aque ab igne conſiderata inquantum actio, eſt etiam actus entis (puta ignis) exiſtētis in potētia actiua. i. exercētis talē potētiā. Nihilominus in toto cap. 2. explicat̄ diffinitio de motu inquantum eſt paſſio. vt in cōmētis ⁊ hic mō dicebamus. Quapropter nō opus fuit dare duas diffinitiones actionis ⁊ paſſionis. Neq̄ opus eſt ꝙ actꝰ propriꝰ agentis ſit ſubiectiue in ipſo agēte: licet aliquādo id per accidēs cōtingat in actionibus immanentibus, vbi idem eſt agens ⁊ patiens: vt℥ in cognitionibus que recipiunt̄ in potentijs cognoſcitiuis: ⁊ in frigiditate aque tepide reducentis ſe ad frigiditatē: ⁊ in nutritione viuētiū. Enimuero agens denominatur ab extrinſeco, ſcilicet ab actu quem producit in paſſo: Sicut pater a filio et ſimile a ſuo ſimili: hec enim eſt propria differentia inter agens ⁊ paſſum. Immo hoc nomina ipſa pre ſe ferunt vt. ſ. motus qui procedit ab agente recipiatur in paſſo, a quo ⁊ agens denominatur extrinſece agere: ⁊ paſſum, intrinſece pati: vt iam modo euidentius patebit.

¶ Quinta & poſtrema cōcluſio Art. ſcdus

eſt quā Ariſt. tractat toto cap. 3. atq̄ adeo in text. 5. Conclu.

22. cōcludit. Actio ⁊ paſſio ſunt idē motus: nihilominus inter ſe formal'r differunt, vt vl℥ identice actio ſit eadē res que eſt paſſio, puta idē motus, formal'r tñ falſa ſit hec ꝑdicatio, actio eſt paſſio. Actio ⁊ paſſio.

De qua cōcluſione ſit ſecundus articulus huius queſtionis. Exempli gratia cum ignis calefacit aquā, idē calor qui ſucceſſiue recipitur in aquā eſt paſſio qua aqua patitur: ⁊ eſt actio: qua ignis agit: qꝛ vero alia ratiōe eſt actio. ſ. qꝛ ꝓcedit ab agente: alia vero eſt paſſio, puta qꝛ afficit aquā, hec formal'r eſt falſa, actio eſt paſſio. Sunt eñi due rōnes primo diuerſe pertinentes ad diuerſa predicamenta: atq̄ adeo differunt genere. Et doctrina hec Ariſt. perſpicua eſt ⁊ facillima, niſi opinionum contētione obtenebrata fuiſſet. Illi eñi quibus negocium eſt in iſtis relationibus anxie perſcrutari, quid ſenſerit Herueus, quid ve Burliſer, aut Burleus, ſexcentas opiniones, diſtinctiones, ⁊ concluſiones cumulant. Diſputant. n. vtrū actio vel paſſio ſupponat ſolum pro motu. ſ. pro calore, qui acquiritur, an vero ſolum pro relationibus diuerſis, an pro aggregato ex motu ⁊ relatione, an pro fluxu caloris qui diſtinguitur a calore ⁊ relatione: ⁊ vtrum relatio actio ſit diſtinta ab agente formaliter in illo exiſtens: ⁊ vtrum preter relationē, qua ignis dicitur agere, ⁊ calorem qui eſt virtus calefaciendi, ſit alia entitas abſoluta que ſit actio agētis. Et quid de hoc ſentiat S. Thom. Scotus vel nominales. Hec vero minoris ſunt momenti, q̄ vt tantum negociū nobis faceſſant. Quod tamen (ni fallor) certiſſi-

nium eſt conſiſtit in his ſubiectis propoſitionibus. 1. Conclu. ¶ Prima. Actio aut paſſio non ſupponunt in recto pro relatione: ſed pro motu ipſo, quicquid illud ſit, de quo mouetur q̄ſtio ſequens. vt ſi. v.g. teneamus motum caloris eſſe calorē qui acquiritur ille eſt actio ⁊ eſt paſſio. hoc expreſſe aſſerit Ariſto. tex. 22. dicens ꝙ tam actio q̄ paſſio eſt motus. Et ſecūdo id manifeſte probatur: nā actio ⁊ paſſio ſunt diſtincta predicamenta a predicamē to relationis: ergo non ſupponūt pro relatione, ſed pro fundamēto proximo relationis. 2. Conclu. ¶ Secūda concluſio. Actio ſupponit pro motu cōnotando relationem ab agente, puta ꝙ procedat ab illo: ſicuti ⁊ paſſio ſupponit pro eodem connotando relationē ad paſſum, ſcilicet ꝙ afficiat ipſum. 3. Conclu. ¶ Hinc ſequitur tertia. Actio ⁊ paſſio non ſunt relatiua ſcd̄m eſſe, ſed ſolum ſcd̄m dici. Quos terminos in predicamento relationis. q. 1. expoſuimus. Relatiuum enim ſecundū eſſe eſt nomen illud quod imponitur ad ſignificādū ſolā habitudinem vnius ad aliud, ſicut ſimile qđ non ſignificat de formali albedinē meā, aut alterius: ſʒ ſolā habitudinē que eſt eſſe ad aliud: relatiuum vero ſecundū dici eſt illud qđ impoſitū eſt ad ſignificandum rem aliquā abſolutam: que tn̄ explicari nō poteſt, niſi per reſpectum ad aliud: que dicuntur dialectice nomina potius reſpectiua q̄ relatiua. vt ſciētia que ſignificat qualitatē q̄ eſt adequata cognitio obiecti. Eodem mō actio ⁊ paſſio non ſignificant de formali relationem, ſed qualitatem, aut quēcunq̧ alium motum que eſt vera res abſoluta: licet rationes ille differentes actionis ⁊ paſſionis explicari nō poſſunt, niſi in ordine ad agens ⁊ paſſum. Et ideo faciūt predicamenta diſtincta a predicamēto relationis: nam in predicamēto relationis ponuntur habitudines que nullū habent eſſe, niſi eſſe ad aliud: hic autē ponuntur motus qui ſolā denominationē extrinſecā habēt ab alio: paſſum em̄ denominat ab agente ⁊ agens a paſſo. Nō nego quin actio ⁊ paſſio importent relationes: ſed dico ꝙ formaliter non ſignificant, niſi agere ⁊ pati quicquid illud ſit, etiā ſi nō eſſent relationes: ſimile autē ſolā relationē formal'r ſignificat cuius hoc ipſum quod eſt eſſe ad aliud. ¶ Quarta propoſitio. 4. Conclu. Iſte relationes nō ſunt res diſtincte a ſubiectis que denominānt: ſed ſolū ſunt quedā denominatiōes ab extrinſeco. vt in igne nulla eſt relatio diſtincta a qua dicatur agens: ſed denominat agens a motu quo mouet aquā. Hoc credo me ſatis manifeſtaſſe in predicamento relationis. q. 2. quia intelligere non poſſum propterea ꝙ ignis calefaciat aquam, que entitas in illo reſultet. Et preterea licet talis entitas fingeretur, dubitare nequeo (quicquid totus mūdus mihi diceret) quo minus poſſet deus igne calefaciente aquā, talē entitatis productiōē impedire: ⁊ tunc eque bene calefaceret aquam ſine illa: ⁊ per ꝯñs ſuperfluit. Et hec eſt manifeſtiſſima doctrina S. Thome. vt illic oſtendimus, ⁊ ex lectione hic quinta facile conſtat. Ubi expreſſe ait ꝙ paſſum extrinſece denominatur ab agente: ⁊ agens a paſſo. Et paulo inferius dicit ꝙ hec duo predicamenta differūt eo ꝙ licet vnus ſit motus, tamen ab illo res denominatur diuerſis denominationibus exterioribus, ſcilicet agens a paſſo ⁊ paſſum ab agente. Quod ſi aliquando dixerit S. Thom̄. actionem eſſe in agente, intelligitur ꝙ denominatio eſt in agente: ſed tamē forma qua denominatur eſt in paſſo. ¶ Quinta propoſitio. 5. Conclu. In agēte nihil aliud eſt q̄ agens ipſum ⁊ virtus agendi. Hanc concluſionem addiderim propter aliquos Thomiſtas qui putant in ig[n]e. v.g. quando calefacit, preter formam ſubſtantialem ⁊ calorem, qui eſt virtus calefeciendi, eſſe adhuc neſcio quam entitatem abſolutā q̄ eſt productio actiua caloris q̄ eſt fundamentū relationis agentis. Quā opinionē videtur impugnare Scotus. 4. d. 17. q. 1. Et quicquid ſit de eius argumentis, exiſtimo certe nihil eſſe prorſus in igne preter formā ⁊ calorem quo calefacit. Primo, q[uia] Ariſto. hic expreſſe diſputat vtrū actio ſit in agēte: ⁊ reſpōdet ꝙ nō: niſi in paſſo. Neq̧ aliā prorſus actionem ponit a qua agēs denominetur preter motū qui eſt in paſſo ab agēte. Et qñ Ariſt. ⁊ S. Tho. ꝯtrarium dicerent, perſuadere mihi certe non poſſent, ꝙ qñ ignis calefacit aquam aliq̄ entitas producit in igne: nā cū ignis nihil prorſus producat q̄ calorē in aere cōtiguo circūſtante, nō video, vnde produceret talis entitas in agente. Unde quādo S. Tho. 1. p. q. 54. articu. 3. ait operationem eſſe actum potentie operatiue, nō vult dicere talem actum diſtingui ab agente ⁊ eius virtute: ſed ꝙ illa eſt perfectio ⁊ proprius finis potentie operatiue: ſicuti actus edificatoris eſt edificare: non tamen ꝙ edificare ſit alia entitas q̄ domū facere. Nec certe productio cōceptus quā vocāt alij actū intelligendi, ſi accipiat paſſiue, eſt aliud q̄ ipſa notitia: ⁊ ſi actiue, aliud q̄ intellectus. Sed de hoc alias. Et reuera in his hactenus verū habet noīalium opinio. Nō ignoro Thomiſtas pleroſq̧ ꝑſcrutari authoritates S. Tho. qb[us] entitates iſtas multiplicēt: nihil aliud ꝑfecto faciētes, q̄ grauiſſimum ph[ilo]ſ[ophu]m obſcurū atq̧ adeo in viſum reddere: ego tn̄ certus ſum S. Tho. non multiplicaſſe hm̄ōi relatiōes, aut entitates ad ſenſum iſtorum: ⁊ qñ cōtrariū in illo reperirē, aut exponerē, aut nihil crederem eius honori ⁊ authoritati obuiari, ſi in reb[us] his minimis cōmunē potius modū cōcipiēdi amplecterer. ¶ Eſt nihilomin[us] ſexta ꝑpoſitio 6. Conclu. (in qua ꝑfecto multi ex nominalib[us] indigne negāt expreſſam doctrinā Ariſtot. in hoc textu. 22.) Actio ⁊ paſſio ſunt primo diuerſa: atq̧ adeo formaliter hec eſt falſa, actio eſt paſſio, licet hec ſit vera, actio eſt eadē res q̄ eſt paſſio. Probatur, q[uia] ꝑpoſitio in ſenſu formali non ſolū denotat ꝙ res ſignificata per predicatū ſit res ſignificata per ſubm̄, ſed ꝙ ſint idem ſm̄ eandem rationem: ⁊ qñ predicant in abſtracto ſignificant ꝙ ratio vnius ſit ratio alterius, aut ſaltē ꝙ ratio ꝑdicati includatur in ſubiecto, vt humanitas eſt aīalitas. Et certe cōcluſio hec nō ſolū eſt Ariſt, ſed vlī modo loquendi eſt receptiſſima. Quis. n. dicat ꝙ actio eſt paſſio: cū ſint res adeo diuerſe, vt etiā ſint oppoſite: aut ꝙ agere eſt pati: nēpe ꝙ cōburere eſt cōburi, aut verberare eſt verberari ⁊c. Reuera ſi idioma hoc diſcitū in ſcholis, ſati[us] eſſet nūq̄ ſcholas videre. ¶ Quintū igr̄ argm̄ ꝑncipale eſt Scoti: qđ cū alijs q̄ plurimis refert Capreo. 2. ſent. d. 13. q. 1. ⁊ alibi frequētiſſime, ad probandum nomine Scoti ꝙ actio ſit entitas exiſtens in agente ab eo diſtincta: nihilominus profecto ſententia Ariſt. eſt hic in cōtrarium. Ex cuius mente rñdetur ad argm̄ negādo ꝙ actio ſit forma intrinſeca agentis: ſicut albedo albi: immo contrarium expreſſo vult hic docere Ariſ. ſ. ꝙ agēs denominat agens ab extrinſeco. ſ. q[uia] aliquē effectū producit vel in ſe (ſi ſit actio imanēs) vel in alio: ſi ſit actio tranſiens. Unde ad confirmationē negat ꝙ ſicut paſſio eſt in paſſo, ita actio debet eſſe in agente immo ab eodem motu qui recipitur in paſſo denominatur ⁊ agens agere, ⁊ patiens pati, vt in ſolutione ſuperioris argumenti dicebamus. ¶ Ad ſecundam vero confirmationem conceditur ꝙ actio ⁊ paſſio ſunt primo diuerſa ⁊ illa eſt immediate falſa, actio eſt paſſio, nihilominus negatur inde ſequi ꝙ ſint due entitatis, aut abſolute, aut reſpectiue realiter diſtincte a motu, ſed ſunt due rationes eiuſdem motus: que ſolum per operationem intellectus diſtinguntur, vt idem motus, conſideratus in ordine ad agens, ſit actio: ⁊ conſideratus in ordine ad patiens ſit paſſio.

¶ Sed imminet hic ſtatim nobis argumētum duplex. primum a realibus ⁊ alterum a nominalibus. Primū eſt hoc quo Scotus frequenter vtitur. Secluſa quacunq̧ operatione intellectus motus eſt actio ⁊ motus eſt paſſio: ergo actio et paſſio ſecluſa operatione intellectus diſtinguntur. ¶ Negatur tamen hec conſequētia: quod maxime notandum eſt in via Ariſtot. ⁊ S. Thome ⁊ in rei veritate. Non enim ſequitur actio eſt, ⁊ paſſio eſt, ſecluſa operatione intellect[us]: ergo diſtinguntur ſecluſa operatione intellectus. Enimuero ſecluſa operatione intellectus motus eſt ab agente ⁊ eſt in paſſo: non tamen iſte ſunt rationes diſtincte: niſi per operationem intellectus comparantis ad diuerſa. Et ideo ſunt quidem relationes reales: ſed ſola ratione inter ſe ⁊ a motu diſtincte. Et hec dicitur ratio ratiocinata propterea ꝙ inuenit fundamentum diſtinctionis in re. Ratio ratiocinata. Et hoc ſufficit vt ſecluſa operatione intellectus hec ſit falſa, actio eſt paſſio, quia ſcilicet ſecluſa operatione intellectus obiectiue ⁊ fundamentaliter eſt illic facere ⁊ pati que intellectus ratione diſtinguit. Et ſi nominales hec vellent animaduertē cenſeo facile conuenirent cum S. Tho. quia in re certe conueniunt. ¶ Alterum vero argumentum eſt a nominalibus. Sequitur ex iſta doctrina Ariſtot. ꝙ idem omnino miraculum, quod in diuinis fides catholica confitetur, aſſeritur quoq̧ in creaturis: illic enim ſola fides cogit nos negare hanc conſequentiam, hec ſingulariſſima eſſentia eſt pater, ⁊ eadem eſſentia eſt filius: ergo pater eſt filius, ⁊ tamen ſimilē conſequentiam negat hic Ariſto. ſcilicet hic motus eſt actio, ⁊ hic motus eſt paſſio: ergo actio eſt paſſio. Reſpondetur tamen vt queſtio. 2. de quantitate rñdimus, ꝙ licet ſit nōnulla ſimilitudo, eſt nihilominus latiſſima differentia: nam hic ſolū negamus conſequentiam propter differentiam rationis ⁊ diuerſum modum ſignificandi terminorum in abſtracto: illic vero negatur conſequētia propterea ꝙ due perſone realiter ⁊ formaliter ſunt vna res ⁊ etiam realiter ⁊ formaliter ſunt plures res. Itaq̧ hec ꝑpoſitio. Actio eſt paſſio, eſt falſa non propterea ꝙ ſunt due res, ſed due rationes: illa vero pater eſt fili[us], propterea ꝙ ſunt due res. i. due perſone. vnde iſte premiſſe, motus eſt actio ⁊ motus eſt paſſio, equiualēt vni de omni: nam quicquid eſt motus eſt actio: illic vero non quicquid eſt eſſentia eſt pater. Quare hic committitur defectus appellationis acſi argueretur, motus eſt actio ⁊ motus eſt paſſio: ergo actio inquantum actio eſt paſſio. Et ideo ſic cōcludendum eſt, actio eſt res que eſt paſſio, id ſolum fit ne varietur appellatio: in diuinis vero arguit ex puris particularibus. Unde ꝯñia bona eſt, quicquid eſt eſſentia diuina eſt pater, quicquid eſt eſſentia eſt filius: ergo pater eſt filius, et premiſſe ſunt falſe: hic vero q̄uis dicas quicquid eſt mot[us] eſt actio quicquid eſt mot[us] eſt paſſio: ergo actio eſt paſſio, non ſequitur propter defectum appellationis. Et hoc eſt accurate memorie cōmēdādum aduerſus nonnullos qui exiſtimant ſimilē eſſe hanc conſequentiam illi que fit in diuinis. ¶ Sequitur ſtatim. q. 2. ſuper text. 4. precedētem.

In textu præcedenti. iiij. Non eſt autem motus præter res.

## Quæſtio ſecunda.

### VTRVM MOTVS SIT RES diſtincta & à mobili & à forma ſeu termino.

Pro parte affirmatiua arguit primo. Si motus non diſtingueretur a mobili, tunc motus alterationis, vel eſſet qualitas (puta calor, aut frigus) aut ſubm̄ qđ alteratur: ⁊ mot[us] augmentationis eſſet quantitas vel ſubiectum: et motus localis eſſet vel ſpaciū qđ tranſit, vel mobile tranſiens, vel vbi. Sed hec omnia ſunt falſa: nam hec. ſ. ſubſtātia, quātitas, qualitas, vbi, ſunt diuerſa predicamenta ab actione ⁊ paſſione in quibus ponit motus: ⁊ per conſequens ſunt primo diuerſa, vt habetur. 10. meta. tex. 12. atq̧ adeo iſte negatiue ſunt immediate vere, ſubſtantia nō eſt motus, q̄litas non eſt motus, quantitas non eſt motus, vt habetur. 1. poſt. text. 32. ergo motus eſt res diſtincta a rebus aliorum predicamentorum. ¶ Et confirmatur. Res diuerſorum predicamentorum differunt genere: nam idem differre genere: ⁊ differre predicamento. vt habetur. 5. metap. text. 12. ſed quecunq̧ differūt genere, differunt numero, vt ibidē ſubiungitur: motus autem, ſubſtantia, qualitas ⁊c. differūt predicamēto, ⁊ per ꝯñs numero. ¶ Et ſecundo id confirmatur. Quecunq̧ ſic ſe habēt, vt poſſint vno deſtructo alterum manere, diſtinguntur realiter: motus ⁊ ſubſtantia ⁊ qualitas ⁊ vbi ita ſe habent, vt poſſit manere aqua cum calore, ceſſante motu, ⁊ homo ſub hoc vbi. i. in hoc loco, ceſſante motu locali: ergo tam motus alterationis q̄ localis diſtinguitur realiter ⁊ a qualitate ⁊ ab vbi ⁊ ab ſpacio. ¶ Secundo principaliter arguitur. Motus eſt ens ſucceſſiuum cuius partibus repugnat eſſe ſimul, ratione cuius Ariſtote. 6. huius text. 29. ait motum non poſſe eſſe in inſtanti: ſubſtātia vero, quantitas, qualitas, ⁊ vbi, habēt partes permanentes, obidq̧ poſſunt eſſe in inſtanti: qua etiam de cauſa motus incipit eſſe per vltimum non eſſe, ſubſtātia vero per primū ſui eſſe. ¶ Et cōfir. Partes ſubſtantie ⁊ omnium accidētium que ſunt in illa vniuntur per quantitatem: partes vero motus. vt. 5. ⁊. 6. huius latius patebit, cōtinuātur per mutata eſſe: quia ſicut de tempore nihil habemus, niſi inſtās preſens quod dicitur nūc, ita de motu nihil aliud poteſt eſſe ꝑſens, niſi mutatum

tatũm eſſe qđ durat per inſtans: ergo motus di/ ſtinguitur a mobili ⁊ a forma vel vbi que acq̃rit per motum. ¶ Item tertio arguitur authoritati/ bus multis Ariſt. Ait enim hic ꝙ motus eſt act⁹ entis in potentia: per quod diſtinguitur a quali/ tate acquiſita, que eſt actus entis exiſtentis iam in actu ſub illa: ⁊ text.16. dicit ꝙ motus eſt in mo/ bili: que quidem locutio tranſitiua denotat di/ ſtinctionẽ: ⁊ tñ in eo quod mouetur localiter nõ poteſt dici ꝙ ſpaciũ ſit in mobili: ergo motus eſt aliqua entitas exiſtens in re que mouetur. Et.7. meta.tex.5. ait ꝙ ad qualitatẽ ⁊ quãtitatẽ eſt per ſe motus, ſed ad motũ non eſt motus: quod eſt di cere qualitas acquiritur per motum: motus au/ tem non acquiritur per motũ. vnde expreſſe in/ fert illic Cõmenta. ꝙ motus ad albedinẽ non eſt albedo, ſed albificatio. Et.2. de anima text.133. po/ nit quinq̃ ſenſibilia cõmunia: que ſunt magnitu do ⁊ figura numerus motus ⁊ quies. ¶ Et poſtre/ mo hec omnia cõfirmantur ex cõmuni modo lo/ quendi. Concedimus enim vt modo dicebamus ꝙ calor acquirit per motũ, non tñ per calorem: ⁊ locus vel vbi acquiritur per motũ localẽ, non ta men per locum vel vbi. Item concedimus ꝙ mo tus eſt via, calor vero termin⁹: ⁊ ꝙ motus eſt cau ſa caloris, non tamen calor eſt cauſa motus: ⁊ ꝙ motus eſt velox vel tardus, ſubſtantia vero, vel qualitas, vel vbi non eſt velox aut tardum: quẽ omnia non poſſent ſaluari, niſi poſito ꝙ motus diſtingueretur a mobili. ¶ Item alias conceden dum eſſet ꝙ motus circularis eſſet motus rect⁹: ⁊ vniformis eſt difformis, vt ſi aliquis globus ab alto caderet ⁊ ſimul cadens moueretur circula/ riter vniformiter, tunc idem globus eſſet motus circularis vniformis, ⁊ rectus difformis: quia il/ le caſus velocior eſt in fine q̃ in principio. Quin etiam ſequeretur ꝙ motus contrarij eſſent om/ nino idem. ſ. ꝙ calefactio eſſet frigefactio: ⁊ au/ gmẽtatio eſſet diminutio: nã ſi calefactio non eſt res diſtincta a calore qui acquiritur, pariter fri/ gefactio que eſt remiſſio caloris non diſtingue/ ret ab ipſo calore: ⁊ ſic idẽ calor erit mõ intenſio mõ remiſſio: mõ calefactio, mõ frigefactio. Et ſi/ militatione eadem q̃titas qñ acquiritur erit au gmẽtatio, ⁊ qñ deperditur erit diminutio: ⁊ eadẽ ſagitta ſurſum proiecta qñ aſcendit erit aſcẽſus, ⁊ qñ cadit erit deſcenſus. Multa alia id gen⁹ poſ/ ſent his adiungi: ſed per hec facile erit reliqua diſſoluere. ¶ In contrarium eſt authoritas Ariſ. in textu preſenti quarto. vbi ait ꝙ motus non eſt preter res ad quas eſt motus. Vbi videtur dice/ re ꝙ motus alterationis non diſtinguitur a qua/ litate acquiſita, nec mot⁹ augmẽtationis a quã/ titate, nec motus localis a re que eſt vbi.

¶ Quæſtionẽ hanc, quãuis metaphyſica ſit, excuſare hic nequiuim⁹: tum q2 vſu iam recepta eſt: tum etiã q2 non poſſumus plene intelligere diffinitionẽ motus, niſi cognito que nam entitas ſit. Premiſimus vero aliã licet hec ſit ſuper text.4. prior vero ſuper.6. quia conueniẽ bat a diffinitione motus proficiſci. Et quãuis fe re doctores diſtinctas queſtiones moueant de motu locali ⁊ motu alterationis, exiſtimo tamẽ non adeo differre, quin meli⁹ ſub vna terminen/ tur. Tametſi de motu locali nõnulla ſit maior dif ficultas. Obid ꝙ in.1. articu. tractabitur queſtio. de motu alterationis, vbi res eſt euidentior: de/ inde in articu.2. extendemus ad motum localẽ ſermonẽ. ¶ Primũ autem operepretium eſt ſen/ ſum queſtionis intelligere. Dũ aqua caleſit, pre/ ter calorẽ qui acquiritur, ⁊ relationes ſeu reſpe/ ctus actionis ⁊ paſſionis, eſt qualitatis acquiſi/ tio: nam motus (vt.q.1. dicebamus) eſt fluxus et tendentia forme a potentia ad actũ. Vñ actualis illa acquiſitio qualitatis, quicquid illud ſit, eſt motus, qñ motus alterationis eſt alteratio: alte ratio vero eſt acqſitio qualitatis que eſt in paſſo. De hac diſputatur vtrum ſit tertia entitas diſtin cta ab aqua ⁊ calore: an vero ſit aqua ipſa, aut ca lor. Proportionabiliter de motu augmẽtationis querit, vtrũ ſit res ipſa q̃ auget: an quãtitas que in fieri acquiritur: an potius tertia entitas. Et in motu locali ſuo modo. In motu em̃ locali ſubiẽ qđ mouetur non acquirit nouã formã intrinſecã que ſit t̃mus motus, puta qualitatem, aut quanti tatẽ: ſed quẽadmodum alteratio eſt illa actualis acqſitio ſucceſſiua intẽſiõis q̃litatis. ſ. qua ſemp eſt ſub maiori ⁊ maiori gradu, ita motus localis eſt actualis ⁊ ſucceſſiua acqſitio locor, vt in quo/ libet inſtanti ſit in alio loco q̃ immediate antea fuerat: ⁊ immediate poſtea erit. Et ideo illic eſt maior difficultas vtrum. ſ. motus ſit ſpaciũ per qđ mobile mouetur: an ſucceſſio illorum vbi que ſunt reſpect⁹, aut aliq̃ entitas abſoluta. Suo mõ erit ſermo de gñatione q̃uis nõ ſit mot⁹, ſed mu/ tatio. De hac.q. Albertus hic tractatu.1. c.3. plu/ res. refert opiniones, q̃ opus ſit huc adducere. Tres ſatis eſt recitare, quibus rem aperiamus. Vna fuit antiq̃: quã ſequitur Paulus Venetus. ſ. ꝙ motus alterationis eſt flux⁹ quidã realr diſtin ctus ab ipſa qualitate q̃ acq̃rit. vt calefactio eſt fluxus ⁊ via qua acquirit calor. Et iſti dicũt ꝙ mo tus eſt entitas abſoluta. ¶ Secunda opinio eſt ꝙ eſt quedã relatio realis qualitatis ipſius ad ei⁹ t̃mum: que eſt habitudo tẽdẽtis in finem. Et hec eſt fere opinio realium, ⁊ preſertim Thomiſtarũ. Ochã lib.2.q.9. ⁊ Gregori⁹ eodẽ lib. d.1.q.4. quos nominales ſequũtur dicunt ꝙ eſt ipſamet forma abſoluta, puta calor qui acquiritur. Fiũt vtrinq̃ innumera argumenta: que moleſtiſſimum eſſet referre, ⁊ difficilimum intelligere.

¶ Reſpõdetur: ergo ad queſtionem tribus cõcluſionibus de motu alterationis ⁊ augmentationis. ¶ Prima. Motus (formaliter loquẽdo) eſt fluxus: ſiue ſit alterationis, ſiue augmentationis, ſiue localis. Hec concluſio vt cer/ tiſſima ſupponenda eſt in omni opinione: quip/ peque manifeſte elicitur ex diffinitione motus. 1. Conclu.
Illis enim verbis, motus eſt actus in potentia, nihil aliud voluit exprimere Ariſt. vt.q.1. diceba mus, q̃ ꝙ motus eſt fluxus quidã continuus for/ me, ꝓcedẽtis a pura potẽtia in cõpletũ actũ. Idẽ patet ex cõi mõ cõcipiẽdi. Nã mot⁹ eſt via quedã qua acquirit forma vel locus. Et ita Cõmẽt. ⁊ oẽs phi frequẽter dicũt motũ eẽ viã. ¶ Hinc ſequit, vt quecunq̃ opinio teneat, nulla tñ negare debeat motũ formaliter loquendo eſſe ens ſucceſſiuum: quẽadmodum ⁊ tẽp⁹. Nã motus cõſiſtit in fieri ⁊ acquiri. Itaq̃ motus ſemper dicit reſpectum ad preteritũ ⁊ futurũ. vt qualitatẽ intendi eſt nũc eſ ſe in maiori gradu q̃ immediate antehac ⁊ in mi nori q̃ immediate poſt hac. ¶ Secunda cõcluſio. Fluxus 2. Conclu.



Fluxus ille non eſt entitas realr diſtincta a qua/ litate. Hoc primo manifeſte patet in textu ꝑſenti. 4. vbi expſſe ait Ariſt. motũ nõ eſſe ꝑter res ad q̃s eſt motus. i. motũ alterationis idẽ eſſe realr cum q̃litate: ⁊ motũ augmẽtatiõis, idẽ cũ q̃titate ⁊c. ¶ Sed.2. id arguit. Si motus eſſet entitas alia di/ ſtincta a qualitate q̃ acquirit: ſequeret ꝙ ignis qñ calefacit aquã duas ſimul qualitates produ/ ceret in aqua. ſ. ⁊ calorẽ ⁊ fluxum illũ: ↄñs tamen eſt falſum. Primo, q2 ignis profecto natura ſua nihil habet producere q̃ calorẽ ⁊ formam ignis: neq̃ intellectus aliud ↄcipere põt: qđ potiſſimũ ſemp argm̃ in phyſica eſſe duxerim. Et preterea vt arguit hic Phus text.19. ſ. ꝙ ſi actio ⁊ paſſio eſ/ ſent duo motus exiſtentes in paſſo, tunc duplici motu moueretur: idem profecto hinc ſequitur: nam tunc aqua nõ ſolum alteraretur per calorẽ: ſed etiã per fluxũ que eſt alia qualitas diſtincta. ¶ Et tertio arguit illo argumẽto cõi quo ſolemus vti aduerſus iſtas diſtinctiones. Si motus ad ca lorem ⁊ calor ſunt due res diſtincte, certiſſimum eſt deum poſſe alterã illarum entitatum ſine al/ tera ſeruare: ſiquidem neutra eſt pars alterius, ſed omnino diſtincta. Et tũc certe ſecluſa illa en/ titate que dicitur motus, ſi calor reciperetur ab igne in aqua, aqua moueretur ſicut modo: ⁊ per ↄñs calor ille in fieri eſſet motus: obidq̃ ſuper/ flue modo ponitur: nam ponentes illum neceſſe habent dicere ꝙ ſine motu illo non moueretur aqua, magis q̃ paries eſſet albus ſine albedine. Et preterea q2 viceuerſa poſſet deus ſeruare illũ fluxum qui dicitur motus ſuſpendendo actionẽ ne produceretur calor: ⁊ tunc deberent dicere ꝙ aqua moueretur motu calefactionis, ⁊ tamẽ nõ calefieret. ¶ Quarto arguitur: quia vix profecto poſſumus comprehendere iſta accidentia ſuc/ ceſſiua: nempe quorum nulla prorſus pars ſit nec in aliquo inſtanti preterito nec futuro, et tamen quocunq̃ inſtanti dato, aliqua pars pre/ ceſſit et aliqua erit futura. Et preſertim in mo/ tu alterationis. Arguitur enim ſic. Qualitas que acquiritur per motum alterationis eſt res permanens ⁊ durãs: ergo motus per quẽ acqui/ ritur nõ eſt entitas diſtincta ſucceſſiua ad hunc ſenſum ꝙ ejus partes in nullo iſtãti ſint. ¶ Quin/ to maioris explicationis gratia arguitur. Aquã moueri motu calefactiõis nihil aliud eſt q̃ per/ tranſire diſtantiam que eſt inter non gradum ⁊ ſummũ gradum caloris: diſtantia vero hec nihil aliud eſt q̃ calor ipſe: ſicut diſtantia hinc ad Ro/ mã nihil aliud eſt q̃ medium ſpacium: ergo mo/ tus calefactionis nihil aliud eſt realiter, q̃ calor ipſe qui acquiritur ⁊ quodãmodo pertranſitur. ¶ Sexto deniq̃ ⁊ poſtremo confirmari poteſt cõ cluſio ex illa regula Ariſtote.1. huius, fruſtra fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora: ſi vero neceſſitas aliqua eſt ponendi illã entitatẽ diſtin ctã, maxime ne concedamus propoſitiones que cõi modo cõcipiendi ⁊ apud oẽs phos cenſentur falſe. ſ. mot⁹ alterationis eſt qualitas que acqui/ ritur, via ⁊ acquiſitio rei eſt t̃mus ⁊ res ipſa que acquiritur. Vt enim nullus diceret motũ ad cer/ tum locum eſſe quietem in illo loco, ita nec dice/ ret motum eſſe qualitatem ipſam, ſub qua mobi le quieſcit. Sed tamen ad negandum iſtas predi cationes ſatis eſt diſtinctio rationis, ſeu forma/ lis, quam ſequenti concluſione explicabimus: ergo non eſt neceſſe ponere fluxum diſtinctum realiter a qualitate que acquiritur.

¶ Tertia concluſio. Fluxus iſte. 3. Cõcluſio
qui eſt motus ad calorẽ ratione diſtinguitur a ca lore. Vbi notandũ eſt ꝙ idem calor dum acquiri/ tur poteſt cõſiderari quadrupliciter. Vno modo abſolute ⁊ materialiter, vt eſt quedã qualitas: et tunc eſt in predicamento qualitatis, vt diceba/ mus articulo precedenti. Secundo modo, vt eſt in fieri: puta vt eſt in cõtinua acquiſitione: ⁊ hac ratione eſt motus: quapropter vt illic dicebam⁹ idẽtice reducit ad idẽ predicamentum in quo eſt illa qualitas: formaliter tamen. i. vt rõne diſtin/ guitur, eſt predicamentũ actionis, vel paſſionis: ⁊ eſt poſt predicamentum propterea ꝙ eſt cõmu ne ad multa predicamẽta. ſ. ad quantitatẽ quali/ tatem, ⁊ vbi. Tertio conſideratur vt eſt effectus agentis ⁊ tũc eſt ſpecialr in predicamento actio/ nis. Et quarto vt eſt id quo afficitur paſſum: ⁊ ſic eſt in predicamento paſſionis. Et ideo dicebam⁹ ſuperius ꝙ mot⁹ in diffinitione accipitur vt ab/ ſtrahit ab actiõe ⁊ paſſione. Qđ ſi quiſdiam per/ cõtet quid addit qualitatẽ eſſe in fieri ſupra qua/ litatẽ. Dico ꝙ nihil addit q̃ relationẽ quã dice/ bat ſecũda opinio: puta habitudinẽ cõtinue ten/ dentie ad t̃mum ad quẽ: dũmõ non cenſeatur eſſe rem diſtinctã vt aliqui opinantur: ſed modum ⁊ aliqualr ſe habere qualitatis, ſola ratione diſtin ctũ. Hanc concluſionẽ nõ aliter probamus, q̃ vt ſaluemus cões modos ↄcipiẽdi ⁊ loquẽdi rece/ ptiſſimos inter phos, vñ in re non differimus ab ſchola nominaliũ: ſed ſolũ in modo loquẽdi. Qđ enim ipſi appellãt cõnotationes t̃minorum, nos ap pellamus diſtinctionẽ rõnis. Aiunt enim ꝙ hoc nomen motus ſupponit pro qualitate cõnotãdo ꝙ ſit in fieri: ⁊ hoc nomẽ actio pro eadem qualita te cõnotando ꝙ ſit ab agente. Nos tñ dicimus ꝙ motus eſt illa qualitas ea rõne qua eſt in fieri: ⁊ actio eſt eadẽ qualitas ea rõne qua fit ab agẽte. Eſt tñ in modo loquendi latiſſima differẽtia. Cõ/ cedunt enim ipſi ꝙ acquiſitio qualitatis eſt ipſa qualitas que acquirit: Ariſt. vero ⁊ oẽs phi nega rent illã: ſicut negant illam, calor eſt calefactio. Itaq̃ illa aliqualr ſe habere diuerſa, que nomi/ nales ↄcedũt, deberent ſufficere ad negandum ſimiles ꝓpoſitiones in ſenſu formali: poſtq̃ per/ tinẽt ad diuerſa predicamenta. Calor enim eſt in predicamẽto qualitatis: ſed mot⁹ eſt in ꝑdicamẽ to actionis vel paſſionis. ¶ Vtriq̃ ergo (ſi ego nõ fallor) per extremũ peccauerunt. Reales quidẽ q2 videntes illas propoſitiones eſſe falſas: credi derunt ſignificare res diſtinctas: nominales ve ro credentes non diſtingui, conceſſerunt res di/ uerſorũ predicamentorũ formalr de ſeipſis ꝑdi/ cari: cũ tñ artificiũ ꝑdicamentorũ fuit diſtingue/ re res que ſunt primo diuerſa. Qđ quidẽ artificiũ ſatis ſaluat per iſtas diſtantias rõnis, ſeu forma/ les quod idem eſt: nam iſta diſtinctio ſumitur pe nes diuerſas diffinitiones quiditatiuas rerum. Alia enim eſt diffinitio quiditatiua motus: ⁊ alia diffinitio qualitatis: ⁊ alia quantitas (eo mõ quo generaliſſima diffiniri poſſunt.) Vnde non voca mus diſtinctionẽ rationis (vt ſupra dicebamus) eo ꝙ motus vel actio ſit ens rationis. Sunt enim idẽtice entia realia: puta qualitas: ſed q2 per ſo/ lam conſiderationem intellectus diſtinguimus

inter calorē ⁊ motū, cōſiderando illa tanꝗ̄ duo. Et ideo S. Tho. ⁊ antiqui phi in hoc ſenſu appellabāt has diſtinctiones reales: nō ꝙ ſecluſa operatione intellectus eſſent due res: ſed ꝙ ſecluſa operatione intellectus eſt in rebus, vnde ſumitur illa diſtinctio. Unde non inepte poſſet diſtingui duplex diſtinctio realis: vna q̄ eſt inter rem ⁊ rem vt diſtinguunt ſubſtantia ⁊ qualitas: alia que eſt inter illa q̄ diſtinguūtur tanꝗ̄ res ⁊ modꝰ realis eius, vt diſtinguitur ſedens, ⁊ ſeſſio, fundamētum, ⁊ relatio, motus, ⁊ qualitas ⁊c.

*Diſtictio realis.*

*Dubium.*

¶ Queritur hic autem vtrum ſicut negatur iſta, actio eſt paſſio, ⁊ qualitas eſt actio, ita ſit negandum, motus eſt actio. Et videtur ꝙ ſic, quia motus dicit fluxū ⁊ actio dicit relationem. Reſpondetur, ꝙ ad affirmandum, aut negandum huiuſmodi propoſitiones oculus attente habendus eſt ſemper, vt videatur an ſint res diuerſorum, an eiuſdem predicamenti. Unde ſicut iſta eſt falſa, actio eſt paſſio, quia ſunt res diuerſorum predicamentorum, ita ⁊ iſta, qualitas aut quātitas eſt actio, aut paſſio, quia qualitas et quantitas ⁊ actio et paſſio ſunt res diuerſorum predicamentorum. Et pariter iſte, motus eſt qualitas, motus eſt quantitas, ſed motus eſt acquiſitio qualitatis, aut quātitatis. Iſte tamē veriſſime ſunt, motus eſt actio, motus eſt paſſio, nam motus eſt quid ſuperius ad actionem ⁊ paſſionem. Diuiditur enim motꝰ per motum alterationis ⁊ motum augmentationis: ⁊ idem eſt motus alterationis, quod alteratio actio, aut alteratio paſſio. Quo circa oculis ambobus animaduertendum eſt ꝙ Ariſtot. non dixit ꝙ actio, aut paſſio eſt qualitas: ſed ꝙ eſt motus. ¶ Sed in contrarium arguitur. Stat eſſe motum ſine actione. vt patet in ſagitta que proiecta mouetur poſtꝗ̄ ceſſauit actio, ſcilicet proiectio ſagittantis: ⁊ econuerſo ſtat eſſe actionē vbi nullus eſt motus, vt patet in illuminatione, et in generatione ſubſtantie: que fiunt in inſtanti: quequidem proinde ſunt actiones ſine motu: ergo neqꝫ oīs motus eſt actio, neqꝫ oīs actio eſt motꝰ. ¶ Ad primū reſpōdetur, ꝙ ꝗ̄diu durat motꝰ proiecti durat actio proijcientis. Ait enim Ariſto. ꝙ actio eſt motꝰ in paſſo: ⁊ per ꝯn̄s ꝗ̄diu proiectū mouetur, proijciens dicitur agere per virtutē et motum quem impreſſit proiecto. Quinimmo vt lib. 2. q. 1. dicebamus, quando graue deſcendit, generans eadem ratione dicit agere. ¶ Ad aliud reſpondent aliqui, ꝙ ſicut illuminatio nō eſt motus, preſupponit tamen motum localem applicationis luminoſi: pariter generatio preſupponit alterationem. Solutio tamen non eſt ad propoſitum. Eſt enim queſtio vtrum ipſamet productio luminis formaliter ſit motus: ⁊ pariter productio ſubſtantie. Ad quod reſpondetur ꝙ non ſunt proprie motꝰ: ſed mutationes, quia nō fiunt ſucceſſiue: quapropter hactenus non fecimꝰ mētionem de generatione. Proportionabiliter tamen loquendū eſt de generatione: ſicut de alijs motibus. ſ. ꝙ generatio nō diſtinguitur a forma vel cōpoſito que generatur, non tamen eſt motꝰ: quia nō eſt ens ſucceſſiuū nec fluxus. Sed in eodem inſtanti qd̄ eſt primum eſſe ſubſtantie, res ſimul gignit ⁊ genita eſt. Et idem dicendū eſt de creatione. Unde quando dicimus omnem motū eſſe actionē ⁊ paſſionem, loquimur large de motu, vt comprehendamus etiam mutationem.

¶ **De motu autem locali eſt dif**ficultas noua: propterea ꝙ id qd̄ acquiritur per motū localē non eſt forma intrinſeca que recipit in ipſo mobili, ſicut per motum alterationis recipitur qualitas, ⁊ per motum augmentationis, quantitas: ſed ſolum acquiruntur ſucceſſiue diuerſa loca: que ſunt res extrinſece cōtinentes locatum. Quapropter licet Ochā ⁊ Gregorius conueniāt de motu alteratiōis ⁊ augmētationis, differunt tamē de motu locali. Gregorius enim exiſtimat motū localem eſſe ſpacium per quod mobile mouetur. Quam opinionem ſubſtinent nōnulli Thomiſte, credentes illam opinionem eſſe S. Thome. Ochā vero putat motū localē non diſtingui realiter a mobili: cui ego potius fidē adhibeo.

*Motus localis.*

*Rō Greg.*

Ratio ⁊ analogia. Gregorij eſt hec. Quēadmodum ſe habet qualitas in motu alterationis, ſe habet ſpacium in motu locali: ⁊ qualitas eſt idē realiter cum motu alterationis, vt modo dicebamus: ergo ⁊ ſpacium eſt idem cum motu locali. Probatur maior. Quemadmodum in motu alterationis id quod acquiritur eſt qualitas qua mobile mouetur, ita id qd̄ acquiritur in motu locali eſt ſpacium quod ſucceſſiue ſm̄ partes pertranſitur. Id enim quod acquiritur per motum localem eſt locus: locus autē eſt aer ipſe qui me circūſtat ſm̄ nominales: ergo motus eſt ſpaciū. ¶ Et poſſumus nos hanc opinionē cōfirmare ex his q̄ paulo ante dicebamꝰ: videlicet ꝙ quēadmodū ſpaciū mediū inter terminū a quo ⁊ terminum ad quē eſt diſtātia que pertrāſitur per motū localē: ita latitudo qualitatis a nō gradu vſqꝫ ad ſummū eſt quodāmodo diſtantia que pertrāſitur per motum alterationis: ergo ſicut acquiſitio illius qualitatis. i. motus alterationis, nō diſtinguitur ab ipſa qualitate, ita motꝰ localis nō diſtinguitur ab ipſo ſpacio, quod eſt locus acquiſitus per motum.

*Contra Greg.*

¶ Aduerſus hanc opinionē cōmuniter ab omnibus arguitur, ꝙ primum mobile mouetur: ⁊ tamen ſi ponamus ſupremum celum moueri, non poſſet ſignari motus eius: quia extra ipſum nullū eſt ſpacium quod acquiritur. Reſpondet Gregorius ꝙ eius ſpaciū eſt terra, vel aer circa quē mouetur. Sed tn̄ demꝰ ꝙ celū, nec extra, nec intra ſe quicꝗ̄ habeat: ſed moueat ſupranaturaliter in vacuo, non poſſet tunc ſignari ſpacium qd̄ eſſet motus. Itē ſi me quieſcente aer qui me circūſtat moueretur, tunc ſucceſſiue acq̄rerē aliū ⁊ alium locū: ⁊ per ꝯn̄s illud ſpacium eſſet motus meus: ⁊ tn̄ ego non mouerer. Hec autē forſan poſſet ipſe diluere, dicens, ꝙ loquit de ſpacio vero, vel imaginario quod ſemper ſupponat eſſe immotum ⁊ quieſcens. ¶ Aliter tamen arguitur. Motus vt ait Ph. text. 17. eſt in mobili: nam motus eſt id quo mobile mouetur: ſicut albedo eſt id quo corpus eſt albū: ſpaciū vero ſeu locus, materialiter accipiendo pro aere continente nō eſt in mobili: q2 eſt illi extrinſece circūſtans: ergo locus vel ſpaciū non poteſt eſſe motus.

*Locus dupliciter.*

¶ Notandū eſt ergo locꝰ (vt in. 4. huius latius videbimus) dupliciter accipit. vno mō materialr̄ ꝑ aere circūſtante (ſiue ſit fixus ⁊ ꝑmanens, ſiue currens, vt fluit ventus) ſeu potius accipit hoc mō pro vltima ſuꝑficie cōtinentis. Et tunc eſt de ꝑdicamēto ꝗ̄titatis. Alio mō accipit formalr̄ ꝑ eadē ſuꝑficie cōnotādo reſpectū in ordine ad aliqd̄

fixum



fixum verum vel imaginariū. Et hic eſt de ꝑdicamento vbi. Hic eñ locus habet ꝙ ſit hic numero propterea ꝙ eſt in hac numero diſtantia a centro terre (quantū ad altitudinē) ⁊ in tāta a pūcto oriētis (quantū ad longitudinē mundi) ⁊ in tanta a polo: quantū ad latitudinē. Et ꝗ̄uis iſti reſpectus ⁊ relationes non ſunt res realiter diſtincte, nihilominus explicari nō pōt quid eſt me eſſe in hoc loco numero, niſi per huiuſmodi reſpectus. Et ꝗ̄uis in rei veritate nō diſtinguantur, loquendum eſt nobis claritatis gratia ac ſi diſtinguerentur. Reſpōdetur ergo ad Gregoriū ꝙ analogia nō eſt inter qualitatem, que acquiritur motu alterationis: ⁊ loca materialiter accepta: que acquirunt per motū localē: ſed inter qualitatem et loca formaliter loquendo. ſ. vt connotant vbi que ſunt in me ⁊ identice ſunt ego ipſe. Unde idētice loquēdo motus localis eſt mobile ipſum, cōſideratū quatenꝰ cōtinuo eſt in alio ⁊ alio loco. ſ. quatenꝰ modo eſt in alio loco ꝗ̄ fuit immediate ante hoc ⁊ erit immediate poſt hoc. Quare ſicut qualitas quando eſt in eſſe quieto deſinit eſſe motus, ita vbi in eſſe acq̄ſito deſinit eſſe motus. ¶ Quod vero aliqui thomiſte velint attribuere. S. Thome motum localem eſſe ſpatium propterea ꝙ. 1. p. q. 110. arti. 3. et alibi frequenter dicat ꝙ mobile ſecundum locū non eſt in potentia ad aliquid intrinſecū: ſed ad aliquid extrinſecum, puta ad locū, nullam prorſus habent apparentiam quia. S. Tho. non loquitur de potentia mobilis ad motum: ſed de potentia eius ad terminū motus. Uult enim dicere ꝙ nō ſicut alterabile acquirit qualitatem ⁊ augmentabile quantitatem, mobile localiter acquirit in ſe formam abſolutā: nō tamen negat quin ſucceſſio qua eſt in diuerſis locis ſit motus. Qui realiter eſt idem cum mobili. ¶ Nihilominus tamen, vt dicebamus de motu alterationis, nullatenus cōcedendum eſt in ſenſu formali ꝙ ſubſtantia eſt motus. Quis enim inter Phyloſophos audeat proferre ꝙ celū eſt quidā motus: aut ꝙ pater meus fuit motus, tūc eñ ego eſſem filius cuiuſdam motus: et cū ego comedo, aut bibo, interrogatus quid comedo, poſſem reſpondere me cōmedere ⁊ bibere quoſdā motus. Profecto vt reales nimij ſunt in rerū multiplicatione, ita ⁊ huiuſmodi nominaliū quorundam locutiones, preterꝗ̄ ꝙ ſunt contra Ariſtotelem, auribus queqꝫ ⁊ vulgi ⁊ Phyloſophorum diſſonant. Et eadem ratiōe qua in ſenſu formali negatur ꝙ motus alteratiōis ſeu alteratio eſt qualitas (cū motus ⁊ qualitas ſint diuerſa predicamenta) negatur ꝙ motus localis eſt vbi. Aliud enim predicamentum eſt vbi, ꝗ̄ actio et paſſio que importantur nomine motus. Ubi, enim ſolum dicit eſſe in hoc loco, ſiue per modum quietis, ſiue per modum tranſitus: motus autem dicit illam continuationem ſucceſſionis vbi. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ ſi dum nauis mouetur verſus orientem homo intus moueretur verſus occidentem taliter, vt ſemper maneret ſub eodem Zenit (quod eſt pūctum fixum in celo) talis homo non moueretur ſecundum ſe totum, licet moueret pedes.

*Ad. 1. ꝑn.*

¶ **Ad primum argumentū prin**cipale Ochā ⁊ Gregorius ſimpliciter cōcedunt ꝙ qualitas eſt motus alteratiōis, ⁊ mobile, vel ſpaciū eſt motus localis, cōfundentes ſubinde predicamenta cōtra artē profecto Ariſtotelicā. Dicūt eñ ꝙ motus ⁊ qualitas, ſeu motus et mobile, vel ſpaciū, ſunt duo termini ſupponētes pro eodem ſub diuerſis cōnotationibus. Nos tn̄ ꝗ̄uis in re nō differamus, tamen, vt ſeruemus modum phyloſophicū loquendi, cōcedimus ſolū in ſenſu identico ꝙ motus alterationis eſt res que eſt qualitas, ⁊ motus augmentationis, res que eſt quantitas: nihilominus in ſenſu formali negamus, motus eſt qualitas, aut quātitas, ⁊ pariter concedimus ꝙ motus localis eſt res que eſt mobile: negamus tamē, mobile eſt motus, vt expoſitum ſatis eſt. ¶ Ad primā confirmationē que nititur authoritate Ariſto. reſpondetur ꝙ quando Ariſto. dixit ea que differūt ſpecie ⁊ genere differre numero, ſolū intelligit in hoc ſenſu ꝙ vnū non predicatur de alio formaliter: nihil tamē vetat ꝙ que differūt ſpecie ⁊ genere, ſint vnū numero: ad hunc ſenſum, ꝙ ſint vnū ſubiecto: ſicut petrus et ſua quantitas ⁊ qualitas ſunt vnū numero: ⁊ due medietates eiuſdē virge quarū alia eſt viridis et alia ſica ſint vnū numero. Et eodēmodo ratio motus ⁊ ratio qualitatis concidunt in eandem rem: ſed tamē quia differūt genere, differunt numero, ad hunc ſenſum, ꝙ ſunt due diſtincte rationes, quarū vna formaliter nō eſt alia. Et iſto modo actio ⁊ paſſio differunt numero: ſicut differūt genere. ¶ Ad ſecundā confirmationē reſpondetur ꝙ ſi in ſubiecto maioris, quecūqꝫ ſic ſe habent ⁊c. ſit ſermo de quibuſcunqꝫ duabus rebus in rigore maior eſt vera (quecunqꝫ enim due res realiter diſtingūtur) ſed maior eſt falſa. Si autem intelligatur de duabus ſola ratione diſtinctis, tunc negatur maior: quantūcunqꝫ a realibus ſit cōſecrata tanꝗ̄ maxima quedā inuiolabilis. Et eſt inſtātia de fundamento ⁊ relatione ⁊ de omnibus ſex vltimis predicamentis. Concedimus eñ ꝙ qualitas et motus alterationis ſunt due ratiōes quarum vna poteſt manere ſine alia: poteſt enim manere qualitas ſub ratione qualitatis quando nō maneat ſub ratione motus, puta quando manet in eſſe quieto: et tamen non inde ſequitur ꝙ motus realiter diſtinguatur a qualitate, ſed ſolum ratione. Et idem dicatur de quantitate et motu augmentationis: et de vbi et motu locali. Poteſt enim manere vbi, puta mobile in hoc loco, quando vbi non habeat rationem motus: tamē non ſequitur ꝙ realiter diſtinguantur. ¶ Et nequis realium exiſtimet hanc ſolutionē non eſſe Ariſtotelicam, videat Ariſtotelem lib. 1. text. 59. ſimiliter prorſus arguentē de materia ⁊ priuatione. ſ. ꝙ materia manet in genito ꝑuatio vero que fuerat principiū a quo non manet et tamē nō ſubinde infert materiā ⁊ priuationē differre realiter ſed ſolū ratiōe vt expreſſe ipſe aſſerit tex. 60. ¶ Secundū principale argumentū eſt principiū apud Paulum venetū ⁊ alios tenentes motū diſtingui a mobili. Propter quod fingunt motum tā alterationis, ꝗ̄ augmētationis, ꝗ̄ localis, eſſe quoddā ens ſucceſſiuū cuius nulla pars pōt eſſe ſecundū ſe ⁊ qlꝫ in ſui inſtanti. Aiunt vero partes motus cōtinuari per quedā indiuiſibilia: q̄ dicunt mutata eſſe: ſicuti partes linee continuantur per puncta: ⁊ partes tēporis, per inſtantia. Atqꝫ adeo dicunt de motu nihil eſſe preſens, niſi mutatū eſſe: ſicut de tempore nihil eſt preſens niſi inſtans. ¶ Et tūc de exiſtētia motus ſunt diuerſe inter eos

*Exiſtētia motus.*

opiniones. Alij enim dicunt ꝙ proprie motus nō eſt, in ordine ad copulam de preſenti: ſed motus fuit ⁊ erit: quia habent pro inconuenienti dicere illud eſſe in hoc inſtanti, cuius partes non ſunt. Alij vero dicūt ꝙ motus eſt: ſi ly, eſt, vniat pro toto tempore motus: nō tn̄ ſi vniat pro inſtanti, ⁊ in re nihil differūt a prioribus. Paulus vero et alij dicunt, vt dicendum eſt, ꝙ etiā ſi ly. eſt, vniat pro inſtanti, hec eſt vera, motus eſt, concedimus em̄ ꝙ nunc eſt hora nona, et dies iouis: ⁊ menſis Junij, ⁊ annus. 1544. Ad quarū propoſitionū veritates ſatis eſt ꝙ ſit nunc inſtans continuatiuū temporis: ⁊ eadē ratione concedendū eſt ꝙ nunc eſt motus celi, ⁊ ꝙ eſt deambulatio mea: poſtq̄ celum nunc mouetur, ⁊ ego deambulo. Obdiq; eadē ratione ſufficit ad veritatē huius, motus eſt, ꝙ ſit mutatum eſſe cōtinuatiuū partium motus. ¶ Contra hanc ſententiā arguit Gregorius et alij nominales. Primo aduerſus hoc indiuiſibile qđ eſt mutatū eſſe: quia vel motus componit̄ ſolum ex mutatis eſſe: ⁊ hoc nō, quia vt. 5. ⁊. 6. huiꝰ patebit, ſicut magnitudo non cōponitur ex indiuiſibilibus, ita nec motus: qui etiā eſt de genere continuorū, vel componit̄ ex partibus que nō ſunt mutata eſſe: ⁊ tunc dicūt difficile eſſe imaginari quo modo in nullo inſtanti ante hoc fuit, niſi mutatū eſſe: et tamen immediate ante ⁊ immediate poſt quodlꝫ inſtans durationis motus fuit et erit aliqua pars motus. Hoc tamē, quicquid ſit de tēpore probabiliſſimū eſt, vt in predicamēto quantitatis dicebamus, quantitatē diſtingui a re quanta, ⁊ per cōſequēs partes linee cōtinuari per puncta, ⁊ partes ſuperficiei per lineas. ¶ Hoc mihi tn̄ fateor eſt intellectu difficile, vt Paulo ante dicebamus, ꝙ detur aliquod ens, cuius nulla pars vnq̄ ſit de preſenti ſecundū ſe ⁊ qōlꝫ ſui: ⁊ tamen habuerit ⁊ habebit partes. Eo preſertim, ꝙ entitas illa deberet eſſe bifariam diuiſibilis. ſ. ⁊ ſcđm ſubiectum: nā animalis quod localiter mouetur caput ⁊ omnia mēbra mouentur: ⁊ per cōſequēs entitas illa deberet eſſe extenſa per totum ſubiectum. Et preterea eſſet diuiſibilis ad diuiſionem temporis in preteritū ⁊ futurū. Et per cōſequens ſecundū primā diuiſionē haberet partes permanentes: ⁊ ſecundū ſecundam, nō, niſi ſucceſſiuas. Quod neq; intellectu facile eſt nec creditu. Et ideo non credo motum eſſe entitatē ſucceſſiuam diſtinctā realiter. Quod nec de tempore poſſum ſatis mihi perſuadere. vt lib. 4. videbimus. ¶ Deinde arguit̄ ꝙ ſi motus iſte diſtingueretur a mobili, vt ait Paulus, ſequeret̄ ꝙ eadem res ſimul dum eſſet fieret ⁊ corrumperetur in eodem tēpore ⁊ inſtanti. vt patet de illa entitate: nam eodem tempore adequato quo acquirit̄ corrūpitur per ſucceſſionem partium. Et certe corollariū eſt cōcedendum. Et idem eſt dicendū de tempore ſi ponatur entitas diſtincta. ¶ Item ſequeretur ꝙ ad preteritum eſſet potentia. Nā detur. v.g. motus horarius durans a nona vſq; ad decimā: de quo ſecundū hanc opinionē in quocunq; inſtanti intrinſeco illius hore verum eſt dicere ꝙ totus ille motus eſt. Simus nunc in illo inſtāti prime quarte: ⁊ tunc verum erit dicere ꝙ totus motus horarius eſt: et per conſequens in inſtanti medio totius hore verū erit dicere motus horarius fuit. Simus ergo in illo inſtāti medio: ⁊ arg̃r ſic. Iſte motus horarius fuit: et tamē nunc poteſt facere deus ꝙ nunq̄ fuerit: quia poteſt facere ꝙ medietas ſequens non erit: ⁊ tunc nunq̄ erit verum dicere totus motus horarius fuit: ergo ad preteritum eſt potentia. ¶ Hoc etiam corollariū debent concedere: quia hec propoſitio, hic motus horarius fuit, ita eſt vera in inſtanti hore medio, vt dependeat ex vna de futuro contingenti: ⁊ ꝓpoſitionibus veris de preterito dependentibus a futuro contingenti contingere pōt vt nunq̄ fuerint vere. Quare hec non ſunt magna inconuenientia. ¶ Sed tamen propter argumenta ſuperius facta negamus motum diſtingui a mobili. Non tamen propterea negandū nobis eſt quin motus (formaliter loquendo) ſit ens ſucceſſiuū vt Gregorius et Ochā videtur negare. Nā q̄uis eadem res ſit qualitas et motus, tamen ea ratione quā eſt qualitas non dicit ens ſucceſſiuū: ſed ſolū formā inherentem ſubiecto: ea vero ratione qua eſt motus, eſt ens ſucceſſiuū. Itaq; ratio motus eſt continua ſucceſſio. Quo circa licet motus ⁊ mutata eſſe non ſint realiter diſtincta, ſed ſola ratione, loquendū tamen nobis eſt de illis claritatis cauſa ac diſtinguerentur. ¶ Unde ad formā argumenti diſtinguitur ꝙ motus ſit ens ſucceſſiuum. Si enim accipiatur materialiter pro qualitate, aut quantitate, aut vbi quibus eſt idem realiter, negatur: immo eſt ens permanens. Si vero accipiatur formaliter ſecundū propriā rationem motus, id conceditur. Et eodem modo conceditur ꝙ repugnat ⁊ habere oēs partes ſimul, ad hūc ſenſum, ꝙ ratio motus in qualitate ſi ſit intenſionis conſiſtit in hoc, quod immediate ante hoc fuerit minor ⁊ immediate poſt hoc maior, q̄ nunc eſt: ſi vero ſit motus remiſſionis, conſiſtit in hoc, ꝙ immediate ante hoc fuerit maior ⁊ immediate poſt hoc minor. Et ratio motus localis cōſiſtit in hoc quod mobile immediate ante hoc fuerit in alio loco et immediate poſt hoc in alio q̄ modo eſt. Non tamen ꝙ ſit aliqua entitas diſtincta que ſolum conſiſtat in fieri. ¶ Et proportionabiliter reſpondetur ad confimationem ꝙ materialiter loquendo de motu ꝑ re que eſt motus partes eius continuantur per quantitatem: quia eſt ens permanens. Si vero loquamur formaliter ſub rōne motus, concedimus ꝙ de motu in inſtanti pſenti nihil aliud eſt q̄ aliquid ad imagitionē indiuiſibile. Quod ſi vocetur mutatum eſſe, de nomine non diſputamus, ad hunc ſenſum, ꝙ in quocūq; inſtanti intrinſeco motus localis mobile eſt in aliquo loco, in quo nec fuit immediate ante, nec erit immediate poſt. Et ſuo modo dicatur de motu alterationis ⁊ augmentationis. ¶ Authoritates oēs, que in tertio argumento citantur, facile ex his que dicta ſunt ſoluuntur, poſita diſtinctione rationis motus a mobili et termino. (Ad. 3.) Per hoc enim ſaluatur ꝙ motus ſub ratione motus ſit actus entis in potētia. i. cōſiſtat in fluxu ⁊ fieri: qualitas vero dicat actum in actu quieto. Et eadem ratione ſaluatur ꝙ motus eſt in mobili: nam motus augmentationis et alterationis et ſuo modo generationis eſt forma que recipitur in paſſo: motus vero localis dicitur eſſe in mobili propter diſtinctionem rationis. Et pariter reſpondetur ad illud. 7. meta. ſ. ꝙ ad qualitatem eſt per ſe motus: non tamen ad motū. i. qualitas inquantum qualitas acquiritur per motū. i. acquiritur ſucceſſiue: motus autem non acquiritur per motū: quia



quia illa ſucceſſio non acquiritur per aliā ſucceſſionē. ¶ Pariter reſpōdet̄ ad illud ſcđo de anima, ꝙ qualitas inquantū calor eſt ſenſibile propriū tactus: ſed inquantum motus eſt ſenſibile cōmune: quia ratio motus: nō ſolū per tactū, ſed per viſum ⁊ auditum percipitur. ¶ Et per hec etiam ſaluantur illi modi dicendi, ꝙ motus eſt via: qualitas vero et vbi eſt terminus: ⁊ ꝙ motus eſt cauſa qualitatis: non tamen econuerſo: et ꝙ motus eſt velox vel tardus, qualitas vero minime. Omnia ergo hec ſaluantur per diſtinctionem rationis. ¶ Alia vero corollaria. ſ. ꝙ motus vniformis ſit difformis, et ꝙ motus circularis ſit rectus, et ꝙ aſcenſus erit deſcenſus, conceduntur a nominalibus: quia idē globus qui cadit mouetur circulariter ⁊ recte: ⁊ idem rurſus proiectus aſcendit. Nullatenus tamen ſunt concedende huiuſmodi locutiōes: tū quia ſunt cōtra cōmunem modum concipiendi: tū etiam quia alia eſt diffinitio motus circularis et alia motus recti. Quinimmo Ariſtote. 1. de celo dicit ꝙ aſcenſus et deſcenſus ſunt motus contrarij: tam abſurdum ergo eſſet dicere ꝙ aſcenſus ſit deſcenſus, q̄ ꝙ calor eſt frigus. Concedende ergo ſunt locutiones ille identice. ſ. ꝙ eadem res que eſt motus circularis eſt etiam rectus: et que modo eſt aſcenſus poſtea eſt deſcenſus: ſed tamē formaliter loquendo, nec aſcenſus eſt deſcenſus, nec motus circularis et vniformis eſt rectus aut difformis. ¶ Et proportionabiliter reſpondetur ad aliud ꝙ motus intēſionis ſit motus remiſſionis: nam licet eadē qualitas que modo intenditur poſtea remittatur, intenſio tamen eſt acquiſitio qualitatis. ſ. vbi immediate poſt hoc erit maior gradus q̄ nunc et nunc q̄ immediate ante hoc: remiſſio vero eſt diminutio qualitatis, ita vt viceuerſa nunc ſit in minori gradu q̄ immediate ante hoc fuit et in maiori q̄ immediate poſt hoc erit. Et proportionabiliter dicatur de augmentatione et diminutione. Quod autem calefactio ſit frigefactio, nulla eſt apparentia: quia neq; in ſenſu identico calefactio eſt frigefactio: nam calefactio eſt res que eſt calor, qui acquiritur: et frigefactio eſt res que eſt frigiditas.

¶ Illi qui à triginta hinc annis aut quadraginta ſcripſerunt: qꝛ non erat illis in animo libros de celo ⁊ de generatione interpretari, ſed ad libros phyſicorū vniuerſam reuocare Phyloſophiā: tractant hic ad longum de quatuor ſpeciebus motus. ſ. localis, alterationis, generationis, augmentationis. Nobis tamē qꝛ inſtitutum eſt ſuper libros illos etiā ſcribere, vitio merito daretur, ſi ſpecies motus in particulari hic tractaremus, vbi Ariſt. mentionē de illis nullam fecit, niſi in gn̄e ſub nomine motus. Quin potius id vellē Phyloſophis huius tēporis diſſuadere, ne in libris phyſicorū tantū tēporis hereāt. Intentio enim Ariſto. fuit in his libris tractare de motu ſolū in genere, et in reliquis deſcendere in particulari ad ſpecies quaſcunq; motus vt in libris de celo ad motū localē: ⁊ in libris de generatione, ad alias tres ſpecies motus. In quibus proinde medulla Phyloſophie eſt inquirenda. Atqui ſi de intēſione augmētatione ⁊ rarefactione et de motu locali hic tractaret̄ (preter ordinis peruerſionem) in immenſum abiret hic tertius phyſicorū. Eo vel maxime ſi ſophiſmata, que de velocitate horū motuū hucaggerātur, ſubmoueremus: indigna certe quibus humana verentur ingenia: tantum abeſt vt digna ſint que in libro phyſicorū recitentur. De velocitate autē motus ad ſextū ⁊ ad ſeptimū huius ꝓprie pertinet diſſerere. De quo illic ſatis dicimus. Nō ergo hic legātur hec: ſed ad ſua vſq; cuiuſq; loca ſpectetur: eo preſertim ꝙ. 5. huius incipit Ariſtot. diſtinguere has ſpecies motus diſputando ad quenā genera rerum ſit per ſe motus. Interdū ſatis eſt preſupponere de modo quo fit intenſio duas eſſe, inter alias, celebres opiniones: alterā nominaliū cōmunē. ſ. ꝙ fit ꝑ additionē gradus ad gradū in eodē ſubiecto adequato: ita vt ſicut q̄litas eſt diuiſibilis in partes ſecundum extēſionem ſubiecti, ita eſt diuiſibilis in partes ſecundū intēſionem. Alia vero eſt opinio. San. Thome ꝙ qualitas, quemadmodum forma ſubſtātialis ligni, et quēadmodum quantitas, habet quidem partes ſecundum extenſionem: ſecundū tamen intenſionem minime: ſed eſt indiuiſibilis ſecundū ſuam eſſentiā: intenſio autē fit per hoc quod illa forma magis ac magis radicatur in ſubiecto, et magis actuat ipſum. vt illic per amplius res dillucidata examinabitur. ¶ Sequitur ſtatim in textu caput quartum ⁊ ſequentia vſq; ad finem libri.

In textu. lvj. Atq; manifeſtum eſt ꝙ quodammodo eſt &c.

## ¶ Quæſtio tertia.

### VTRVM INFINITVM ſit naturaliter poſsibile.

IN duo partitur Ariſtot. hunc tertium librū, vt in initio comētorū eius dicebamus. In tribus em̄ capitulis egit de motu, et in quinq; reliquis de infinito. De primo diſputauimꝰ duas queſtiones: de altero diſputabimus item duas: hanc quidem ſcilicet vtrum naturaliter ſit infinitum, alteram vero vtrum poſſit eſſe ſupra naturaliter. ¶ Primum omniū arg̃r contra primam ſtatim aſſertionem Ariſto. text. 24. ſ. ꝙ ad phyſicum pertinet diſputare de infinito. Quod nō eſt. 1. qđ habet rōnē entis nō ſcitur. 1. poſt tex. 5. qꝛ ens eſt obiectū intellectus: infinitū aūt non eſt poſſibile in actu, vt ipſe aſſerit textu pſenti, immo nec ſi eſſet eſſet cognoſcibile, vt dixerat lib. 1. tex. 35. ⁊ hic repetit tex. 66. ergo de īfinito nō eſt ſciētia: ⁊ ꝑ cōſequēs ad nullū ꝑtinet diſputare de illo. ¶ Et cōfir. qꝛ ſi ad aliquē ꝑtineret diſputare de infinito, is eſſet vel mathematicus (cum finitū et infinitū ſint paſſiones quantitatis. vt patet tex. 35. de qua cōſiderat mathemathicus) vel metaphyſicꝰ, cū qꝛ ſolus deꝰ eſt infinitꝰ, tū etiā qꝛ infinitū diuidit̄ per infinitum in actu et infinitum in potentia, vt habetur textu preſenti: hec autem diuiſio eſt proprie diuiſio entis. vt habet̄. 9. meta. tex. 21. de deo autē et ente in genere pertinet ad metaphyſicū diſputare. Id vel maxime ꝙ phyſicus non conſiderat, niſi de ente mobili: infinitū autem ſi eſſet, non eſſet mobile. vt hic oſtendit Ariſtote. text. 48. et infra. ¶ Secundo principaliter arguitur. ꝙ detur infinitum in actu. Potentia fruſtra eſt que non

non reducitur ad actum: nam potentia illud eſt quod actu fieri poteſt.9.meta.tex.12. ſed Ariſtot. concedit hic infinitum in potentia: ergo naturaliter poteſt eſſe in actu. Quod ſi quis reſpondeat pro Ariſtotele, vt ſeipſe ſtatim explicat tex.57. ꝙ non eſt in potentia, vt reducatur ad actum completum queadmodum entia permanentia. vt eſſet ſtatua, ſed que reducitur ad actum qui eſt in fieri: vt entia ſucceſſiua, quemadmodũ tempus, et motus, ⁊ ſeries generationũ, ⁊ diuiſio cõtinui. Arguitur ſic. In continuo ſunt partes infinite illic actu exiſtentes: ergo agens naturale poteſt illas actu ſeparare. Queadmodum enim ignis quando comburit lignũ omnes partes proportionales ſucceſſiue diuidit, ita videtur ꝙ non repugnaret naturaliter eſſe actu diuiſas: ⁊ tunc eſſet naturaliter infinitũ in actu multitudine. ¶ Et confirmatur manifeſte aduerſus Ariſtotelem, ꝙ detur infinitum in actu: nam ſi mundus fuit ab eterno, tempus ⁊ motus que tranſierunt ſunt infinita in actu. ſ. infinite circulationes celorũ. Per inde enim eſt profecto ꝙ actu tranſierit infinitũ, ac ſi modo detur infinitũ permanens: preſertim ſi tempus ⁊ motus ſint accidentia diſtincta a mobili. Atqꝫ inde patet ꝙ infiniti homines fuiſſent actu hactenus trãſacti. Immo probatur ꝙ ſi mũdus eſt futurus perpetuus, erunt etiã infiniti homines in actu reſpectu copule de futuro: nã quero de illa tota collectione que in rei veritate erit, an erit finita vel infinita: non finita, quia non poteſt ſignari ſub quo numero erit: ergo in rei veritate erit infinita. ¶ Et cõfirmatur ſecundo argumento quod hactenus nõ cõſtat quomodo illud ſoluiſſet Ariſtot. Si enim mũdus fuit ab eterno, ita vt ante quẽlibet hominem fuit homo, ⁊ quot fuerũt homines tot fuerunt anime: ⁊ anime ſunt perpetue, liquido colligitur nũc eſſe animas actu infinitas. ¶ Tertio arguitur ꝙ detur nunc aliqua perfectio actu infinita. Natura hominis eſt aliqua quantitas perfectionis: ⁊ perfectio angeli in infinitũ excedit hominem: ergo perfectio angeli eſt infinita: quoniam ſi data pedalitate daretur quantitas que in infinitũ excederet illã, illa perfectio eſſet infinita. ¶ Et cõfirmatur. In homine ſunt infinita predicata eſſentialia quorũ quodlibet addit nouum gradum perfectionis ſupra aliud: ergo eſt infinita perfectio. Probatur antecedens. Natura animalis dicit nouũ gradũ perfectionis ſup naturã corporis: ⁊ pfectio hoĩs aliquẽ gradũ ſup perfectionẽ aĩalis: ergo inter animal et hominẽ poteſt dari vnus gradus medius perfectior animali ⁊ imperfectior homine: et inter illũ gradũ ⁊ animal poteſt dari vnus alius et ſic in infinitum: ⁊ iſte omnes perfectiões vſqꝫ ad ſubſtantiam ⁊ ens ſunt in homine: ergo. ¶ Quartum argumentũ eſſe poſſet. Ignis poteſt producere infinitos calores. i. nõ tot quin plures: nẽpe quot applicarẽtur cõbuſtibilia: ergo habet infinitã virtutẽ. Quod ſi dicas non poſſe naturaliter applicari infinita: ſaltẽ ſi per impoſſibile applicarentur illi infinita combuſtibilia in eodẽ loco, infinitos calores pduceret: ⁊ per cõſequẽs videtur habere infinitã virtutem naturalẽ. ¶ In contrariũ eſt Ariſt. in hoc tex.56. vbi ait naturaliter eſſe infinitũ in potẽtia: infinitũ vero in actu, nequaqꝫ.

¶ De infinito ſecunde intentionaliter ſumpto pro hoc nomine, nõ homo, ⁊ ſimilibus nihil ad preſens. Infinitũ autem prime intentionaliter acceptũ pro rebus, de quibus hic diſputatur, idem eſt vt nomen ipſum ſonat, quod res nõ finita, aut limitata: ſicuti, immenſum, idẽ eſt, quod non menſuratũ. Accipitur autẽ ab Ariſtotele in tex. hic.34. dupliciter. [Infinitũ dupl̃r.] Vno modo negatiue pro eo quod nõ habet terminũ neqꝫ aptitudinẽ vt terminetur: q. ſ. nõ eſt quantũ, vt punctũ poteſt dici infinitũ: ſicuti vox que eſt obiectũ auditus, eſt inuiſibilis. Aliomõ accipitur priuatiue pro eo quod nõ eſt terminatũ, aptũ tñ eſt terminari: nempe q eſt quantũ: nã omne quantum ex natura ſua eſt aptũ terminari. Linea enĩ terminatur per puncta: ⁊ corpus per ſuperficiẽ: ſiue realiter diſtinguantur a ſubſtãtijs, ſiue nõ: quis perſpicacior erit ſermo ſupponendo diſtinctionem quantitatis a re quanta. ¶ Secũdo aũt diuiditur infinitum: quia aliud eſt infinitũ ſecundũ eſſentiam, ⁊ aliud ſecundũ quantitatẽ. Eſſentia enĩ cũ habeat perfectionis quantitatẽ, et finita eſſe poteſt, ⁊ infinita. De huiuſmodi infinito nihil hic loquutus eſt Ariſto. poſſumus tñ de hoc obiter ſtatuere primã concluſionẽ. [1. Concl.] ¶ Tantũ deus eſt infinitus per eſſentiã: immo tantũ ipſe eſſe poteſt hoc modo infinitus. Cõcluſio ab oĩbus theologis cõſentienter eſt receptiſſima in.1.d.43. tameſſi profecto a priori difficile ſit rationẽ aſſignare. Niſi illa ſit, quã. S. Tho.1. par. q.7. arti.1. ⁊.2. affert. Ait enĩ ꝙ in rebus materialibus tã materia terminatur per formã, qꝫ forma per materiã. Materia enĩ de ſe habet infinitam. i. illimitatã potentiã ad formam: ⁊ ideo hic tex.65. infinitũ in potentia cõparatur materie, potẽtia vero illa materie que de ſe eſt indifferens ad plures ſpecies, terminat̃ p formam conſtituentẽ illã in aliqua certa ſpecie. Sꝫ forma etiã de ſe quodãmodo habet quandã infinitatẽ ⁊ illimitationẽ: q de ſe eſt indifferens: ad plura indiuidua: terminatur vero ⁊ limitatur ad hoc indiuiduũ per hoc quod recipit̃ in hac numero materia, ⁊ his diſpoſitionibus ſingularibus. ſ. hic ⁊ nunc ⁊c. Nã in formis que educunt̃ de potẽtia materie, propterea forma producitur hec numero, q educitur de potentia huius materie cũ his diſpoſitionibus. Et anima rationalis, licet prius natura ſit in ſe, qꝫ inſit materie, vt lib.1.q.7. dictũ eſt, eſt tamẽ hec: q fit a deo receptibilis in hac numero materia. Hinc fit ꝙ infinitas potentie materie dicit imperfectionẽ: q eſt mera potẽtia ad eſſe per formã: finiri autẽ dicit perfectionẽ: quia eſt acquirere actum. E conuerſo vero infinitas ex parte forme, quia forma eſt actus, dicit perfectionem, ⁊ limitari ad iſtã materiam et ad hoc ſuppoſitũ dicit imperfectionẽ. Hinc ergo ſumitur argumentũ. Forma quanto eſt natura ſua immaterialior tanto eſt perfectior: deus eſt ſimpliciter a natura ſua immaterialis: quia nõ coartatur, nec limitatur ad aliquẽ gradũ perfectiõis: ergo eſt eſſentialiter infinite perfectus. Maior probatur. Eo anima rationalis eſt perfectior qꝫ anima bruti: quia eſt immaterialior, ideſt q ex ſua natura põt ſubſiſtere ſeparata a materia, qđ non põt anima bruti. Et angelus eſt perfectior qꝫ anima rõnalis: q eſt magis immaterialis, propterea ꝙ nõ eſt receptibilis in corpore: ergo maior eſt vera. Minor autẽ patet q cũ deus habeat per ſe eſſe, nõ receptũ ab alio, ſequitur ꝙ eſſentia illius



illius eſt omnino purus actus, nihil habens admixtũ de potẽtia. ¶ Et per hoc ſoluit argumentũ. Scoti.1.ſent.d.2.q.2. ꝙ angelus eſſet tũc infinit⁹: quia non eſt aliquomõ materialis. Rñdetur inqꝫ ꝙ quis nõ recipiatur in materia ſenſibili, habet tamen eſſe receptũ ab alio: ⁊ per cõſequens quodãmodo eſſentia angeli recipitur in ſuppoſito: et ideo nõ eſt ſimpliciter infinitus. Scio rationem eſſe metaphyſicã: ſed certe ratio reitã remote a ſenſibus noſtris, non poteſt eſſe, niſi metaphyſica ⁊ intellectu difficilis, obidqꝫ a priori nõ poteſt alia reddi: nã probare deũ eſſe infinitũ: q poteſt perpetuare mundũ in infinitũ, aut pducere aliquid ex nihilo, pterqꝫ ꝙ eſt pbatio ab effectu, eſt etiam in euidens, et poti⁹ ex hoc qđ habet eſſentiã infinitã, debet probari a priori virtus infinita et cõſequenter effectus infinitus, qꝫ e conuerſo. ¶ Poſſum⁹ tñ ſic forſan clarius proponere rõnẽ. Perfectũ tantũ valet quantum id cui nihil deeſt in ſuo gñe, ⁊ imperfectũ id cui aliqđ deeſt: ergo infinite perfectum eſt id qđ nihil ſimpl̃r recipere põt: ⁊ qcqđ põt aliqđ recipere nõ eſt infinite perfectũ, oĩa vero materialia poſſunt aliquid recipere. vt patet ad experientiã ⁊ angeli recipiunt eſſe et volitiones ⁊ intellectiones, deus autẽ cum nihil habeat potentialitatis ad recipiendũ, ſequitur ꝙ eſt infinite perfectus. ¶ Et hinc patet ratio quare nulla creatura poteſt eſſe infinita ſecundum eſſentiã: q videlicet implicat eſſe creaturã que non recipiat eſſe: et ſi recipit eſſe poteſt etiã recipere alia accidentia, ⁊ per cõſequens implicat ꝙ ſit infinite perfecta. Nã illa probatio quam alij faciũt. ſ. ꝙ ſi creatura ſit infinita, illa eſſet de⁹ certe non explicat cauſam proximã ⁊ p ſe q plus requirit vt ſit deus, qꝫ vt ſit eſſentia infinita: quoniam ad infinitatẽ ſufficeret eſſentia illimitata in perfectione: ſed ad hoc ꝙ ſit deus, requiritur ꝙ ſit independens ⁊ habeat per ſe eſſe ex intrinſeca ratione ſua ⁊ non ab alio. Et ideo ratio proxima quare non poteſt eſſe creatura infinita, eſt, q ſi eſt creatura, recipit eſſe: ⁊ ſi recipit eſſe, habet limitatum eſſe ad certum gradũ. vt homo ita eſt homo, ꝙ nullo modo eſt equus ⁊c. ¶ A poſteriori vero probat̃ infinitas dei hoc mõ. Deus eſt per ſe cauſa omniũ rerũ: ergo eſt quodãmodo omnia. vt enim quod eſt per ſe cauſa ignis debet eſſe formaliter ignis, aut quodãmodo eminenter, vt ſol, ⁊ quod eſt cauſa hominis, debet eſſe homo ⁊c. ita deus cũ ſit omniũ cauſa debet eſſe eminẽter oĩa: eſſe autẽ non poſſet eminenter omnia, ſi haberet eſſe limitatũ ad aliquod certũ genus, ergo habet eſſe illimitatum quod eſt eſſe infinitũ. Sicut oculus: quia videt omnes colores nõ habet limitatam naturã alicuius coloris: ⁊ ideo vt in predicamẽtis dicebamus deus nõ ponit̃ in genere. Aliã probationẽ adduximus in lib. primo. q.7. ex modo producendi: quia videlicet potuit producere aliquid nihilo preſuppoſito. Per oppoſitum extremũ: q omnis creatura habet eſſentiã finitã, nec poteſt habere infinitam eſſentiam, nec virtutem, nec accidentia infinita. Sed de hoc ſatis.

¶ Ad propoſitum ergo vt redeamus. [Diffõ infiniti.] aliter accipit̃ infinitũ rõne quãtitatis, aut cõtinue aut diſcrete. Et hoc mõ loquit̃ in hoc libro Ariſto. Quocirca diffinit infinitũ eſſe illud cuius ſecundũ quantitatẽ accipientibus ſemper aliquid accipere eſt extra. vt patet in text.63. vbi eandem diffinitionẽ expoſitam dedimus. Et hec conuenit tam infinito in magnitudine, qꝫ in multitudine: tam in actu, qꝫ in potentia. Neoterici autem Phyloſophi dicunt infinitum hoc modo adhuc accipi dupliciter. [Infinitũ dupl̃r.] vno modo categorematice, vt eſt nomen ſupponens pro re infinita: et alio modo ſyncategorematice vt eſt aduerbiũ exponibile per hanc orationem, non tantum quin maius, aut tantum et in duplo plus ⁊ in quadruplo ⁊c. Et hoc pro infinito in magnitudine. Et proportionabiliter infinitum multitudine exponit̃, non tot quin plura, ſeu aliquot ⁊ in duplo plura ⁊ in triplo ⁊c. Statuunt preterea hanc regulam, ꝙ quando infinitum ponitur a parte predicati, tũc accipit̃ nominaliter ⁊ categorematice, vt, de⁹ eſt infinitus, continuũ habet partes infinitas. Quando vero ponitur a parte ſubiecti, tunc accipit̃ ſyncategorematice, ⁊ exponibil̃r. vt, infinite parua eſt pars continui. Regula tamen nõ eſt adeo neceſſaria. Quin potius cõſulende ſint aures. Exactior forſan eſſet regula, ꝙ accipitur ſyncathegorematice, quando habet formam aduerbij. vt, infinite parua eſt pars cõtinui, cõtinuũ eſt diuiſibile in infinitũ. Nam qñ habet formã nõis, etiã a parte ſubiecti accipit̃ categorematice. vt, infinite partes ſunt in continuo, infinita res eſt deus. ¶ At vero nec Ariſt. neqꝫ veterum vllus Phyloſophorum vtitur his nominibus: ſed vt patet textu preſenti.56. diſtinguitur infinitũ in infinitũ in actu ⁊ infinitũ in potẽtia. Quibus verbis vtitur. S. Tho. ⁊ interpretes vniuerſi. Atqui idẽ exiſtimo pollere infinitũ actu, quod infinitũ categorematice: ⁊ infinitũ in potentia, quod infinitũ ſyncategorematice. Et ſumitur hec diſtinctio ex diſtinctione huius quod eſt eſſe permanenter, aut ſucceſſiue. Nã infinitũ in actu eſt illud qđ habet infinitas partes permanẽtes: ⁊ idẽ eſt infinitũ categorematice. ¶ Eſt ergo infinitũ hoc modo, illud qđ vni parti ſignate habet infinitas equales et nõ communicantes. [definitio infiniti in actu] vt ſi daret̃ infinita linea verſus orientem, ſignata vna pedalitate, haberet infinitas equales non cõicantes. Dicit̃, equales, q in vno pedali ſunt infinite ptes inequales pportionales. Dicit̃, nõ cõmunicãtes: quia bipedale habet infinitas equales cõmunicantes. ſ. infinitas pedalitates: nempe primã medietatẽ, ⁊ aggregatum ex ſecũda medietate prime pedalitatis ⁊ prima medietate ſecunde, ⁊ aggregatum ex vltima quarta prime pedalitatis ⁊ tribus quartis ſecunde, et ita infinitum diuiſa prima pedalitate per partes proportionales, et pariter ſecunda. Dicitur, vni parti ſignate, vt ſupponat determinate: nam ſi ſupponeret confuſe, dares in pedali infinitas nõ communicantes equales vni: ſcilicet duas tertias equales tertie parti, et tres quartas equales quarte parti ⁊c. ¶ Infinitum autẽ in potentia eſt ens ſucceſſiuum. vt ait hic Ariſtote. tex. eodem.56. [definitio alius infiniti in potentia] Unde infinitum in potentia eſt illud cuius partes ſi incipias numerare ſemper que numerate ſunt, ſunt finite, et que reſtant numerãde infinite. Et hoc eſt qđ aiunt Phyloſophi hui⁹ tẽporis, ſyncategorematice, vt ſi tẽpus poſt hoc infinitũ incipias numerare, nõ dabitur tãta pars tẽporis quin adhuc alia pars reſtaret tranſeunda: nunqꝫ tñ veniretur ad inſtans in quo ſic numerando ſit tranſactũ infinitũ. Pariter in infinitum

nitum poteſt deus creare ſpeciem creaturarum perfectam: quia quacūq; data poterit creare perfectiorem: nunq̄ tamē dabitur infinite perfecta. Simili modo continuū eſt in infinitum diuiſibile ſyncategorematice: nā quotcūq; datis diuiſionibus, poſſunt eſſe plures: ſed nunq̄ dabunt infinite facte.

obſeruatio ¶Hic tñ adnotauerim ꝙ non eſt ſubinde concedendū quod iuniores iſti concedūt.ſ. infinite magnā eſſe partē continui ſyncategorematice, ꝓpterea ꝙ ſignato pedali, aliquāta eſt pars illius & nō eſt aliqua tāta pars, quin adhuc detur maior, addendo medietatē exceſſus quo totum excedebat illam. Iſte eñ premiſſe cōcludūt quidem ꝙ non detur maxima pars, nō tamē ꝙ detur in infinitū magna pars. Ad hoc eñ nō ſufficeret ꝙ quacūq; parte data daretur maior pars, ſed requireretur ꝙ quacūq; quātitate data, daret̃ aliqua pars maior: & clarū eſt, ꝙ nulla eſt pars maior quantitate totius. Et reuera hoc ſonat ꝙ detur infinita pars. Eadē rōne eſto potētia portatiua petri termineturad minimū quod non) nam pondus equale ſue reſiſtentie non pōt portare & quodlibet minus pōt, eſto inq̄ hoc detur, nō tamen illico ſequit̃, vt iſti cōcedūt, ꝙ petrus infinitum pondus pōt portare: ſed requirit̃ ꝙ quocūq; pondere dato poſſit maius portare. ¶Et ideo cōuertunt̃ ille due expoſitiones non tm̄ quin plus, et aliquantum & in duplo maius, & in triplo &c.

¶ His preiactis fundamētis præter primā ſupra poſitā concluſionē adhibentur alie due quibus ad queſtionē rñdetur. Sit ergo ſecunda concluſio.

2. Cōclu. Datur naturaliter infinitū in potentia: tam in quātitate cōtinua q̄ in diſcreta. Concluſio eſt expreſſa Ariſto. text. preſenti. 56. et ſequentibus. Quā quatuor exēplis oſtendit.ſ. in tēpore, et motu celi, & quantū ad diſcretā, in gñationibus: que tria per ſe exiſtimabat in infinitū durare. Et ideo quantocunq; tempore & motu ſignato, adhuc poſſet eſſe maior quod eſt eſſe infinitum in potentia. Et idē eſt de generationibus.

his exemplis poſſum illuſtrare. Nos vero chriſtiani, quos fides docet mundum non duraturū in infinitū, exempla ponere poſſumus de igne inferni: qui durabit in infinitū, & per cōſequens quocūq; tēpore & motu illius dato adhuc reſtabit amplius. Idē q; cenſet de dānatorū cogitationibus, quin etiā de actibus beatorum quos habere poſſunt extra verbū: qui in infinitū poterunt multiplicari. Quartū exemplū eſt de partibus continui, quas dicit eſſe infinitas in potentia. Ubi adnotandū eſt quomodo Ariſto. non ponit partes cōtinui actu infinitas: nō ꝙ nō ſint infinite partes proportionales in cōtinuo: ſed ꝙ non ſunt per ſe infinita entia: nam cū ens & vnum cōuertantur, & partes ille nō ſunt actu ſeparate, & per cōſequēs nec habēt vnitates diſtinctas, ſed faciunt vnum cum toto, fit vt nec ſint entia actu plura. Obidq; ait continuū eſſe infinitū in potentia: nempe q2 poteſt diuidi in duas medietates, et in quatuor quartas, & ita in infinitū. Taliter tamen inquit ꝙ illa potētia nunq̄ poteſt reduci ad actum. veluti es qđ eſt in potentia ſtatua pōt aliquando eſſe actu ſtatua: ſed taliter, vt quecunq; diuiſiones dētur erunt finite & reſtabunt ſemper infinite. Et ideo ait infinitū eſſe imperfectū et vt materia: nempe quia illa ratio infiniti ſemper eſt in fieri & nunq̄ exhauritur. Cōſule cōmenta, quibus hec explicatius adnotauimus. Eſt enim duplex potentia alia permanentiū que pōt aliqñ reduci ad actum. vt puer qui modo eſt potentia vir aliquādo erit vir. Alia eſt potentia ſucceſſiuorū, que nō reducitur ad actū, permanentē, ſed actus eorum cōſiſtit in fieri. Et tale eſt infinitum in potentia. ex .2. pᵃ

3. Conclu. ¶Tertia cōcluſio. Nullo modo eſt naturaliter poſſibile infinitum in actu, neq; in magnitudine nec in multitudine. Et hec pariter aſſerit ab Ariſto. eodē textu aduerſus eius predeceſſores Phyloſophos: quorū opiniones abunde vt reor explicite ſunt in cōmentis, cū rationibus, quibus multis Ariſto. aduerſus eos vſus eſt. Cū enim in rei veritate principiū generationū perpetuo debeat durare, probe illi allucinabant̃ debere eſſe infinitum. Nō tamen cognoſcebāt principiū: niſi materiale, & ideo conuincebant̃ eiuſmodi principium materiale ponere infinitū in actu: hoc quidem decepti, vt id qđ primo principio efficienti (qualis eſt deus) debebant attribuere, attribuebant principio materiali. Nā cū in materia eadē que nunc eſt ſub vna forma, poſſit poſtea ſuccedere ſub alia, ſufficiēs eſt materia finita ad ꝑpetuitatem generationū. vt ſuper textū. 73. liquidū fecimus. ¶Atqui quantū attinet ad magnitudinem, dupliciter cōcluſionē poſſumus explicare: ſecundū ꝙ quantitas alicuius corporis dupliciter pōt cōſiderari.ſ. aut phyſice aut mathematice. Corpus.n. phyſicū eſt qđ per certā formā cōſtituit̃ in certa ſpē: et cū oīs forma naturalis determinet ſibi certā quantitatē quoad maximū et minimū. vt li. 1. q. 4. ꝑtractauimus planū inde fit nō poſſe naturaliter eſſe corpus phyſicū infinitū. Secundo probat̃ cōcluſio: argumento Ariſto. in hoc libro textu. 48. vſq; ad. 52. Omne corpus phyſicum eſt mobile naturaliter ad certū locū (vt grauia et leuia) vel circulariter in loco, vt celū: ſed corpus infinitū nullo iſtorū motuum eſſet mobile: ergo. Probatur minor: nā motu recto non haberet locum naturalē quo moueretur (cū omnia repleret) de motu, aūt circulari, ſic manifeſte probat, hoc ſuppoſito ꝙ linee circuli quanto longius diſtant a centro, tāto & inter ſe plus diſtāt. vt apparet in ſubiecta figura.




Si ergo ille linee protraherent̃ in infinitum. fieret vt & inter ſe infinite diſtarent. Tunc ſic arguitur. In motu circulari neceſſe eſt ꝙ linea que nūc. v. g. eſt in pūcto. a. tandē per motū aliquādo veniat ad punctū. b. vbi eſt alia linea exiens a centro: ſed in corpore infinito nunq̄ poſſet illuc perueniri: nam linee quantuncūq; proxime deducant̃ a centro ſi in infinitū protrahant̃ diſtabunt infinite: et cum ſpacium infinitū nō ſit pertrāſibile, fit vt neutiq̄ poſſet vna peruenire ad punctum in quo eſt alia. ¶De corpore autē mathemathico non currerent iſta argumēta: corpus eñ mathematicū eſt quātitas per intellectū abſtracta ab hoc vel ab illo corpore phyſico. Nihilominus cū corpus mathematicū ſolum per intellectū ſit abſtractū, & in rei veritate nō poſſit eſſe: niſi in aliquo corpore naturali, fit, vt ſicut corpus phyſicū nō poteſt eſſe infinitum. ita nec corpus mathematicū. ¶Sed preterea arguitur. Si daretur infinitum naturaliter maxime eſſet extra celū (vt ponebant pythagorici) vbi nos credimus eſſe vacuū: nam latera celi cū finite diſtent, nō poſſunt capere intra ſe infinitū. Si autē extra celū eſſet infinitū, illđ cū nō poſſet eſſe pura materia, ſequit̃ ꝙ illic eſſent infinita entia naturalia: et ſic eſſent infiniti mundi: quod primo de celo ſcite redarguit Ariſto. ¶De infinita intentione qualitatis non eſt hic neceſſe verbum addere: nā qua ratione non poteſt eſſe corpus phyſicum naturaliter infinitum ſecundum quantitatem, nec poteſt habere infinitam qualitatem. De potentia vero ſupra naturalia quidnā dicendum ſit queſtio ſequens preſtabit.

¶ Ad primum igitur argumentum reſpondetur primo, ꝙ q̄uis infinitum nō ſit in actu, eſt tamen in potentia modo iam expoſito. Et preterea q̄q̄ infinitum non ſit poſſibile, hoc tamen non eſſe poſſibile, pertinet ad phyſicū oſtendere: nō vt ſciatur ſimpliciter: ſed vt ſciatur non eſſe poſſibile. Ea ratione qua ad phyſicū pertinet tractare de vacuo, quod nō eſt poſſibile. ¶Ad aliud rñdetur ꝙ infinitū cognoſcitur ꝑ ſuū poſitiuum: ſicut tenebre & cecitas cognoſcuntur per lumen & viſum. Eſt enim infinitum cuius preter numeratas partes ſemp eſt ſimiles alias numerare. ¶Ad confirmationem rñdetur ꝙ alia ratione pertinet ad mathematicū tractare de infinito (nēpe q2 eſt paſſio priuatiua quantitatis) et alia ad metaphyſicū (videlicet quaten⁹ infinitū dicit potentiam vel actum) nihilominus alia rōne etiam pertinet ad phyſicū: vt ait Ariſto.ſ. quia tractat de mobili et motu qui fit in tempore. Unde q2 hec omnia ſunt quāta, pertinet ad ipm̄ diſſerere an eorum quātitas poſſit eſſe infinita. Itaq; alij tractant de infinito, vt abſtrahit a materia et motu: phyſicus autem concernendo materiam et motū.

Ad. 2. prin. ¶Ad ſecundū principale optima eſt reſponſio Ariſto. quā ſupra textū. 57. expoſuimus: videlicet ꝙ vnicuiq; potentie cōuenit reduci ad actū eo modo quo illi cōuenit habere actū: et q2 infinitū non datur in permanentibus, ſed in ſucceſſiuis, potētia infiniti reducitur ad actum qui conſiſtit in fieri: non tamen ad actum completū: qui eſt actu habere infinitas partes. Et iſto modo generationes & tempus et motus, que ſunt infinitum in potentia, reducuntur ſucceſſiue ad actum: qui nunq̄ finitur. Et eodem modo partes cōtinui que ſunt entia in potentia plura per diuiſionem fiunt actu plura. nunq̄ tamen poſſunt eſſe actu ſeparate. Et ideo ratio infiniti eſt ratio imperfecti. ¶Sed tunc ad replicam negatur ꝙ partes ille continui poſſint actu eſſe ſeparate: alias continuum eſſet diuiſum in omnē ſuam partem, quod implicat contradictionem vt ſequenti queſtione videbitur. Eſſet enim tunc pars indiuiſibilis. Nec ignis quādo cōburit lignū diuidit illud in omnē ſuā partem: tū q2 combuſtio nō procedit ſigillatim per partes proportionales numerando vnam poſt aliam: tum etiā quia illa nō eſt proprie diuiſio: ſed cōſumptio per introductionē noue forme in precedentē materiā. ¶Ad alia vero inconuenientia reſpōdetur, ꝙ Ariſt. nō negaſſet tēpus trāſiſſe infinitū & pariter motum & circulationes celi: q2 incipiendo ab iſto inſtanti numerare tēpus preteritū ſemper vltra quālibet diem erit dare aliā diem: que eſt diffinitio infiniti (Ab eterno vero non potuit incipi numeratio, vt hic finiretur. Sed negat eſſe actu infinitū propterea ꝙ oēs ille partes non poſſunt eſſe ſimul. vt expreſſe ſubiungit tex. 58. Immo q̄uis daretur tempus eſſe accidens diſtinctum: et ꝙ deus poſſet illud conſeruare, repugnat tamen ꝙ formaliter illam ſucceſſionem tēporis & motus deus conſeruaret ſimul. Et idē eſt dicendū de gñationibus preteritis infinitis. Et eadem ratione nō negaret reſpectu copule de futuro ꝙ tempus infinitū erit etiā categorematice demonſtrando totū tēpus futurum: ſed negat eſſe actu infinitū ꝓpterea ꝙ incipiendo hinc numerare nunq̄ poſt hac ſignabit inſtans in quo verū ſit dicere infinitos dies eſſe trāſactos. Itaq; ad hoc quod hec ſit vera, infinitū tēpus erit, non requiritur ꝙ iſta de ineſſe ſit vera in aliquo inſtanti poſt hoc, tempus infinitum eſt tranſactū:) quod requirit vt ſit poſt hac infinitum in actu (ſed ſatis eſt ꝙ hec poſt hac ſit vera, infinitū tēpus eſt, ſi verbū vniat pro toto tēpore futuro, aut ſi vniens pro inſtanti denotet tūc eſſe aliquod inſtans cōtinuatiuū tēporis infiniti. Unde apud Ariſtotelē nō eſt idē ꝙ infiniti homines preceſſerint, aut ꝙ poſt hac infiniti erunt: et aliquando dentur infiniti in actū. ¶Ad aliud de animabus fateor difficillimū eſſe diuinare quid Ariſtote. reſpondiſſet. vnde vt ait. S. Tho. 2. contra genti. capi. 38. propter hoc argumentum Philoſophi ante lumen fidei in varios errores abierunt. De infinitis aīab⁹. Alij enim dixerunt humanas animas eſſe mortales. At quia Ariſtote. 1. de anima text. 65. et lib. 3. text. 20. et de generatione animalium. capi. 3. manifeſte ponit mentem eſſe perpetuam & ſeparabilem a corpore, tanq̄ perpetuum a corruptibili. Commentator captus eſt dementia illa vt affirmaret intellectum eſſe perpetuum, ac perinde vnum in omnibus hominibus, animas vero corrumpi. Quod certe bonū fuiſſet illi, ne nūc eius anima in inferno penas lueret: nō ſolum ꝙ ſarracenus fuit, ſed ꝙ iſto errore anſam chriſtianis etiam plurimis exhibuerit reuocandi in dubium animarū perpetuitatem. Alij (vt pytagorici) ponebant circulationē animarū, ita vt vna anima ſucceſſiue ſit in diuerſis corporibus: qua ratione finite ſufficerent hominibus infinitis. Alij vt Aui. & Algazelus (quorum opinionem refert. S. Tho. 1. p. q. 7. arti. 4.) dixerunt ſolū Ariſto. negare infinitam multitudinem cauſarū de per ſe: non tamen infinitam multitudinem rerū per accidens. Cauſe per ſe ſunt ille que ſunt eſſentialiter ſubordinate: quarum, ſi eſſent infinite, nulla eſſet prima: & per conſequens non eſſet poſſibilis actio: eo ꝙ cauſa prima eſt que debet omnes alias mouere. Anime vero infinite non eſſent eſſentialiter ſubordinate: ſed ſingule eſſent ſingulorum hominum forme. Sed profecto hoc eſt impoſſibile ſecundum Ariſtot. qui textu hic. 41. expreſſe negat numerū infinitū. Nec valet reſponſio ꝙ loquebatur ſolū de numero qui reſultat ex diuiſione quātitatis: nā ratio eius etiam cōprehēdit numerū rerū indiuiſibiliū. Ait enim ꝙ omnis numerus eſt numerabilis: & per cōſequēs habet primam & poſtremā vnitatē. Et reuera omnia incōuenientia, que queſtione ſequenti monſtrabimus inferri poſita infinitate rerū diuiſibiliū, ſequuntur etiam ex infinita multitudine animarum: preterq̄ ꝙ anime nō occupant locū. Unde. S. Tho. 1. p. q. 46. arti. 2. nihil reſpōdet ad Ariſto. ſed

ſed cum ſit allas tam eius diſcipulus, vt eum in hac parte deſerere: innuens, q̄ quis fuerit poſſibile de potentia dei abſoluta mundum fuiſſe ab eterno, nō tamē eſt poſſibile q̄ homines fuerint ab eterno: ſed q̄ angeli nūero finito, et celi et res perpetue fuiſſent ab eterno. De quo nos diſputabimus lib. 8. ¶ Sed ais quicquid ſit de natura rerum ſaltē ſupra naturaliter poſtq̄ nō repugnat mundum fuiſſe ab eterno. vt illic. S. Tho. et fere theologi cōfitentur, poſſet deus qualibet die produxiſſe vnā animā, vel vnū angelū: que cum ſua natura ſint entia perpetua, eſſent nūc infinita in actu. De hoc queſtione ſequēti diſputabit. ¶ Hec argumenta rem faciunt vehementer dubiā quid reſponderet Ariſt. quippe qui nō ſolū opinatus eſt mūdum fuiſſe ab eterno. vt lib. 8. videbimus: ſed q̄ ante omnem hominem fuit etiam homo. Et hoc eſt manifeſte neceſſarium ſecundū eius principia: nā ipſe (vt ceteri omnes Phyloſophi) ignorauit creationem. At enim lib. 1. adnotauimus, impoſſibile reputauit ex nihilo aliquid fieri: homines autem incipere non poterant, niſi daretur primus homo, aut primi homines in aliquo numero, qui quidem cum non potuiſſent ex ex prioribus alijs generari, debuiſſent fieri per creationem, aut ſicut in rei veritate factus eſt homo de limo terre: qđ Ariſt. nec ſuſpicari vnq̄ potuit. Et ideo ſuppoſito q̄ nō habuit opinionē Pythagore, nec Cōmentatoris, ineuitabiliter ſequitur qđ poſuiſſet infinitas animas mō exiſtentes, vbicunq̄ ille ſint. Nam cū non occupēt locū, vbicunq̄ eſſe poſſunt. Sicut concederet q̄ fuerūt infinite reuolutiones celi. Atqui illi qui Ariſtotelem habent pro deo, diſcruciāt ſe, vt reſpondeāt huic argumento: chriſtiani vero non eſt cur de hoc ſe tantum fatigent: nam eſt hoc magnū argumentum quod habemus cōtra Ariſt. ad probandum mundū non fuiſſe ab eterno: quoniā reuera creature eſſe non potuerūt, niſi per creationem: creatio autē neq̄ hominis neq̄ alicuius rei corruptibilis potuit fieri ab eterno vt relinqueretur ſue nature. Nā ſi ab eterno creatus eſſet equ[us] relictus ſue nature, debuiſſet durare tātum per tēpus finitum: et per cōſequēs ille equus etiā ab eterno fuiſſet mortuus. vt eſt manifeſtum: implicat tñ cōtradictionē q̄ ab eterno fuerit natus, et ab eterno mortuus, et tñ q̄ prius per viginti annos fuiſſet natus, q̄ mortuus. Si ergo nullus homo ex natura ſua potuit ab eterno creari, impoſſibile eſt ante omnē hominē fuiſſe hominē: vno autē impoſſibili dato, nimirū ſi aliud ſequatur. Atq̄ adeo id manifeſte cōcludit hoc argumentum, q̄ Ariſt. lumine naturali, quātocunq̄ fuerit preditus, pertingere exacte nō potuit ad rerū veritates oēs naturaliū. Et ideo q̄uis cōceſſiſſet infinitas aīas, nullū argumentū eſt ita eſſe: poſtq̄ illđ inferebat ex vno impoſſibili. Et forte hac de cā ita lubrice ꝛ ſub nubilo loquutus eſt de perpetuitate aīarū, q̄ videbat ſubſequi infinitas eſſe, nec videbat clare quomō producerent in corpore, ꝛ tñ nō educerent de potētia materie, qđ tamē erat neceſſariū, ſi erāt ꝑpetue: nā q̄ producerent per creationē ignorauit. Quo circa de intelligētijs: quia non ſequebantur eadē inconueniētia, palā enunciauit eſſe perpetuas, improducibiles et incorruptibiles: finitas tamē ꝛ non receptibiles in materia. ¶ Ad tertiū diſtinguitur q̄ angelus in infinitū excedat perfectionē hominis, aut homo perfectionem equi. Si enim intelligatur poſitiue et categorematice. ſ. q̄ excedat per aliquam latitudinem habentem infinitos gradus perfectionis, ſicuti infinita pedalia excederent vnam pedalitatē, id negatur: quia illo modo, ſolus deus eſſentialiter excedit omnē creaturā, idcirco, vt dicebamus in prima cōcluſione, q̄ eius eſſentia eſt illimitata et non coarctata ad aliquē certum gradum et perfectionem ſpecificam, ſed eſt eminenter omnia: aut q̄ excedat negatiue. ſ. q̄ ſpecies equi non poteſt attingere ad perfectionem hominis, nec ſpecies humana ad perfectionem angeli: ꝛ ſic conceditur: vnde tamen non ſequitur q̄ ſpecies angeli ſit infinita: ſed habent ſe in hoc ſpecies: ſicut numeri vt. 8. meta. tex. 10. docet Ariſt. ſpecies em̄ quinarij eſt finita, licet ſpēs quaternarij non poſſit attingere ad ſpeciē quinarij: q̄ huiuſmodi ſpecies cōſiſtūt in indiuiſibili: ꝛ ideo repugnat q̄ fiat eis additio in eadē ſpecie. Repugnat em̄ q̄ ſit homo eſſentialiter perfectiorme: alias non eſſet homo. ¶ Confirmatio tertij argumenti multis modis peccat. Primo vt dicebamus in predicabilibus, queſtione de ſpē, et lib. 1. huius queſtione. 2. falſum eſt q̄ inter hominem et animal ſit ſignabilis gradus medius eſſentialiter imperfectior homine et perfectior animali: ſed animal eſt proximum et immediatum eius genus: cū enim diffinitio hominis cōſtet ex animali et rationali, nō habet aliū gradū: niſi iſtos duos. Et ſecundo aſcendendo ſupra animal non proceditur in infinitum: ſed ſolū vſq̄ ad ſubſtantiam qđ expreſſe docet Ariſto. 8. meta. text. 10. vbi in hoc cōparat ſpecies numero (qui non diuidit in ſemper diuiſibilia, ſed ſiſtit in vnitatibus) ꝛ nō magnitudini que diuiditur in ſemper diuiſibilia videlicet qđ diffinitio ſpecifica non diuiditur in infinitum: ſed datur primum genus ꝛ vltima differētia. ¶ Et preterea quod modo mihi occurrit. Quāuis daretur latitudo media inter hominem et animal, et inter animal, et corpus, non ſe tamē haberent ſicut infiniti gradus perfectiōis equales et non communicantes, ſed ſicut diuiſio continui per partes proportionales. Itaq̄ inter hominem et ſubſtantiam eſt latitudo finita perfectionis procedens ab homine vſq̄ ad ſubſtantiā tanq̄ a certa latitudine perfectionis ad imperfectum: qđ ſe habet ſicut principiū talis perfectionis. i. ſicut vnitas eſt principium numeri. ¶ Ad quartum principale conceditur, q̄ ignis poteſt producere infinitos calores ſyncategorematice. i. non tot quin plures naturaliter poſito mundo perpetuo: hoc tamen non eſt infinitū in actu: ſed ſolū in potentia, vt expoſitū eſt. Quod ſi applicētur per miraculū infinita ſimul cōbuſtibilia, iam caſus non eſt naturalis: ſed hoc ſpectat ad queſtionem ſequentem, an deus poſſit facere infinita actu diuiſa. Illo tamen per impoſſibile dato, conceditur q̄ producerentur infiniti calores: ſicuti ſol, ſi applicarentur infiniti aeres actu diuiſi, ꝑduceret infinita lumina. Sed tamē inde nullū eſt argumentū ad ꝓbandū infinitā virtutem ignis. Ignis em̄ ſolum pōt producere calorem vt octo in quodcunq̄ paſſum. Quod autem ſint tot vel tot numero, hec eſt per accidēs ex parte materie. Immo illo etiā dato per impoſſibile, ignis in infinitum creſceret. vt lib. 1. q. 4. diſputatū eſt.

Ad. 3. pn.

Ad. 4. pn.

¶ Textu.



Textu. lxvj. Quocirca ignotum &c.

## ¶ Quæſtio quarta.

### VTRVM DE POTENTIA dei abſoluta poſsit fieri ſupra naturaliter infinitum in actu.

PRo parte affirmatiua arguitur. Quicquid non implicat contradictionē deus poteſt facere: infinitum eſſe non implicat cōtradictionem: ergo id poteſt a Deo fieri. Maior eſt nota ꝛ authoritate Luce. 1. nō eſt impoſſibile apud deū omne verbū: ꝛ ratione: q̄ repugnātia eſſe nō poſſet, niſi aut ex parte Dei: ꝛ hoc non cū ſit potētie infinite: aut ex parte effectus: qui tñ ſi non implicat cōtradictionē, nō habet repugnantiā, vt fiat. Minor autē probatur: q̄ poſito infinito, nulla poteſt inferri contradictio. ¶ Nihilominus ſecūdo probatur q̄ non implicet cōtradictionē: nā tota diſputatio in hoc puncto verſatur. In continuo ſunt infinite partes, vt Ariſto. cōcedit, dicens: q̄ eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Nec valet ſi dicat q̄ ſunt in potētia: ſiquidē illic ſunt actu exiſtētes in toto: ergo deus cognoſcit ſingulas diſtincte. Tūc ſic quicquid Deus cōſeruat per cauſas ſecūdas pōt ſe ſolo conſeruare: ſed ille partes ſuſtinentur per vnionem in toto: ergo poterit illas diuidere et ſeorſum conſeruare: quo facto erit infinitum in actu. ¶ Tertio principaliter argr̄. de linea gyratiua. Sit em̄ colūna pedaliter circularis, bipedalis autē lōgitudine, vt apparet in hac figura. Illic poſſumus cogitatiōe intelligere vnā partem digitalis latitudinis que circumeat primam partē proportionalem illius columne diuiſe proportione dupla: quequidem linea erit plus q̄ pedalis: ꝛ aliam partem continuam eiuſdem linee anguſtiorem, que gyret ſecundam partem proportionalem: et eadem ratione gyrentur omnes que ſunt infinite: quequidem linea in rei veritate exiſtit in illa columna, poſtq̄ eſt pars illius. Hoc intellecto patet illā lineā eſſe infinitam: quia quelibet pars illius linee ad minus erit pedalis poſtq̄ facit circulū pedalem: ꝛ ſunt infinite: ergo linea erit infinita. Quā nihil repugnat deum poſſe ſeparare a toto: et tunc erit actu infinita. ¶ Quartum argumentum eſt. In hora futura, que nunc incipit, ſunt infinite partes proportiōales, quas Deus diſtincte cognoſcit: ergo poterit in ſingulis ſingulos angelos creare. Qua ratione in fine hore erunt infiniti angeli. Et eadē ratione poteſt in qualibet parte creare ignē, vel lapidem pedalem ꝛ vnire precedenti: et hoc modo in fine hore erit ignis aut lapis infinitus: hec autem nullā implicant contradictionem: ergo. ¶ Quinto principaliter argr̄. Nihil repugnat vt in confeſſo eſt apud theologos mūdum fuiſſe ab eterno: quod ꝛ. S. Thom. 1. p. q. 46. affirmat: ergo nec repugnat deum in qualibet die creaſſe vnū angelum, vel animam: atq̄ adeo eſſent modo tot actu angeli quot fuerunt dies: dies autem vt ſuperiori. q. dicebamus, fuiſſent tunc infiniti: ergo angeli eſſent modo actu infiniti. ¶ Poſtremo arguitur. Virtus potentie attenditur ex obiecto: virtus enim calefactiua eſt, quia calefacit: et viſiua, quia videt: virtus autē dei eſt infinita: ergo poteſt producere obiectum infinitum. ¶ Hec et alia huiuſmodi argumenta fieri ſolent ad probādum poſſibilitatē infiniti ſupranaturaliter. ¶ In contrarium non poſſumus Ariſtotelem expreſſe citare, cum de ſupranaturalibus nihil nouit: nihilominus videtur in hoc textu preſenti inſinuare eſſe impoſſibile de quacunq̄ potentia: dicēs, q̄ infinitum non eſt cognoſcibile ſub ratione infiniti: quod autem non eſt cognoſcibile per nullam potentiam fieri poteſt. Item quia vt videbimus infinitum implicat contradictionem.



¶ Quæſtio hæc celebris eſt & perq̄ multis rationib[us] vtrinq̄ controuerſia: cū Philoſophis tum etiam theologis. Antiqui ſemper habuerūt pro comperto deū non poſſe facere infinitum: ſicut non poteſt facere chimeram, propter repugnātiam rei. Ita tenet. S. Tho. 1. q. 7. ꝛ. q. 46. licet illic ſolum de naturis rerum diſputet, negat tamē infinitatem animarū fuiſſe poſſibilem. Sed quol. 9. arti. 1. expreſſe negat ꝑ omnē potentiā fieri poſſe infinitū. Eandē opinionem tenet Scotus. 2. ſenten. d. 1. q. 3. Et Bonauent. 1. ſent. d. 43. Et eadem diſtinctione Durandus: qui licet non adeo frequenter ſolet fidem adhibere ſententijs. S. Tho. in hac tamen parte eum indubius ſequitur. Et Marſilius in. 1. q. 42. dicit hanc eſſe opinionem cōmunem: ꝛ eandem ſequitur: et ingenioſe certe eam corroborat licet plus inſiſtat de infinitate perfectiōis: de qua nihil hic intendimus dicere: quod enim queſtione precedēti diximus, abundat Philoſophis. Hanc vero opinionem repellunt nominales. Occhā quidem 2. d. 1. ſed inter oēs latiſſime Gregorius in. 1. d. 43. q. 4. nam Gabriel lib. 2. d. 1. q. 3. vtrāq̄ opinionem cēſet eſſe probabilem. ¶ Et q̄uis Gregorius tres concluſiones ſigillatim ponat ſcilicet q̄ poteſt Deus facere infinitū magnitudine, multitudine et intenſione qualitatis: tamen quia rationes germane ſunt et connexe, vnica cōcluſione reſpondetur ad queſtionem. ¶ Per nullam potentiam poſſibile eſt dari infinitum in actu: aut magnitudine, aut multitudine, aut intenſione. Terminus ſuperiori queſtione expoſitus eſt. Appellamus infinitum in actu, ſi ſit continuum, illud quod eſt ens permanens habens omnes ſuas partes ſimul: taliter, vt vni certe ſignate ſint in illo infinite equales non communicantes ꝛc. Infinita vero multitudo eſt collectio infinitorum entium ſeparatorum: ſed infinita intenſio qualitatis eſt, vbi ſunt infiniti gradus equales non communicantes ꝛc. ¶ At vero quia tota hec diſputatio in hoc poſita eſt, vt examinetur an implicet contradictionem infinitum eſſe, hoc primum omnium ſtabilire eſt operepreciū. Etenim et naturali, et fidei preſertim lumine, receptiſſimum eſt et ſolemne, omnipotentiam dei

Cōcluſio. principalis.

nullatenus terminari, ſed eſſe infinitam: infinitas vero in hoc conſiſtit, ꝙ omne factibile poſſit facere. Si autem aliquid nequit facere, non eſt ex defectu potentie, ſed quia illud ex natura ſua non eſt factibile, vt ꝙ chimera ſit, et ꝙ homo ſit irrationalis ⁊c. Attamen quid ſit factibile, hoc eſt ſub iudice. Ait theologorum ſchola id ipſum quodcunque eſſe factibile, quod non implicat contradictionem. Que quidem ſententia, niſi ſano ſenſu intellecta, profecto ſuſtineri non poteſt.

Implicare contradictionē.

¶Bifariam enim contingit aliquid implicare cõtradictionem. vno modo ꝙ intrinſece, expreſſe et formaliter infert duas contradictorias: vt ſiquis diceret orbem lune qui capitur intra orbē veneris eſſe illi equalē: aut cor hoīs eſſe equale toti hoī, ſequeretur expreſſa cõtradictio. Orbis em̃ veneris ꝯtinet intra ſe orbē lune: ergo eſt maior illo: et per ꝯñs non eſt equalis. Item totū eſt maius ſua parte, vt patet ex diffinitione totius: cor eſt pars hominis: ergo non eſt equale illi. Atqui ſi iſto modo intelligatur implicatio contradictionis, profecto manifeſtiſſime eſt falſum, quod quicquid non implicat contradictionem, Deus poſſit facere. Innumera enim concedimus, Deum non poſſe facere: ex quibus tamē non ſequit̃ huiuſmõi cõtradictio. In diuinis nanq; confitemur non poſſe filium generare alium filium: et tamen ex oppoſito non ſequitur manifeſta contradictio. Et negamus deum poſſe facere, hominem eſſe equum, ſecluſa vnione hypoſtatica, et tamen non ſequitur expreſſe, petrus eſt equus: ergo non eſt homo, nam poſſet aliquis dicere, quod licet natura id non poſſit, tamen deus poſſet facere vnum hominem, qui ſimul eſſet equus. Et negamus deum poſſe facere chimeram: et tamen illa creata certe nulla contradictio expreſſa ſequeretur: niſi quod eſſet vnū monſtrum conſtans ex partibus diuerſorum animalium. ¶Quin imo concedentes infinitum in quantitate, negãt poſſibile eſſe infinitum in perfectione: et tamen profecto non ſequitur manifeſta contradictio, ſi daretur eſſentia infinite perfecta. Quod enim aiunt tale infinitum continuo ſequi eſſe deum, reuera non ſequitur euidenter: nam vt dicebamus queſtione proxima, plus requiritur vt ſit Deus, quam vt ſit eſſentia infinita. Sufficeret enim ad eſſentiam infinitam, habere infinitos gradus perfectionis: licet dependeret ab alio. Alio modo accipitur implicare contradictionem, pro eo quod includit repugnantiam: ad quod ſufficit quod intellectus lumine naturali, quam primum id ꝓponat, diſſentiat et reſiliat: neque vllo modo adherere poſſit: quod enim lumini naturali intellectus repugnat, merito dicitur natura ſua repugnare. Et hoc modo verum eſt quod quicquid non implicat. i. non repugnat intellectui Deus poteſt facere. Atqui hic profecto eſt germanus ſenſus illius loci Luce. 2. non eſt impoſſibile apud deum omne verbum. Verbum enim illic tantum valet, quantum id quod poteſt mente concipi eſſe factibile: nõ em̃ põt facere hoīem eſſe irrationalē, aut chimerã eſſe: q2 ſuppoſitis naturis rerum ſcilicet ꝙ homo ſit animal rõnale: ſtatim intellect9 diſſentit, vt poſſit ſimul eſſe animal brutum. Et ſuppoſitis naturis diuerſorum animalium, renuit ꝙ poſſit eſſe mõſtrū diuerſorū naturas participãs.

¶ Hoc ſuppoſito profecto non eſt ita multum difficile perſuadere infinitum implicare contradictionem. At quia iſti, vt infinitū defendant, alia noua inconuenientia cumulãt, incipiam a diuiſione cõtinui: tametſi hoc lib. 6. ex profeſſo tractandum ſit. Et vt ſecundum argumentum propoſitum quod magnifacit Gregori9 in authorem ipſum reijciã, arguitur ſic. Si Deus poſſet facere infinitum, ſequeretur ꝙ poſſet illud etiam facere per diuiſionem continui in omnem ſuam partem, hoc tamen profecto non ſolum implicat contradictionem, ſecundo modo, ſed primo mõ: q2 facta quacunq; diuiſiõe ſi eſt pars illa adhuc eſt diuiſibilis. Nec valet ſolutio Gregorij ꝙ ſcilicet illa iã eſt actu diuiſa: nã cū cõtinuū nõ cõſtet ex indiuiſibilibus, quecũq; fiat diuiſio, fit in partes adhuc diuiſibiles: q̃lz naturaliter non poſſint eē p ſe ſub quacũq; parua quãtitate, tñ ſupernaturaliter poſſunt diuidi. Sz q2 hoc in. 6. explicatius habet examinari, ſupponat hic (id qđ nemo preter Gregorium dignus nomine Philoſophi negare poſſet) continuum non poſſe actu diuidi in omnem ſuam partem: alias (vt Phi. probe infert. 6. huius) ſequeretur, continuum componi ex indiuiſibilibus: quod implicat contradictionem: nam vnum indiuiſibile additum alteri non reddit maius.

Ad. 2. prin.

¶Unde ad ſecundum principale argumentum (nam ad primum in calce queſtionis reſpondebimus) omiſſis varijs reſponſis que dantur a diuerſis, conceditur Deum cognoſcere diſtincte infinitas partes continui: cognoſcit tamen eas ſicuti ſunt. i. cognoſcit eas actu componere totum, eſſeq; diuiſibiles in infinitum ſyncategorematice: non tamen cognoſcit omnes collectiue poſſe eſſe actu diuiſas. Quemadmodū cognoſcit quidem entia ex quibus fingitur componi chimera, non tamen cognoſcit illam eſſe poſſibilem. Et ideo non poteſt illam facere. ¶Sed, ecce validiſſimam replicam Gregorij. Quando dicitur ꝙ continuum habet partes in potentia, aut ly, potentia, determinat ly, habet: et tunc ſenſus eſſet ꝙ ſolum poteſt habere illas: quod eſt falſum (immo actu habet eas) aut determinat ly, partes, vt ſit ſenſus ꝙ ille partes non faciũt ſingule per ſe vnum, ſed omnes ſimul componunt vnum: ⁊ tunc (inquit) non eſt maior ratio ꝙ ſint iſto modo infinite facientes vnum, q̃ ſi eſſent actu ſeparate. ¶Damus nos illi ſecundū ſenſum. vt enim ſemel intelligatur quid eſt pars in potentia, explicamus, quod partes continui ſunt quidem actu partes: quia actu componunt: non tamen ſunt actu entia: quia ens ⁊ vnum conuertuntur: et ideo pars que non per ſe ſubſiſtit, non eſt ens, ſed entis ens.

Partes in potentia.

Eſt autem repugnantia quod ſint actu infinita entia, nulla eſt tamen quod ſint actu infinite partes in toto. Si enim illa fierent per diuiſionem continui in omnem ſuam partem, darentur partes continui indiuiſibiles vt dictum eſt. Si autem alio modo crearentur actu infinita ſimul per ſe ſubſiſtentia, ſequerentur incõmoda alia que iam mõ inferent. ¶Ad formã ergo argumẽti ꝯceditur, ꝙ quicquid Deus conſeruat per cauſas ſecũdas efficientes poteſt ſe ſolo cõſeruare. Quod autē nõ poſſit ſingulas partes continui actu diuidere, non eſt, q2 non poteſt ſupplere vicē cauſe efficiētis, ſz quia

repu-



repugnat intrinſece rationi quãtitatis eſſe diuiſam in omnē ſuã partem: eo ꝙ de rõne quãtitatis eſt eſſe diuiſibilē ⁊ de rõne partis eſt eſſe quantã: atq; adeo quantũcunq; detur minima diuiſa, reſtat adhuc diuiſibilis. ¶Similimodo peccat tertium principale argumentū, famoſe linee gyratiue: de qua tã ſe anxie affligunt multi: alijs dicentibus eſſe infinitã ſolū ſyncategorematice. i. non tantã quin maiorē, alijs minus male dicentibus ꝙ ſi infinita eſt linea gyratiua, linea gyratiua eſt infinita. i. ſi eſt infinita ſyncategorematice: eſt infinita categorematice: nam ſi non eſt tanta quin maior, eadē ratione concedendū eſt ꝙ vni pedalitati ſignate (quãta eſt groſſities colūne) habet infinitas equales. Nihilominus falſiſſimū eſt ꝙ ſit infinita in actu, aut categorematice, aut ſyncategorematice. Eſt enim ridiculū in phyſica ꝙ in corpore bipedali detur linea longior q̃ ſit totū: nam eiſdē punctis, quibus clauditur longitudo totius, clauditur lõgitudo cuiuſq; partis ipſius: Et irrideret Ariſt. ꝙ inter duo pũcta finite diſtantia, detur aliqua linea actu infinita. ¶Rñdetur ergo ad formã argumẽti, ꝙ q̃uis cogitatione poſſim9 imaginari talē lineã, tamē non eſt actu infinita: ſicuti neq; actu eſt ens per ſe. Quod ſi deus incipiat illã ſeparare a toto, erit ſemper tã lõga quãta erit pars ſeparata: nunq̃ tamē deus per ſuam omnipotentiã poterit totã ſeparare: ſicut nõ põt diuidere continuū in omnem ſuam partem. Et in hoc ſenſu conceditur ꝙ eſt infinita in potentia, ⁊ ſyncategorematice ſeparabilis: quantacunq; enim ſeparetur, poterit ſeparari maior: nõ tamē eſt potentia infinita categorematice: quoniã nõ eſt poſſibile, vt ſit ſeparata infinita: veluti continuum eſt in infinitū diuiſibile: nunq̃ tñ põt eſſe actu diuiſum in partes infinitas.

Maior.

¶Per hec itidē rñdetur ad argumentū Maioris qui. 4. ſent. d. xj. q. 2. cēſet poſſe infinitū fieri in actu multitudine, ſi ſacerdos intēderet cõſecrare ſolas partes pares hoſtie diuiſe proportione dupla: tũc em̃ cum in omnibus paribus erit corpus, in imparibus vero panis, fit vt partes ille panis ſint actu diuiſe: tametſi albedo ⁊ alie qualitates ſint cõtinue: ille nanq; non credit quantitatem diſtingui a re quanta. Quod ſi tenentes quantitatē diſtingui reſponderint manere illic oēs partes ſub eadem quantitate continua, ſaltem ſequitur ꝙ partes panis erunt infinite actu diuiſe ſecundū ſubſtãtiã. Et preterea arguitur, quia ſi hoc modo deus facere potuit vt diuideretur ſubſtantia, manifeſte ſequitur ꝙ potuerit ſimili modo corrūpere partes pares quãtitatis ⁊ ꝙ manerent impares. ¶Huic tñ argumento reſpondetur primo phyſice ꝙ petit principiū: nam ſi implicat cõtradictionem continuum eſſe diuiſum in omnem ſuã partem (quia tunc daretur pars indiuiſibilis) negatur poſſe deus cõferre talem virtutem verbis, vt poſſet illo modo inter calare partes proportionales. Et reuera ſi Philoſopho naturali nõ poſſet perſuaderi myſteriū euchariſtie aliter, q̃ vt ſimul hoc corollariū admitteret, ſatis profecto eſſet illi perſuaſu difficile. Preterea rñdetur more theologorū, ꝙ certe ſacerdos qui illo modo pretenderet conſecrare, ⁊ nullatenus conſecraret. ⁊ ſacrilegus proinde eſſet: conſecrari enim nõ põt materia, niſi ſit diſtincte preſens, vt poſſit demõſtrari pro nomine, hoc, qđ eſt in forma verborū: partes vero impares non poſſunt illo modo eſſe preſentes homini diſtincte et ſigillatim: ſiquidē ſunt infinite, nec alicui creature. Et q̃q; deo ſint preſentes, iam dictum eſt ꝙ deus non cognoſcit illas vt actu ſeparabiles: et ideo nec poſſet deus illo modo conſecrare: ſicut non poteſt diuidere continuum in quamlibet ſuam partem.

¶ Hinc ſumitur alterum argumentum aduerſus iſtos aſſertores infiniti, ꝙ profecto q̃uis vera eſſet opinio infiniti, fieri tamen nequiret modo quo ipſi concedunt. Caſus enim eorum frequētiſſimus eſt qui poſitus eſt in quarto argumento principali: nempe, ꝙ hora futura diuiſa per partes proportionales minoribus terminatis verſus finem, deus ꝓducat in qualibet parte vnū angelum, ⁊ ſic erit multitudo infinita, aut lapidem et continuet cum alio: et hac ratione erit magnitudo infinita. Huiuſmodi tamē caſus, preter poſitionem infiniti, non ſolum implicant, ſed certe explicãt manifeſtã contradictionem: nam ponũt ꝙ hora ſit numerabilis per quãlibet ſuã partē: quod eſt impoſſibile: ſicut ꝙ vnū continuum permanēs diuidatur in omnē ſuam partem. Et certe q̃uis deus poſſit facere alio modo infinitum, non poſſet tamē oēs partes proportionales hore numerare incipiendo a prima. Et hec eſt ratio Ariſt. hic textu. 41. vbi ſic arguit, omnis numerus eſt numerabilis: infinitum autē nno eſt numerabile: ergo non poteſt eſſe numerus infinitus. Et tex. 59. expreſſe ait, ꝙ ſiquis continuum aliqua certa proportione diuidat, nunq̃ illud pertranſibit. Nec põt intellectus aliud capere, niſi ꝙ ſi deus numeraret illo modo oēs, numeraret vltimam. Et ideo qua rõne nõ datur vltima, fit vt nec ſint oēs numerabiles. Nec valet cõſequētia in inſtãti terminatiuo hore tota tranſiuit, ⁊ quelibet eius pars: ergo potuerūt oēs numerari ſigillatim verſus illud inſtãs: ſicut nõ ſequitur, muſca potuit pertranſire totū pedale: ergo potuit trãſeūdo numerare ſigillatim oēs partes proportionales. Unde Gabriel loco citato: licet dicat probabilē eſſe poſitionē infiniti, non tñ perſiſtit in hoc quod fiat per partes proportionales hore.

Primum corolla.

¶Quocirca poſito iſto mõ infinito, non ſolū ſequũtur incõuenientia propria infiniti, ſed alia noua, ⁊ manifeſtiorē implicãtia cõtradictionem. ¶Quapropter vt plene reſpondeam9 quarto argumento, oſtendamus ſeptem argumentis quomodo implicat cõtradictionē infinitū factū per ptes ꝓportionales hore: ⁊ quinq; alijs quomodo repugnet ſimpliciter: vt omnia ſint numero duodecim. Primo ſi deus poſſet facere iſto modo infinitum, ſequeretur ꝙ etiam poſſet facere illud producendo pedalitates illas per omnia inſtantia hore (nã ſicut cognoſcit oēs partes proportionales, ita cognoſcit omnia inſtantia) taliter tamen vt nullum pretermittatur inſtans totius hore: quo nõ producatur vnū pedale ⁊ vniat precedenti. Nihil enim argumento refert inſtantia eſſe accidētia diſtincta, nec ne. Tũc ſequeret ꝙ illius infiniti ſecundū longitudinē nulla eſſet pars continua maior q̃ pedalis: quod profecto expreſſam dicit contradictionē. Sequela tamen probatur. Detur pars aliqua maior pedali, que ſit. v. g. bipedalis, ille due pedalitates fuerunt producte in duobus inſtãtibus diuerſis: et deus

 nouit

nouit que inſtantia erant illa: ſed nulla poſſunt eſſe inſtantia immediata, immo nulla, inter que non medient alia infinita: ergo inter productionem prime pedalitatis et ꝓductionem ſecunde, fuerunt alie infinite producte: et per cõſequens iſte nõ ſunt immediate vnite. Et pari mõ replicabitur de quibuſcũq; duabꝰ pedalitatibus quas dederis immediate cõtinuas. Propter argumentum hoc nullus credo admittet huiuſmõi productionem partiũ continui per omnia inſtãtia, nullum pretermittendo: ſed per partes proportionales: aut ꝑ inſtãtia incipiẽtia partiũ. vt ponit Gre-
2. Corol. gorius: que habent certũ ordinẽ. ¶ Tũc ſequitur ſecundũ corollariũ. ſ. ꝙ dabiť vltima pars, ꝛ non dabitur vltima pars proportionalis in cõtinuo. Negatiua ſupponiť ex natura cõtinui: ſed probať affirmatiua. Producat deus in prima parte proportionali hore vnum baculum pedale in manu mea, qđ ego pugno cõprehendam: in ſecũda parte proportionali excludat illud, ꝛ producat aliud continuum priori: quod quidẽ prius ꝓcedat verſus orientem: in tertia parte proportionali excludat ſecundũ, ꝛ ponat tertiũ cõtinuum cũ ſcđo. Et ita per totã horã. Itaq; in qualibet parte proportionali, pugno teneo ego vltimũ pedale. Tunc ſequiť ꝙ in fine: ego habebo aliqđ pedale in manu: nec oppoſitũ poteſt quis aſſentire. Primo, quia nullũ fuit productũ niſi in manu, nec aliqđ fuit inde excluſum, niſi ad poſitionẽ alterius. Et preterea, quia illud infinitum tendens verſus orientem terminatur in manu mea, quia verſus occidentem nõ eſt infinitũ: ꝛ nõ poterit locus alius ſignari, vbi termineť. Quod ſi in fine hore deť aliquod in manu, reuera illđ erit vltimũ. Certe non video quõ quis poſſit hic cõtradictionem ſubterfugere. ſ. ꝙ detur vltima pars, ꝛ nõ detur vltima pars proportionalis hore. Item eſt mirabile ꝙ in inſtanti terminatiuo illius hore verũ ſit dicere, immediate ante hac hoc corpus fuit finitũ: et in nullo inſtãti fuit addita pars, niſi finita: et tñ
3. Corol. mõ eſt infinitũ. ¶ Sed tertiũ corollariũ eſt, ꝙ poſſet deꝰ ꝓducto vno infinito ſcđm quid, puta qđ ſit infinite longũ verſus orientẽ, terminatum hic Salmantice, pedalr latũ, et pedalr profundum. Poſſet inq; ex illo infinito, nihil prorſus addẽdo, facere vnũ infinitũ ſimpliciter verſus omnẽ differentiã poſitionis. Probatur ſequela. Volo ꝙ in prima parte proportionali hore, deus ponat ſecundã pedalitatem illius infiniti ſuper primam: et in ſecunda parte proportionali ponat tertiam et quartam pedalitates ad latus illarum correſpõdenter: ꝛ in tertia parte capiat quatuor alias pedalitates ꝛ apponat prioribus retro verſus occidentẽ, vt fiat corpus vndiq; quadratum, et cubum ex octo pedalitatibus. Et ita per oẽs partes proportionales augeat illud corpus ſub figura quadrata verſus omnẽ differentiã poſitiõis, ſurſum et deorſum, ante et retro, dextrorſum ꝛ ſiniſtrorſum: nullam partem creando: ſed taliter vt nihil addatur corpori cubo, niſi quod demitur a corpore infinite longo. Tũc manifeſtum eſt ꝙ in inſtanti terminatiuo hore illud corpus erit infinitum ſimpliciter cũ infinities fuerit facta equalis additio quaq; verſus. Et preterea, quia ſi negetur reſtare ſimpliciter finitum, ſignari non poterit cuius nã ſit quantitatis: ꝛ tñ factũ eſt ex vno infinito ſcđm quid. Qđ profecto intellectus quis capit, nec putat eſſe contradictionẽ, neſcio quõ nõ capiat eſſe poſſibile, hoiem eſſe equũ. ¶ Atqui preterea ſequitur ꝙ in illo inſtãti terminatiuo verum erit dicere. Immediate ante hac corpꝰ hoc erat vndiq; quadratũ: et in nullo inſtanti additũ eſt illi quicq̃, niſi ſub figura quadrata: et tamen modo non eſt quadratũ: quia infinitũ nullã poteſt habere figurã. ¶ Quartũ corollariũ eſt. Dato 4. Corol.
illo ſecundũ quid verſus orientẽ infinito, hic terminato, pedalis latitudinis ꝛ profunditatis, poſſet deus infinities infinita ab illo tollere, taliter tamẽ, vt ſemper maneret infinitũ. Probť. Volo ꝙ deus in prima parte proportionali hore auferat ab illo infinito omnes pedalitates impares. ſ. primam, tertiam, quintã ꝛc. pares autẽ vniat: iam aufert vnũ infinitũ, ꝛ manet aliud. In ſecũda parte proportionali hore itidẽ diuiſo illo infinito per pedalitates auferat impares, et vniat pares. Et ita faciat per omnes partes proportionales hore: que ſunt infinite. Tunc in inſtanti terminatiuo hore abſtulit ab illo infinito, infinities infinitum, et ſemper manet infinitũ. Eſt mirabile ꝙ in ſingulis partibus proportionabilibus vnius hore deus non producat, niſi vnam pedalitatem, quando productum fuit illud infinitum ſecundũ quid: ꝛ tamen poſtea in qualibet hora auferat ab illo infinities infinitum, ꝛ hoc faciat per infinitũ tempus: et tamẽ nõ poſſit hauriri illud infinitũ. Hoc quidem non contradictionẽ, ſed demẽtiam (niſi verbo ad eſſet inuidia) appellarem. ¶ Scio equidem Solutionẽ iſtorũ fore, hec eſſe corollaria que ſequuntur ex infinito: et ideo non eſſe inconueniẽtia. Ac ſi poſitio infiniti eſſet articulus fidei, vt quicquid inde ſequatur ſub pena inferni ſit concedendum. Quinimo profecto ſi ex articulis noſtre fidei ſimilia abſurda aduerſus nos colligerent infideles, grauiſſime et periculoſiſſime periclitareť fides: cũ tñ iſti, vt leuiculam opinionem defendant, nihili faciũt hec concedere.
¶ Quintũ corollariũ eſt. Dato vno corpore circu 5. Corol.
lari pedali, poſſet ꝑ partes proportionales hore ſemper illud circulariter deus augere circũponendo pedalẽ groſſitiẽ in qualibet. Quo dato ſubſequiť ꝙ in inſtãti terminatiuo hore verũ erit dicere. Immediate ante hac, hoc corpus fuit circulare: ꝛ in nullo inſtanti quicq̃ eſt additũ, niſi circulariter: ꝛ tamen modo nõ eſt circulare. Itẽ tunc linee que exibant a centro ſingule a ſe inuicem in infinitũ diſtabunt. Nã quanto plus elongantur a centro, tãto magis diſtant, vt in precedenti queſtione dictũ eſt: ꝛ cũ diducantur linee in infinitum ſecundũ hanc opinionẽ, ſeqniť ꝙ darentur infinite linee quarum ſingule a ſingulis in infinitum diſtant. ¶ Sextũ corollariũ eſt. Da- 6. Corol.
tis duabus colũnis pedaliter diſtãtibus, ſi deus per partes proportionales ꝓduceret infinitũ lignũ, inter illas in qualibet parte proportionali hore interponendo vnã pedalitatem inter colũnas: quarũ altera verſus orientẽ, altera verſus occidentẽ moueret, dareť infinitũ inter duo puncta. Quod ſi dicas nõ eſſe incõueniens, q2 ille colũne in infinitũ diſtabunt. Arguitur cõtra ꝙ non ſit poſſibile duas res finitas in infinitum diſtare. Deus diſtincte cognoſcit loca illa vbi ſunt ille colũne, quandoquidem diſtincte cognoſcit intuitiue colũnas ipſas. Tunc ſic. Aut intelligit vltra illa loca alia eſſe imaginaria loca adhuc lõgius
diſtan



diſtãtia: ꝛ tũc nõ cognoſceret colũnas illas in infinitũ diſtare. Si autẽ dicať ꝙ deus nõ cognoſcit alia loca imaginaria verſus orientẽ et occidentẽ vltra illas colũnas, hoc ꝑfecto videť intellectu difficile, immo impoſſibile: nã cũ colũna illa que eſt verſus orientẽ ſit corpus finitũ, neceſſe eſt vt deus videat eã eſſe in loco finito pedali: ꝛ per cõſequens circunquaq; deus intelligeret locũ imaginariũ extra illã: atq; adeo verſus orientẽ nõ diſtãt in infinitũ: ſed poterit adhuc eã pellere vlterius. Mirabile. n. eſt profecto ꝙ deꝰ videat colũnã in aliquo certo loco ꝛ nõ poſſit eam depellere quocũq; velit. Intelligẽti relinquimꝰ rẽ aĩaduer-
7. Corol. tendã. ¶ Septimũ corollariũ poſſet huc accerſiri ex lib. noſtro. 3. ſummul. Sequereť em̃ ſcđm hanc opinionẽ ꝙ eadẽ rõne, poſſet deus in prima parte proportionali hore ꝓducere vnum angelũ, et eũdẽ in ſecũda parte ãnihilare: ꝛ rurſus in tertia parte reproducere ꝛc: ita ꝑ totã horã in partibꝰ imparibꝰ ꝓducere ꝛ in imparibꝰ annihilare. Quo dato ſequiť (vt loco citato dicebamꝰ) ꝙ ille angelus in fine hore erit ꝛ nõ erit (ſupponiť. n. ꝙ in inſtãti extrinſeco terminatiuo hore, nec ꝓducatur de nouo, nec annihileť). Probať ſequela: nã des vtrã partẽ malueris. Si dicas ꝙ erit: ergo in vltima parte ꝓportionali fuit ꝓductus, quã neceſſe eſt dicere fuiſſe imparem. At vero nulla dabiť poſtrema impar, quã non ſequať alia par in qua fuit annihilatus: ergo in fine manet annihilatꝰ. Qđ ſi dederis ꝙ non erit, eadem arte probabo ꝙ erit: nã poſt qualꝫ parẽ in qua fuit ãnihilatꝰ, fuit alia impar in qua fuit productus. Reuera argumentũ, vel deducit rñdentẽ ad metãnõloqui: vel quãcunq; dederit partẽ cõtradictionis, cogit eũ alteram ſimul concedere. ¶ Exiſtimo ad quartum argumentũ principale, ſatis eſſe reſponſum: nempe ꝙ producere infinitum per partes proportionales hore, non ſolum repugnat rationi infiniti, ſed ex modo producendi infert peiora adhuc et abſurdiora inconuenientia.

¶ At quia fautores infiniti faltem affirmabũt deũ poſſe producere infinita entia in eodem inſtãti actu ſeparata, non per diuiſionẽ cõtinui, nec per partes proportionales hore: ꝛ pari modo vnam magnitudinẽ infinitam: inferam inde alia corollaria, quibus oſtẽditur eſſe etiam hoc impoſſibile. Sit ergo octauũ corolla-
8. Corol. riũ, argũ qđ ipſe ꝯtra ſe facit Gregoriꝰ. Sequereť ꝙ vel pars non eſſet minor ſuo toto, vel ꝙ nõ quecũq; ſunt equalia vni tertio ſunt equalia inter ſe, vel ꝙ vnum infinitum eſſet maius alio, quorum neutrum eſt pars alterius. Et faciam prius argumentum in quantitate diſcreta, vt ipſe facit. Sit infinita multitudo lapidum hinc a Salmantica verſus orientem, ꝛ infinita etiam hinc verſus occidentem: quarum prima vocetur. a. ſecunda. b: et. c. ſit pars multitudinis. a. que quidem pars incipit a Pariſijs verſus orientem. Item ꝙ. a. excedat. c. per totã multitudinẽ que eſt hinc vſq; pariſios. Tũc arguitur ſic. a. multitudo eſt equalis. b. q2 vtraq; eſt infinita, ꝛ neutra eſt pars alterius: ꝛ eadem ratione. c. eſt equalis. b. ergo. a. ꝛ. c. inter ſe ſunt equalia. Si negas aliquam partem antecedentis, das duo infinita quorum neutrum eſt pars alterius non eſſe equalia. Si negas conſequentiam, das ꝙ non quecunq; ſunt equalia vni tertio, ſunt equalia inter ſe. Si vero concedis antecedens ꝛ conſequentiam, ſequitur ꝙ nõ omne totum eſt maius ſua parte: nam. a. eſt totũ reſpectu. c. ¶ Reſpondet Grego. ꝙ idem argumentum, poſſet fieri de duobus continuis et de medietate alterius eorum, datis enim duobus bipedalibꝰ a. ꝛ. b: tot ſunt partes adequate in. a, quot in. b: et tot etiam in. c, que eſt medietas. a. quot ſunt in. b. et per conſequens tot ſunt in. c. quot ſunt in. a. licet. a. ſit totum ꝛ. c. pars. Eodem modo nihil incõuenit dicere ad argumentum, tot eſſe lapides in. c. infinito, quot ſunt in. a. Miror autem quomodo ſit contentus hac ſolutione: aut qua ratione potuit adduci vt concederet tot eſſe lapides in. c. quot in. a: cũ ad oculum conſtet lapides qui ſunt hinc vſq; pariſios, eſſe in. a. ꝛ nõ in. c. ꝛ illinc vtrũq; eſſe infinitum verſus orientem. Nec profecto eſt par ratio de partibus proportionalibus continui que ſunt illic in põtẽtia, ꝛ de partibus equalibus multitudinis infinite, que ſunt per ſe ſubſiſtentes. Nã quia nulla eſt tam parua pars, quin ſit diuiſibilis in infinitas, nihil inconuenit tot eſſe ꝑtes numero in medietate quot in toto: minores tamen. At ꝙ partes equales in magnitudine tot ſint in parte, quot in toto, intellectus capere non poteſt. ¶ Quod ſi in quantitate continua fiat argumentũ, inconueniens erit manifeſtiſſimũ. Sit em̃ linea. a. hinc infinita verſus orientem, et pars eius a pariſijs verſus orientẽ ſit. c: linea vero infinita hinc verſus occidentẽ ſit. b. ꝛ fiat argumentũ: a. linea eſt equaliter lõga. b: et. c. eſt equaliter longa eidẽ. b. ergo. a. ꝛ. c. ſunt equalia in longitudine. Dicere autẽ ꝙ pars ſcđm longitudinẽ ſit equaliter lõga ſuo toti, expreſſiſſima eſt cõtradictio. Nec locus relinquitur fugiendi ad nume-
rum partiũ proportionaliũ cõtinui. ¶ Nonum co- 9. Corol.
rollariũ eſt. Sequereť ꝙ datis duabꝰ lineis quarum. a. eſt longior q̃. b. per ſolũ motum localem, ſine noua quantitatis additione, b. fieret lõgior q̃. a. Patet: Si. a. inciperet hinc Salmantica ꝛ eſſet verſus orientẽ infinita. b. vero inciperet a pariſijs: manifeſtũ eſt ꝙ. a. ſit longior q̃. b. ꝛ tñ ſi manentibus fixis his punctis Salmantice et Pariſijs, deus moueret illas, vt partes tendentes in in orientem verterenť verſus occidentem: tunc illa linea terminata pariſijs, eſſet longior q̃ hec que terminatur Salmantice. Non ignoro quin Ariſtote. admiſſo per impoſſibile infinito verſus orientẽ non cõcederet ꝙ per aliquã potentiam illud extremũ verſus oriẽtem (quod nullũ eſt) poſſet circulariter moueri verſus occidentẽ. Sed tamen iſti id nõ poſſent negare. nã poſſet deus manente prima pedalitate hic fixa Salmantice: in prima parte proportionali hore abſcindere ſecũdam pedalitatẽ que eſt verſus orientẽ ꝛ vnire retro prime verſus occidentem, ꝛ in ſcđa parte proportionali hore vnire ſecundã pedalitatẽ eodẽ modo: ꝛ ita per totã horã, linea que erat infinita verſus oriẽtem, fiet infinita verſus occidentem. Quod ſi idẽ fiat de illa que terminatur pariſijs, concluditur totum corollarium. ¶ Decimum co-
rollarium egregium certe eſt. Si deus poſſet pro 10. Corol.
ducere infinitos homines, producat eos. v. g. ordinatos hinc verſus orientẽ: quorũ ſinguli ſingulos preciſe habeãt pileos. Sequereť ꝙ poſſet deꝰ auferre ab iſtis infinitos pileos, immo infinities infinitos, ꝛ tñ quilꝫ maneret cũ ſuo pileo. Proba-
tur.

tur. Volo ꝙ auferat oēs pileos hoīm pariū, puta ſecūdi: quarti ⁊c. manētibus imparibus: et tū tertius det pileū ſuū ſecūdo, et alij duo impares. ſ. quintus et ſeptimus dent pileos ſuos tertio et quarto, et alij quatuor impares. ſ. nonus et tres ſequētes dent pileos ſuos hoībus quinto, ſexto, ſeptimo, ⁊ octauo, ⁊ poſtea octo īpares dēt ſuos pileos octo ſubſequentibus hominibus vſq; ad ſextū decimū: ⁊ ita fiat per oēs partes proportionales hore. Tunc demū in fine ſublati erūt infiniti, ⁊ quilꝫ manebit cū pileo. Atqui eadē arte poterit deus vti in infinitis hoīs, aut in mille, vel decies cētenis millibus, vt ſemper auferēdo infinitos pileos relinquat ſingulis ſingulos. ¶ Atqui pōt alio mō verti corollariū. Datis illis hominibus cū ſingulis pileis, poſſet deus nullū prorſus pileum addendo facere vt quilib et habeat infinitos. Probat, in prima parte proportionali hore oēs impares, puta tertius et quintus ⁊c. (qui ſunt infiniti) dentur primo homini: in ſecūda parte proportionali ex alijs reſtantibus oēs etiā impares intercalariter, puta tertius quiſq; (q̄ etiā erunt infiniti) idētur ſcdō homini: ⁊ in tertia parte proportionali ex reſiduis tertius etiam quiſq; detur tertio homini. Qđ ſi idē fiat p oēs ptes proportionales hore, in inſtanti terminatiuo quilibet habebit infinitos. Nec refert hoc fiat per partes proportionales hore: an ſimul id faciat deus in eodē inſtanti. Fateor corollaria ridicula ſunt: ſed eſſet etiam ridiculus, qui, vt poſitionem infiniti defenderet, iſta concederet. ¶ Eadem proportiōe ſequitur ꝙ ſi ſinguli illi homines infiniti haberent ſingulos preciſe aureos, poſſent ex illis vnuſquiſq; tantū diteſcere quantū vellent. Exēpli gratia. Si illos infinitos aureos conijcerent in vnū cumulū: ⁊ poſtea quilibet reſumeret centum, profecto omnibus ſufficeret cumulus: nā tot ſunt in cumulo centenarij, quot ſunt hoīs. Et ſi rurſus facerent cumulū, ⁊ quilibet vellet accipere decies centena milia, abunde itidem haberēt in cumulo, vnde poſſent extrahere. Quod ſi rurſus facerent cumulū, ⁊ vnuſquiſq; parce acciperet vnū tm̄ aureū: exhaurirēt totū cumulū, perinde ac ſi quicunq; acciperet decies cētena millia. Si hec nō eſt cōtradictio, neſcio quam exiſtiment iſti eſſe contradictionē. ¶ Undecimū corollariū poſſet eſſe illud qđ tetigimus lib. 3. Sūmularū. Datis eīm infinitis angelis, vel deus pōt plures alios pducere vel nō: ſi nō, potentia dei eſſet exhauſta: qđ impoſſibile eē loco citato (vt reor) oſtēdimus: nā cū potētia dei ex ſe ſit illimitata, ⁊ creatio rerū nō ponat aliquā materiā que poſſet exhauriri per creationem fit vt quotcūq; rebus creatis infinitis et infinitiē infinitis, nulla pōt reddi cauſa cur deus non poſſit pducere plures. Nā reddere p cauſa deū iā produxiſſe quotquot potuit: eſt petitio principij: hoc eīm oſtēdit argumentum. ſ. ꝙ poſtq; nō eſt repugnantia ex parte cauſe efficientis, nec ex parte materie, quotquot dentur creature non ſunt cauſa vt nō poſſint plures produci. Sed de hoc illic copioſius dictū eſt in materia modaliū lect. 2. Si autē dicatur ꝙ datis infinitis angelis adhuc deus pōt producere plures, ſequitur ꝙ vna multitudine ſimpliciter infinita poteſt dari alia maior: quod rationi infiniti repugnat. At enim data magnitudine ſimpliciter infinita cōtradictio eſt poſſe eſſe maiorem, ita datis infinitis hominibus qui ſint ſimpliciter infiniti, videtur impoſſibile poſſe eſſe plures: nā qua ratione poſſet deus infinite multitudini addere vnitatē, poſſet etiam infinite magnitudini addere nouā partem: quod eſt repugnans niſi illa ſe penetraret cum alijs. ¶ Sed quicquid ſit de infinita multitudine rerū indiuiſibilium, arguitur ꝙ deus non poſſit producere infinitos homines ſaltem relictos ſue nature. Sequeretur eīm ꝙ quelibet pars cum qualibet parte ſe penetrarent in eodē loco. Probatur ſequela. Illi infiniti hoīes habebunt infinitos oculos: infiniti autem oculi dextri replebūt oēm locū imaginariū. Immo infinita grana milij, aut īfinite formice. Si ergo oculi dextri omnē locū imaginariū replent: neceſſe eſt vt ſiniſtri ſe penetrent cū dextris: ⁊ cū nō ſit maior ratio de vno q̄ de alio, ſequit ꝙ quilꝫ penetrat cū quolꝫ: ⁊ eadē rōne lingua et manus et pes penetrant cū ſingulis alijs mēbris. Et vt euidētius argm̄ appareat, creet deus pus infinitos oculos: pfecto tūc nō poterit creare īfinitas linguas, niſi penetrādo linguas cum oculis, ꝙ ſi poſtea creet pedes, debēt penetrari cū alijs mēbris: ergo eadē rōne ſi creet infinitos hoīes, oīa mēbra debēt ſe inuicē penetrare. Quare nō poterit deus infinitos hoīes creare relinquēdo illos in ſuis naturalibus: nā penetratio illa eſt ſupranaturalis. ¶ Quinimo nullā multitudinem rerū diuiſibilium actu ſeparatarū poterit deus creare quin ſingule partes cū ſingulis ſe penetrent. Nam creet. v. g. infinita grana milij: et arguit ſic, ſi creaſſet infinitas medietates illorum granorū ille occupaſſent totum infinitum locū imaginarium: ergo non poſſet alias medietates creare, niſi penetrando illas cū prioribus. ¶ Et cōfirmatur; quia ſi creatis infinitis granis integris deus annihilaret medietates illorū, medietates que ſupereſſent replerent tantū locū, quantū grana integra: ⁊ ſi ex medietatibus reliquis adhuc corrumperet medietates ſingular, adhuc ille quarte partes replerent tantundē locū: ſiquidē ſunt infinita entia equalia ergo quando erāt infinita grana integra, ſingule partes ſe penetrabant cū ſingulis: ſicut eſt corpus chriſti in ſacramēto. Pudet certe plura huiuſmodi monſtra multiplicare. Iſta duo argumenta vltima colligimus ex intentione Ariſt. hic tex. 43. vbi pro cōperto habet non poſſe mixtum cōponi ex pluribus elementis ſimplicibus quorū quodlibet ſit infinitū: nā vnū illorum replebit totū locū imaginariū: ⁊ per conſequens non relinquet alijs locū. Eodē enim mō colligimꝰ nos, ꝙ ſi datis ſingulis particulis ſingulorū granorū milij aut hominū, ille replerent omnē locū imaginarium, fit vt integra ipſa tota, infinita numero eſſe non poſſent, niſi per partiū penetrationem. ¶ De qualitate infinite intenſa non opus eſt nouum argumentum addere, quia ſi fiat intēſio per additionē gradus ad gradū (vt iſti dicunt) eiſdē ferme argumētis redarguitur, que facta ſunt aduerſus infinitā quātitatē: nam intenſio nihil aliud eſt q̄ quantitas intenſionis. ¶ Sed aduerſus infinitā virtutē motiuā (quā etiā ponūt poſſibilē creari a Deo) a priori eſt argumētum, ꝙ virtus motiua eſt tanta quanta eſt perfectio rei: ⁊ ideo ſi nō pōt dari creatura infinita ſecundū eſſentiā, nec pōt dari infinita ſecundū virtutē. Sed tū a poſteriori format duodecimū et po-





ſtremum argumentum. Detur verbi gratia intelligentia infinite virtutis que moueat celum, ſit q; nunc celum quieſcens vt centrum ſolis ſit in oriente: et incipiat illud nunc mouere per vltimum non eſſe. Arguitur ꝙ ſit implicatio contradictionis ipſum moueri infinita virtute. Primo, ſi intelligentia mouet infinita virtute, immediate poſt hoc erit facta perfecta circulatio (quia ſi tardabit per tempus, non mouebitur infinite velociter) rurſus: ergo immediate poſt hoc centrū ſolis erit in eodem puncto in quo nunc eſt. Tunc ſequitur bene. Omnia puncta celi erunt immediate poſt hoc in eiſdem punctis loci in quibus modo ſunt: ergo nec mouetur, nec incipit moueri: ſed perfecte quieſcit. ¶ Item ſi infinita velocitate mouetur circulariter, ſequitur primo ꝙ immediate poſt hoc erunt facte infinite circulationes: nam qua ratione erit vna, erunt plures: et qua ratione erunt plures, erunt infinite: hoc tamen profecto neſcio quis intellectus capiat: nēpe ꝙ immediate poſt hoc erunt facte infinite, et tamen ordine certo vna poſt aliam, immo infinities infinite et vniformiter. Et ſecundo ſequitur, ꝙ nunq̄ quieſcet: ſed primo impulſu illius intelligētie mouebitur celum infinito tempore: quia non poteſt ſignari tempus quādo quieſcet. ¶ Et quo perſpicatius fiat argumentum in motu recto, ſit exempli gratia machina bellica, vt catapulta, que ignito ſulphure iactet globum infinita velocitate. Et arguit ſic. Aut globus ille quieſcet aliquādo, aut nunq̄ quieſcet. Si primū: queritur vbi quieſcit aut quando: nec poterit profecto ſignari locus, aut tempus quietis. Si nunq̄ quieſcit: ergo infinito tempore mouebitur: ⁊ per conſequens non mouebitur infinita velocitate: nam infinita velocitas videtur eſſe illa que tempore finito pertranſit infinitum ſpaciū. Et ſic ſemper eſt contradictio. Eo vel maxime ꝙ communi animi conceptioni repugnat, mobile infinita velocitate infinito tempore (⁊ preſertim in directū) moueri vt infinities infinita ſpacia directe tranſeundo nunq̄ ceſſet. ¶ Item: quia vel trāſiuit per medium, vel non: ꝙ autem corpus moueatur ab extremo ad extremum, ⁊ non per medium, rationi motus repugnat, vt lib. ſequenti videbimus. Si autem tranſibit per medium: ergo immediate poſt hoc erit in loco pedaliter diſtanti et in loco decupedaliter, in alio ⁊ cētupedaliter diſtāti: qđ certe fieri nequit, niſi ſimul in eodā inſtāti ſit in multis locis: id quod, per virtutem ſaltē creatam, impoſſibile eſt fieri. Quod ſi deus ſimul poneret eandem rem in pluribus locis, non moueretur per illa. Nec valet ſolutio, ꝙ ſicut immediate poſt hoc ante quodlibet inſtans erunt infinita inſtantia infinitarum partium proportionalium hore: (licet nulla duo inſtantia erunt ſimul) ita immediate poſt hoc illud mobile erit in infinitis locis, licet nunq̄ erit ſimul in pluribus. Nō inq̄ ſatiſfacit ſolutio: nam alia ratio eſt de partibus proportionalibus hore que ſunt minores, et minores verſꝰ nos, nec poſſunt numerari, ⁊ aliud eſt de locis certis: ⁊ equalibus ſpatijs diſtātibus vt poſſit eadem res immediate poſt hoc eſſe in omnibus, quin ſit ſimul in illis. ¶ At metuo ne dū infinitum redarguo, redargutionem ipſam in infinitum producam. Libuit autem nenijs iſtis tātiſper ludere, vt portēta que infinitum velut chimera illa fabuloſa parit: in medium proferrem.

¶ Ad primum igitur argumentum, conceſſa maiori ſcilicet ꝙ quicquid non implicat contradictionem modo illo ſecundo expoſito deus poſſit facere: negatur tamen ꝙ infinitum non implicet illo modo contradictionem. vt prefatis rationibus oſtenſum eſt. Simili nanq; argumento, tenentur authores cōtrarie opinionis reſpondere. Negant enim poſſe creari creaturam infinite perfectionis. Contra quos, ſi arguatur ꝙ creet deus in parte proportionali hore creaturam alicuius perfectionis, ⁊ in fine creaturam duple perfectionis, et in tertia creaturam triple perfectionis: et ſic conſequenter vt in fine hore detur creatura infinite pfecta. Reſpondent ꝙ repugnat creature, vt ſit infinite perfecta. Et data infinita magnitudine dicunt ꝙ deus nō poterit illam augere, quia repugnat nature infiniti augmentū. Pari modo nos dicimus ꝙ repugnat nature rerum eſſe infinitum in actu ſecūdum extenſionem, aut numerum. Et reuera multo nos magis dignificamus omnipotentiam dei q̄ qui aſſerunt infinitum: nam illi, dato infinito, concedunt aliquod eſſe ens quod deus augere non poteſt, nec mouere: ⁊ ꝙ dantur due colūne adeo diſtantes, vt deus nō poſſit amplius ſeparare. Nos autem dicimus nullam eſſe poſſibilem rerū multitudinem, aut magnitudinem, aut diſtantiam quin deus poſſit illam augere ⁊c. ¶ Quod ſi vrgeas vnde prouenit iſta infiniti repugnantia. Diuus thomas quol. 9. articu. 1. citat quoſdam dicētes repugnantiam eſſe, quia dato infinito illud eſſet infinite perfectum ſecundū eſſentiam: quod repugnat rationi creature. vt queſtiōe proxima dicebamus. Illud verūtamen non ſequitur: nam licet eſſet lapis infinite magnitudinis, non eſſet eſſentialiter perfectior q̄ eſſet lapis pedalis: nec equus infinite magnitudinis eſſet tā perfectus q̄ homo: nec eſſet eſſentialiter pfectior q̄ eſt modo. Ob idq; reſpondet repugnantiam eſſe ex natura quantitatis. vt enim nature hominis intrinſece repugnat eſſe irrationalem, ita ratione quātitatis ſiue continue, ſiue diſcrete (etiam ſi ſit numerus indiuiſibilium) repugnat eſſe infinitam in actu, vt preter authoritatem Ariſtote. in hoc lib. ſupra factis argumentis monſtratum eſt.

Ad primū pncipale.

Repugnātia infiniti.

¶ Secundum, tertium, ⁊ quartum argumenta ſoluta ſunt. ¶ Ad quintum vero quod omnium preſſius vrget. Nonnulli ex thomiſtis, admiſſo caſu ꝙ in quolibet die Deus crearet vnam animā eāq; conſeruaret, negant tamen, hinc ſequi fuiſſe infinitas: quia dies nō fuerunt infiniti: alias non fuiſſent pertranſacti: nam infinitum pertranſiri non poteſt. vt docet in hoc lib. Ariſto. text. 56. Et hanc putant eſſe mentem. S. Tho. prima. p. q. 46. articu. 2. ad. 6. argumentum. At reuera admiſſo caſu eternitatis mundi, et ꝙ in quolibet die fuerit vnus angelus creatus ⁊ conſeruatus, aut vna anima, negari non poſſet, quin fuerint infinite: quia nec Ariſto. nec. S. Tho. negauit in illo caſu fuiſſe infinitos dies preteritos: ſed ſolum negauerunt ꝙ non fuiſſent infiniti dies ſigillatim numerati inter duo extrema: puta inter principiū ⁊ finem: quia ſi hinc incipias numerare, venire nō poteſt ad vltimum in preteritū: et ab eterno non poteris ſumere principium numerādi. ¶ Et ideo

Ad. 5. argumētū.

reſpondetur, ꝙ licet fuerit poſſibile mundū fuiſſe ab eterno, tamen non potuit qualibet die creari vna anima et conſeruari. Et repugnantia ſolū eſt (vt probe inquit Scotus. 2. ſen. diſtin. 1. q. 3.) ex parte obiecti: quia infinita multitudo non eſt factibilis vt ſupra oſtenſum eſt. Ob idq; ea ratione qua deus in vna die vel in vno inſtanti non poteſt producere infinita, non poteſt illa producere in infinitis diebus preteritis. Secus autē eſt de infinitis diebus, aut infinitis circulationibus celi: nam illa non ſunt infinita entia in actu: ſed vnus continuus motus: qui ſuppoſita eternitate mundi, non habuiſſet principium. ¶ Ad poſtremum principale argumentum. Reſpondetur, ꝙ potentia infinita dei non attenditur penes hoc ꝙ poſſit infinitū producere, ſicut nec penes hoc ꝙ poſſit producere, hominem irrationalem, aut chimeram: ſed penes hoc ꝙ poſſit producere omne poſſibile. Poteſt nanq; infinitas res ⁊ mūdos ſyncategorematice producere. i. nō tot quin plures. Et quantum ad modum producendi poteſt res producere ex nihilo independenter a materia. Poteſtq; corruptum reproducere: atq; adeo homines reſuſcitare ⁊ participes ſue beatitudinis in eternum efficere.

¶ Finis tertij Phyſicorum.



# Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper quartum Phyſicorum Ariſtotelis Quæſtiones.

Tex. xlj. Quare continentis terminus &c.

## Quæſtio prima.

VTRVM DIFFINITIO loci eiuſq; conditiones recte ſint a philoſopho conſtitutæ.

LIbri huius quarti diſputatio (vt in volumine cōmētorum adnotauimus) in cōſideratione triplici poſita eſt: nēpe loci, vacui, atq; temporis. Unde prima hec queſtio quatuor priora capitula textus vſq; ad diffinitionem loci examinabit. Arguit ergo primo pro parte negatiua queſtionis, aduerſus primam propoſitionem Ariſt. qua aſſerit, ad phyſicum pertinere diſputationē loci. Locum eſſe (vt inquit Commen.) eſt per ſe notum: ergo nulla ſciētia opus habet, id perſuadere. ¶ Et confir. Si aliqua ſcientia deberet de loco diſſerere, id proprie cōueniret mathematice, locus enim nihil aliud dicit, ꝙ̄ ſuperficiē corporis de gn̄e quātitatis, corpus aliud ambientē, vt abſtrahit a ſenſibilib⁹ qualitatibus, ⁊ ab actione ⁊ paſſione: ſed (vt lib. 2. c. 2. dictum eſt) mathematicus eſt, qui tractat de quātite abſtrahendo a ſenſu ⁊ motu (de quibus proprie cōſiderat phyſicus) ergo negotium loci mathematico potius incumbit, ꝙ̄ phyſico. ¶ Secūdo principaliter arguitur. Locus nihil eſt poſitiuum: ergo queſtio preſupponit falſum. (Probat aſ̄s, q2 maxime eſſet ſuperficies vltima cōtinentis (vt ait Ariſt.) ſ3 ꝙ̄uis deus corrūperet aerē circunſtantē Salmāticā, in eodē prorſus cēſeret manere loco, quo eſt modo: ⁊ ꝙ̄uis corrūperetur aer, ego poſſem ambulare mutādo loca: ergo loc⁹ ex natura ſua nō dicit aliquid poſitiuum. ¶ Et cōfir. Si locus eſſet ſuperficies cōtinentis, id eſſet preſertim propter illā rōnem phi tex. 3. q2 in eodē loco, in quo modo eſt vnum locatum, ſuccedit aliud: ſed hoc eſt falſum: ergo. Probatur minor: q2 qn̄ ego deambulans muto locū, in illo loco vnde exeo, nō manet locus in actu, cum non maneat locatū diſtinctū a loco: ſed aer continuus rareſit, ⁊ replet locum. ¶ Tertio principaliter arguit. Si locus eſſet ſuperficies, ſequeretur, ꝙ locus non diuideret in ſurſum ⁊ deorſum tanq̄ in duas eius ſpecies: cuius tamen cōtrarium ait Phi. tex. 4. dicens illas dr̄ias poſitionis eſſe partes loci. ſ. ſubiectiuas. (Probatur ſeq̄la: nam ſupficies eſt de gn̄e quātitatis: ſurſum vero ⁊ deorſum ſunt de gn̄e relationis: cōſtat aūt, ꝙ genus ⁊ ſpecies debēt eſſe eiuſdem linee predicamentalis. ¶ Quarto principaliter arguitur. Si locus eſſet ſuperficies, ſequeretur, ꝙ eſſet in p̄dicamento quātitatis (vt Ariſt. in eodē predicamēto docet) ꝯn̄s eſt falſum, q2 loc⁹ vl̄ eſſe in p̄dicamento, vbi, vt nomē inſinuat: eadem tamen res ſ̄m eandē rationē ad diuerſa predicamenta pertinere non poteſt. ¶ Quinto p̄ncipaliter arguitur. Si loc⁹ eſſet ſuperficies, ſequeret, ꝙ loc⁹ nō eſſet immobilis: ꝯn̄s eſt ꝯtra Ariſt. ergo ſibi ipſe repugnat. Probat ſequela. Supficies corporis continentis mouet ad motū ipſius corporis. Exēpli gratia, ſupficies aeris continentis Salmāticam re vera nō eſt eadem que fuit ante decem annos: nam aer cōtinuo corrūpitur, et nouus generat. Si ergo talis ſuperficies eſt locus, ſequitur, ꝙ Salmantica non eſt in eodem loco, ⁊ per conſequens eſt mutata localiter: quod eſt falſum. Idem apparet de ſtipite arboris fixe ſubtus aquam, cuius ſuperficies aque circunſtantis ſemper mutatur, ⁊ per conſequens ſi illa ſuperficies eſſet locus arboris, locus eſſet mobilis. ¶ Et confirmatur. Si locus eſſet ſuperficies continētis, ſequeretur ꝙ dum lignum mouetur in aqua fluuij, aut homo in naui non mutaret locum, quia manet in eadem ſuperficie: cōſequēs tamen eſt falſum: quia mouetur: ⁊ moueri idem eſt quod locum mutare. ¶ Sexto principaliter arguitur cōtra illam proprietatem loci tex. 3. ⁊ text. 33. que eſt, locum eſſe equalem locato. Locus intra ſe continet locatum: ergo eſt maior locato: in corporibus enim intelligi non poteſt quomodo cruſta auellane intra ſe cōtineat auellanā, quin ſit ſ̄m aliquam dimēſionem maior auellana. Et confir. Si locus eſſet equalis locato: id maxime eſſet ſ̄m ſuperficiem concauam loci ⁊ conuexam locati: ꝯn̄s eſt falſum: ergo ⁊ aſ̄s. Probatur minor: nam alias ſequeretur ſuper idē centrū poſſe deſcribi duos equales circulos: quia ille due ſuperficies deſcribuntur ſuper idem centrum locati: conſequens tamen contradicit maxime cuidam mathematicorum dicentiū circa idem centrū impoſſibile eſſe, duos eq̄les circulos deſcribi. ¶ In contrarium tamen eſt authoritas Ariſt.

¶ Quæſtionē hanc in duos articulos partimur. In primo textū pro more in concluſiones colligimus: in altero diffinitionem loci explicamus. Initium autē queſtionis inde cōgrue capere videbimur, ſi premiſerimus diſtinctionē illā loci, quā ſuper text. 5. ſubnotauimus. ſane que totius queſtionis fundamentum ac baſis eſt. Cū enim locus ſit ſuperficies corporis cōtinētis intra ſe aliud corpus, fit, vt queādmodū corpus vno mō accipitur mathematice (vt tātū dicit quātitatē) ⁊ alio modo phyſice vt dicit compoſitum alicuius certe nature: ita locus vno mō accipit ſimpl'r pro ſupficie ambiēte aliud corp⁹ trine dimenſionis, abſtrahendo a quacūq; qualitate naturali conſeruatiua locati: alio mō accipitur pro loco naturali: nempe vt ſupponit pro ſuperficie cōtinente, cōnotando formam ⁊ pro- Locus dupliciter.

 prietatē

pꝛietatem naturalem conſeruatiuã locati. Exem
pli gratia, ſupficies aeris me circũdantis, ſiue lo
cus ſit mihi ſalubꝛis, ſiue nociuꝰ, ſiue in illo ſim
naturl'r, ſiue violẽter, eo ſolũ ꝙ ambit quantita
tem meã, eſt mihi locus: cũ hoc tñ requireret ad
locum naturalem, vt me apte natura ego ꝯſerua
rer in illo propter q̃litates loci mihi ꝯuenientes:
ſiue in quantũ ſum graue, ſiue in quantũ animal.
Cõcauũ em̃ lune dupliciter eſt locus ignis: nã qꝛ
ipſum adequate ambit eſt ſimpliciter locus: ⁊ qꝛ
naturaliter cõſeruat, eſt locus naturalis. Ideoq̃
dicendũ de cẽtro mũdi reſpectu terre. Neq; ele
mentis mõ, verũ ⁊ mixtis, inquãtum mixta ſunt,
conueniũt loca pꝛopꝛia. Uinum em̃ conſeruatur
in vaſe ligneo, potiꝰ q̃ in vitreo: ⁊ in cauernis ter
re, potius q̃ ſuper aere: ⁊ locꝰ pꝛopꝛie patrie eſt
cuicunq; ſuapte natura ſalubꝛis. Unde ſignifica
tio hec duplex loci equiuoca eſt. ¶ Hac ſuppoſi
ta diſtinctione, textus quatuoꝛ capitulorũ, ſum
1. Conclu. matur nouem concluſionibus. Pꝛima eſt in tex
tu ſtatim pꝛimo. Neceſſe eſt naturalem phũm de
loco tractare. Hanc pꝛobat quatuoꝛ rationibus,
quas in cõmentis expoſitas dedimus: vĩz, quia
quicquid eſt, eſt in loco: ⁊ qꝛ quicquid mouetur,
mutat locum, in quo ſuccedit aliud locatum: ⁊ qꝛ
multe ſunt dubitationes loci: ⁊ qꝛ ab antiq̃s par
Ad. 1. pꝛin. aut nihil dictũ eſt de loco. ¶ Ad ad pꝛimum argm̃
pñcipale rñdet Cõmentatoꝛ, ꝙ q̃uis locum eſſe
ſit per ſe notum, ⁊ per ꝯñs non ſit demõſtrabile:
nihilominus dialectice ⁊ pꝛobabiliter tractan
dũ eſt de loco, pꝛopter ambiguitates que de eiꝰ
natura ſunt. Addiderim tñ ꝙ locum eſſe, ſaltem
pꝛopꝛium cuicũq; rei, non eſt tam per ſe notum,
q̃ eſt motum eſſe: nam res aliquas moueri, ocu
lata experientia cõſtat, ea vero que ſunt in aere,
in loco eſſe, nõ eſt ita manifeſtũ: immo vulgꝰ exi
ſtimat medium inter terrã ⁊ celum vacuum eſſe,
qñ non ſunt nubes, aut flantes vẽti. Unde Ariſt.
ex motu docet venari locũ eſſe, tanq̃ rem occul
tam per aliã euidentẽ: vt patet hic tex. 3. ¶ Ubiq;
neceſſe habet phus non ſolum oſtẽdere quid eſt
locus, ſed etiã (pꝛo tyꝛonibus) locum eſſe: tãetſi
hoc apud ſapientes ſupponatur tanq̃ pꝛincipiũ
phyſicum. ¶ Ad confirmationem. Rñdetur ꝙ ſer
monẽ de loco naturali manifeſtũ eſt ſpectare ad
phyſicum: ſed ⁊ conſideratio quoq; loci ſimplici
ter dicti, potiꝰ ad ipſum q̃ ad mathematicũ per
tinet: mathematicus em̃ vt tractat de quantita
te abſtrahendo a ſenſu, ita ⁊ abſtrahendo a mo
tu. Phyſicus autem: quia tractat de motu loca
li, qui fit per mutationẽ loci, habet ſubinde tra
ctare de loco. Et hec fuit ſecunda ratio Ariſtote.

2. Conclu. ¶ Secunda concluſio in textu. 3.

locus eſt aliquid poſitiuum. Hanc ponit aduer
ſus vulgares, ⁊ nõnullos etiã antiq̃s phos
credẽtes res que mouent in aere, moueri in va
cuo. Quã pꝛobat tribꝰ rationibus. Pꝛima ſumit
ex ſucceſſione coꝛpoꝛũ in eodem loco, ſicut in ea
dem materia ſuccedũt diuerſe foꝛme: ⁊ hoc pꝛo
cedit de loco ſimpliciter ⁊ mathematice dicto.
Secunda ex motu naturali grauium ad ſua cu
iuſq; pꝛopꝛia loca: ⁊ hec pꝛocedit de loco natura
li. Tertia ex authoꝛitate ipſoꝛum etiã ponẽtium
vacuum. Aiunt enim ꝙ vacuũ eſt locus aptus re
pleri. Quibus verbis fatentur locũ eſſe aliquid
poſitiuũ. Rationes iſte abũde in cõmentis expo
ſite ſunt. ¶ Unde ad ſecundũ pꝛincipale negatur, Ad ſcdm.
locum nihil eſſe poſitiuum: ⁊ ad pꝛobationẽ rñ
detur. ꝙ dempto quocũq; circũſtanti, ſi res ma
nerent in vacuo, non manerent pꝛopꝛie in loco:
nam, eſſe in, dicit eſſe in aliquo poſitiue: ſed tamẽ
quia res ille manerent in eadem diſtantia ad cẽ
trum ⁊ ad polum, dicuntur manere in eodẽ loco
imaginario. Ariſto. vero qꝛ caſum reputauit im
poſſibilem, diffiniuit locum verũ, quem ait eſſe
aliquid poſitiuum. ¶ Ad cõfirmationem rñdetur
argumento Ariſto. ſatis eſſe ꝙ particulariter ali
quãdo vñ exit vnũ locatum, maneat locꝰ in actu
repletꝰ alio locato: vt patet de dolio, vñ exit aq̃,
qđ repleť aere. Et ſi immediate vñ ego exeo, itra
ret aliud coꝛpus, eadem ſuperficies aeris mane
ret locus in actu, continens aliud locatum. Si tñ
non ſuccedat aliud coꝛpus niſi aer, ille cõtinuať,
⁊ ꝑ ꝯñs nõ manet locus in actu diuiſus a locato.

¶ Tertia concluſio eſt in tex. 4. 3. Conclu.

ſurſum ⁊ deoꝛſum, ⁊ alie differẽtie poſitiõis ſunt
partes loci. Hec cõcluſio (vt cõmento. 5. expoſui
mus) aliter intelligiť de loco ſimpliciter dicto:
aliterq; de loco naturali. In loco em̃ pꝛimo mo
do, vt dicit ſuperficiẽ ambientẽ trinam dimenſio
nem quantitatis, nõ eſt ſurſum nec deoꝛſum, niſi
reſpectiue in oꝛdine ad nos: qꝛ, quantũ, vt abſtra
hit a certa ſpecie rei naturalis, non vendicat ſibi
locum ſurſum potius q̃ deoꝛſum: ſed tectum, qđ
eſt ſuper caput noſtrum, eſt ſurſum: ⁊ pauimen
tum deoꝛſum. Locus tamen naturalis eſt genꝰ,
habens ſub ſe ſpecies, ſurſum, ⁊, deoꝛſum. Quas
appellat partes loci: qꝛ ſpecies ſunt partes ſub
iectiue in quas diuiditur genus: aliam enim ſpe
ciem loci naturalis vendicat ſibi ignis ⁊ aliã ter
ra. ¶ Ex quo ſequiť, ꝙ ſi ſurſum ⁊ deoꝛſum ſolũ di
cãt locũ ſimpl'r, nõ opponunť, niſi relatiue reſpe
ctu noſtri, vt illic expoſitum eſt. Quare ille locꝰ
qui modo eſt ſurſum, ſi nos aſcendamus ſupꝛa il
lum, erit deoꝛſum. Et eadem pars erecte colum
ne, que dum eſt ad caput noſtrum, eſt ſurſum, ſi
vertatur, erit deoꝛſum. Si autem ſint differentie
loci naturalis, opponuntur cõtrarie: ſicuti alie
ſpecies vnius generis. Surſum enim eſt conca
uum lune, ⁊ deoꝛſum, centrũ terre. Que quidẽ lo
ca ratione diuerſarũ naturarum ⁊ qualitatũ ad
cõſeruandũ diuerſa elementa, ſunt contraria. Et
de talibꝰ locis ſubdit Phi. in tex. 7. ꝙ loci eſt que
dam mirabilis potentia. ¶ Alie vero differentie
Alie dfie poſitiõis. poſitionis, ante ⁊ retro, dextrum ⁊ ſiniſtrũ, vt pla
cet Paulo Ueneto, non ſunt diuerſe ſpecies loci:
qꝛ nullum coꝛpus mouetur naturaliter dextroꝛ
ſum, aut ſiniſtroꝛſum: ſed ſurſum aut deoꝛſum: et
ideo ſunt (inquit) differentie poſitionis non re
ſpectu totius locati: ſed quo ad ſitum partiũ eiꝰ.
At vero foꝛte Ariſt. poſuit illas ſpecies loci pꝛo
pterea ꝙ, vt. 2. de celo eſt videre, oꝛiens dicitur
ſimpliciter ⁊ abſolute dextrum, ⁊ nõ ſolum reſpe
ctiue, ⁊ angulus medie diei qui eſt ſupꝛa nos di
citur, ante: ⁊ angulus medie noctis, retro: ſed de
hoc alias. ¶ Igitur ad tertium argumentum ne Ad tertiũ.
gatur, ſurſum ⁊ deoꝛſum non eſſe ſpecies loci na
turalis. Et ad pꝛobationem reſpondetur. ꝙ locꝰ
naturalis non ſolum dicit ſuperficiem, ſed ſup
ponit pꝛo illa, connotando certas pꝛopꝛietates
conſeruatiuas locati. Neq; ſurſum ⁊ deoꝛſum ſo
lum dicunt reſpectus: ſed ſurſum quidem eſt lo
cus



cus conſeruatiuus leuium: deoꝛſum vero eſt lo
Ad confir mationẽ. cus conſeruatiuus grauium. ¶ Ad confirmatio
nem reſpondetur ex ſupꝛadictis, ꝙ locus natu
ralis non dicit ſolum ſuperficiem continentem,
vt locus mathematicus, ſed virtutem pꝛeterea
conſeruatiuam. Et quia illa virtus conſeruatiua
terre, licet ſit in toto ſpacio, quod eſt intra conca
uitatem aque ⁊ aeris pꝛo illa parte, vbi terra eſt
diſcooperta, tamen perfectiſſime eſt in centro,
pꝛopterea terra mouetur ad centrum. Eadem ra
tione licet locus naturalis aeris ſit ſpacium con
tentum inter concauum ignis ⁊ cõuexum aque,
tamen quia virtus conſeruatiua eſt in medio il
lius ſpacij, pꝛopterea aer moueretur ad illud me
dium: tametſi hoc non ſit adeo certum, quia foꝛ
ſan virtus conſeruatiua ignis, perfectiſſime eſt
pꝛope ſuperficiem concauam lune: ⁊ idem poſſu
mus dicere de aere, ſed de hoc alias.

4. Conclu. ¶ Quarta concluſio eſt in textu

8. Locus non eſt coꝛpus. Ubi adnotandum eſt,
quinq; recitari opiniones a Phi. de re, que eſt lo
cus: quarũ q̃tuoꝛ repꝛobat, ⁊ quintã eligit. Poſ
ſet. n. quibuſdã videri, locũ eſſe coꝛpꝰ, pꝛopterea
ꝙ cũ nihil ſit in loco, niſi coꝛpus habens trinã di
menſionẽ, ⁊ locus debeat eſſe equalis locato, vť
ꝙ locus ipſe debeat habere tres dimenſiones.
Pꝛobat aũt Ariſto. locum non eſſe coꝛpus: nã cũ
locus debeat eſſe eq̃lis locato, ⁊ locꝰ ⁊ locatũ de
beãt eſſe ſimul, ſi coꝛpꝰ eſſet locꝰ, deberet coextẽ
di ſimul cũ locato penetratiue: alias nõ poſſet eſ
ſe ſimul cũ illo ⁊ equale. Peccabat ergo ratio il
loꝛũ (vt tex. 47. rñdet Ariſt.) qꝛ credebãt locũ de
bere eſſe eq̃lem locato penetratiue ſm trinã di
mẽſionẽ: ⁊ tñ nõ ſunt eq̃lia, niſi ſm ſuperficies: cõ
cauã loci, ⁊ cõuexã locati. ¶ Reliquũ pꝛimi capi
tis cõtinet ſex rationes, quibus arguiť nõ eſſe lo
5. Conclu. cũ: quas in cõmentis explicuimus. ¶ Quinta cõ
cluſio eſt in textu. 17. Locus nec materia eſt, nec
foꝛma locati, nec aliquod eius accidens. Erant
em̃ qui palogizabant, foꝛmã eſſe locũ, eo ꝙ locus
cõtinet locatũ, ⁊ foꝛma cõtinet materiam dando
illi eſſe. Erant pꝛeterea, qui putabãt, locũ eſſe ma
teriam, pꝛopterea ꝙ locus recipit locatũ, ⁊, reci
pere, vť ꝓpꝛium eſſe materie. Cõtra quos arguit
Ariſt. ꝙ cũ materia ⁊ foꝛma ſint partes locati, ⁊ ꝑ
ꝯñs mouenť ad motũ locati: locꝰ aũt cum nõ mo
ueatur ad motũ locati, fit, vt locꝰ nec materia ſit,
nec foꝛma, ſꝫ aliq̃d ſubiecto diſtinctũ a locato, ⁊
a q̃libet eiꝰ parte ⁊ accidẽte. Peccabãt ĝ, ꝙ locꝰ
nõ cõtinet locatũ, ſicut foꝛma materiã: q̃ cõtinet
eã tãq̃ intrinſecꝰ terminus rei naturalis, nec recipit,
ſicut materia, foꝛmã: q̃ eſt intrinſecũ ſuſceptiuũ
rei: ſed cõtinet locatũ tanq̃ extrinſecus eius ter
minus: recipitq; illud extrinſece ad modum va
ſis. Et hoc modo diluit Ariſtot. eoꝛum rationes
6. Conclu. text. 38. Reliqua vide in commentarijs. ¶ Sexta
concluſio eſt in text. 28. Octo modis aliquid eſt
in alio. Ex qua infert, ꝙ nihil eſt in ſeipſo. Hanc
concluſionem cum ſuo coꝛollario abunde in cõ
mentarijs expoſuimus. ¶ A text. 30. vſq; ad. 35. po
nit Ariſt. quatuoꝛ ſuppoſitiones, ⁊ quinq; docu
7. Conclu. menta, que illic ſatis expoſita ſunt. ¶ Septima cõ
cluſio eſt in text. 36. Locus non eſt ſpacium. i. di
menſiones intercepte intra concauum continẽ
tis, a locato diſtincte. Hanc concluſionem textu
ſequẽti duabus rationibus pꝛobat. Pꝛima quia
alias cuiuſcunq; locati eſſent infinita actu lo
ca infinitarum partium. Item quia alias loci eſ
ſet locus. i. locꝰ ſimul cũ locato moueretur ad locũ.
Opinionẽ iſtam haſq; rationes, q̃q̃ obſcuras,
in cõmentis tamen pꝛo virili expoſitas reliqui
mus. ¶ Octaua concluſio in text. 41. eſt loci diffi 8. Conclu. Diffinitio
nitio. Locus eſt terminus continentis immobi loci.
lis pꝛimus. Hanc colligit a ſufficienti diuiſione
hoc modo. Locꝰ aut eſt coꝛpus, aut materia, aut
foꝛma, aut ſpacium, aut vltimus terminus con
tinentis: non aliquid pꝛioꝛũ quatuoꝛ: ergo quin
tum. Ponitur ergo pꝛima particula. ſ. terminus
continentis loco generis, immobilis, ad diffe
rentiam vaſis, pꝛimus, ad differentiam loci com
munis, vt in cõmento expoſitum eſt.

¶ At vero ad maiorem rei eui- Articul. 2.

dentiam circa ſingulas particulas mouentur in
hoc. 2. arti. dubia ſingula. Pꝛimũ, circa pꝛimã du
bitatur, que nã res ſit locus: nempe cuius pꝛedi
camẽti. Hec enim pꝛima eſſe debet cuiuſcũq; rei
cognitio: ſit ne ſubſtantia, quantitas, aut quali
tas, an relatio? Ad cuius intellectum ſupponen Locꝰ equi uoce dř.
dum eſt in pꝛimis, ꝙ locus (vt ait Commentatoꝛ
cõmen. 2.) multis modis equiuoce diciť. Pꝛimo
enim poſſumus diſtinguere, ꝙ locus accipitur
vno modo pꝛo loco ſubſtantiarũ ſpiritualium, et
alio modo pꝛo loco coꝛpoꝛũ habentiũ quantita
tem: alia. n. ratione angelus dicitur eſſe in loco,
⁊ alia coꝛpus (vt queſtiõe ſequẽti videbitur.) Et
adhuc ſecundo modo accipit dupliciter: vno mo
do pꝛo loco in potentia, ⁊ alio modo pꝛo loco in
actu. Locus enim in actu (vt tex. 34. ait Ariſt.) eſt
ſuperficies vltima cõtinẽtis, vltima inq̃ in actu
. i. actu terminans ⁊ diuidens locans a locato: lo
cus autem in potentia poteſt dici vna pars conti
nui reſpectu alterius: ſicuti humerus põt dici lo
cus bꝛachij, tanq̃ ſupficies cõtinuãs humerũ cũ
bꝛachio. Que quidẽ acceptio ad ſequẽtẽ itidem
queſtionẽ pertinet: in qua de diuerſis modis exi
ſtẽdi in loco, diſputaturi ſumꝰ. Loquimur ergo
in hac q̃ſtione dũtaxat de loco in actu coꝛpoꝛum
diuiſibiliũ: de hoc em̃ pꝛeciſe intelligiť diffinitio
loci. ¶ Hoc ſuppoſito pter quatuoꝛ illas antiquo
rum opiniones aſſerentiũ locum eſſe, aut coꝛpus
Quatuoꝛ opiniões. cõtinẽs, aut materiã, aut foꝛmã locati, aut dimẽ
ſiones ⁊ ſpatiũ interceptum inter latera locãtis:
q̃s abunde Ariſt. repꝛobauit, vt in cõmentis ex
poſitũ eſt: ſunt inter iunioꝛes due alie opiniones
quoꝛundam realium: ⁊ tertia opinio nominaliũ,
⁊ quarta que cenſetur eſſe Ariſto. Sunt enim qui
diſtinguũt locũ accipi vno mõ ſimpliciter (vt ſu
pꝛa diximus) pꝛo tẽo continentis. i. circũſcriben
tis locatũ, ⁊ iſto modo ſupponit pꝛo ſuperficie, q̃
eſt de pꝛedicamẽto quãtitatis. Secũdo mõ acci
piť ꝑ loco naturali, ⁊ ſic dicũt ꝙ ſupponit pꝛo vir
tute cõſeruatiua, que eſt de ꝑdicamẽto q̃litatis.
Alij itidẽ diſtinguũt, ꝙ locꝰ accipiť vno mõ mate
rialiter, ſeu pꝛo ſubſtrato (vt reales loquũtur) et
iſto mõ eſt res abſoluta. ſ. ſuperficies vltima cõti
nẽtis: ⁊ alio mõ accipiť foꝛmaliter, ſeu pꝛo per ſe
ſignificato: ⁊ iſto mõ dicunt accipi pꝛo reſpectu:
locus enim dicit duplicem reſpectum, quem ſta
tim explicabimus. Hanc opinionem videtur ſibi
elicere Scotiſte ex ſuo doctoꝛe quol'. 11. vbi ait, ꝙ,
vbi, dicit reſpectũ extrinſecus aduenientem. Et. 2.
ſent. d. 2. q. 5. vbi ait, ꝙ locꝰ accipitur vel pꝛo ab
ſoluto,

abſoluto, vel pro reſpectiuo. Quẽmodũ loquendi etiam tenent nonnulli ex diſcipulis S. Thom.

Prima propoſitio. ¶ His veruntamen nihil obſtantibus, ſtatuitur hic prima propoſitio huius articuli. Locus nullo modo accipitur: nec ſupponit pro qualitate, aut pro reſpectu, ſed ſolũ pro ſuꝑficie, que eſt de genere quantitatis. Quicquid ſit illa ſuꝑficies, ſiue diſtinguatur realiter a ſubſtantia, ſiue non. Volo dicere ꝙ q̃uis locus naturalis dicat virtutem cõſeruatiuam, que ſit qualitas, nullatenus tñ ſupponit pro illa, ſed pro ſuperficie connotando vt habeat talem virtutem. Sicuti album non ſupponit pro albedine, ſed pro re que habet albedinem. Pari ratione q̃uis locus ſimpliciter dicat reſpectũ continentie, aut reſpectum diſtantie, vt ſtatim dicturi ſumus, nullo modo accipit, aut ſupponit pro tali reſpectu, ſed pro ſuperficie continentis, connotando talẽ reſpectum. Aliud nãq; eſt, locum dicere virtutẽ aut reſpectũ: aliud vero ſupponere pro illis. Idẽ prorſus admonuimus cap. de genere. nempe ꝙ licet genus dicat ſecundã intentionẽ, non tamẽ ſupponit pro illa, ſed pro natura connotando ſecundam intentionem. Hec certe propoſitio manifeſta eſt, ⁊ apud Ariſt. ⁊ ex natura loci. Nam Ariſt. expreſſe in predicamentis cap. de quantitate ponit locum ſpeciem quantitatis. Et hic nihil aliud ait eſſe locũ, q̃ terminum continentis. Terminus autẽ continẽtis nec qualitas eſt, nec relatio, ſed quãtitas: ⁊ illum terminum habentẽ virtutẽ cõſeruatiuã, ait eſſe locũ naturalẽ: non tamẽ virtus eſt locus. ¶ Item qui dicũt, locum accipi pro relatione, id quidem affirmant ad ſaluandũ, quomodo locus ſit immobilis, per hoc ꝙ diſtantia huius loci ad centrum terre ſemper permanet eadem: at quãdo Ariſt. dixit, locum eſſe immobilem, certe non accepit pro relatione, ſed pro termino ipſo continentis: ait enim ꝙ locus eſt terminus continentis immobilis. ¶ Et confirmatur: qꝛ idem ipſe locus qui eſt immobilis, eſt equalis locato, vt patet apud Ariſ. Relatio vero nullo modo eſt equalis locato, ſed ſuperficies. *duplex relat.* ¶ Item locus dicit duplicem relationem, vnam continentie, que eſt loci ad locatum, ⁊ aliam diſtantie, que eſt diſtantia loci a centro ⁊ polis mundi: relatio vero cõtinentie non eſt locus, ſed paſſio ⁊ effectus formalis loci: ergo nec diſtantia loci a centro eſt locus, ſed ſuperficies ipſa diſtans. Profecto nullius authoritas ſufficere deberet, vt quis diceret, ꝙ loc⁹ accipit̃ ꝑ alio, q̃ ꝑ ſuꝑficie, q̃ eſt de gñe quãtitatis.

Superficies. ¶ Inſinuat ſe hic tamẽ inter nominales atq; reales cõtentio de ſuperficie. Conuenit nãq; inter eos verbo, nempe locum eſſe ſuperficiem, ⁊ terminũ continentis: qđ omnes concedere debent, niſi velint Ariſto. negare. Differt tñ re, ꝙ reales tenentes quantitatem diſtingui a re quanta, aiunt, ſuperficiem eſſe quantitatem ſm̃ profunditatem indiuiſibilem. Nominales vero negantes hmõi ſuperficies dicunt corpus et ſuperficiem eſſe terminos ſupponentes pro eodẽ diuerſis connotationibus. Aiũt enim ꝙ pars extremalis corporis eſt ſuperficies: vnde ſi amphorã, que locus eſt aque, per partes proportionales ſm̃ profunditatẽ ⁊ groſſitiem diuidas verſus aquã, medietas eius verſus aquã eſt ſuperficies, ⁊ itidẽ quarta pars: atq; adeo octaua ⁊ oẽs que terminantur ad aquã. Ex quo inferũt Occã eiuſq; ſequaces, infinita eſſe loca illius aque nõ ſolũ cõmunia ſed propria immediata aque, eiq; equalia. ¶ De hac vero controuerſia non eſt hic locus vberius diſputãdi: ſatis enim de hoc a nobis diſſertum eſt in predicamentis cap. de quantitate. At vero ꝑter eas quas illic rationes ⁊ authoritates in hanc partẽ congeſſimus, certe vel hic locus Ariſto. vehementer ſuadet, locum eſſe ſuperficiem diſtinctam a corpore. Nam ex profeſſo negat hic tex. 8. (vt diximus in. 4. concluſione) locũ eſſe corpus: aſſerit vero, locũ eſſe terminum cõtinentis: diſtinguit ergo inter corpus ⁊ terminum cõtinentis: ⁊ per ↄ̃ns inter ſuperficiem ⁊ corpus. ¶ Item cum ait locũ eſſe terminum cõtinentis, manifeſte intelligit de adeq̃to termino: nempe qui ita ſit termin⁹ continentis, vt non habeat ipſe terminum alium: diſtinguit enim tanq̃ duo, terminum ⁊ rem terminatã: at ſm̃ iſtos non dat̃ terminus continentis, quin medietas illius verſus locatum ſit terminus prius ſignati termini. ¶ Et confirmat̃. Si terminus non eſt ſuperficies, ſ; pars verſus locatũ, nulla eſſet profecto ratio, cur diceret locum eſſe terminum cõtinentis, potiuſq̃ totum ipſum corpus continens. Etenim vt totum corpus continens non eſt locus ſm̃ ſe totum, ſed ſm̃ partem qua tangit locatũ, ita ⁊ quecunq; pars eius aſſignetur, nõ eſt illa locus, niſi ſm̃ aliquã ſui partem, qua tangit locatum: ⁊ vice verſa ſicut pars quecunq; cõtinentis eſt loc⁹ ſm̃ partem qua tãgit locatũ, eadem ratione, totum corpus dicetur locus, ſiquidem ſm̃ aliquam ſui partem tangit locatum. Et ita ipſi videntur mihi ſentire, ꝙ non dixit locũ eſſe terminũ continẽtis ad excludendum cõtinens ipſum eſſe locum, ſed ad explicandum rationem, ſm̃ quam eſt locus. ¶ At vero profecto verba Ariſto. huic ſenſui palã aduerſantur. Dixiſſet enim tunc, ꝙ locus eſt corpus ſecundũ ꝙ tangit locatum. Non tamẽ dixit, niſi ꝙ locus eſt terminus continentis, inſinuans ꝙ talis terminus eſt res diſtincta a continente. ¶ Item corollarium illud (qđ ipſi concedunt). ſ. infinita eſſe loca eiuſdẽ locati, aperte diſſonat et Ariſt. ⁊ cõmuni modo concipiendi: cum enĩ text. 14. diſtinguat inter locũ cõmunem, qui per accidens conuenit locato, ⁊ locum proprium qui per ſe cõuenit illi, id ſane inſinuare voluit, ꝙ cum ea que ſunt per accidens, non cadant ſub certo numero, bene tñ illa que ſunt per ſe: loca cõmunia poſſunt eſſe mihi infinita, ſi locum meũ circũdaret alius, ⁊ aliũ alius ⁊c. locus vero proprius eſſe non poſſit niſi vnus, qui eſt mihi proximus. Et tamen ſm̃ iſtos nullus eſſet locus mihi proximus ⁊ primus ſm̃ ſe totum: quia quacunq; parte continentis data verſus me, medietas illius adhuc verſus me eſſet mihi quodã modo propinquior, ſaltem ſm̃ ſe totam. ¶ Et poſtremo id confirmat̃. Niſi locus ſit ſuperficies indiuiſibilis ſm̃ profunditatẽ, vix defenſari poteſt, quomodo locus eſt equalis locato: vt q̃ primum videbimus. Sed de hoc ſatis: non enim mordicus contendo, quãtitatem diſtingui a re quanta (licet id tamen opinor) ſed oſtendo, illam eſſe mentem Ariſto.

Loci relationes. ¶ Conſtituto ergo genere loci ꝙ eſt ſuperficies ⁊ terminus continentis, ſecũda propoſitio huius articuli eſt. Locus cõnotat relationem



duplicẽ. ſ. cõtinentie que eſt loci ad locatum, ⁊ diſtantie loci a centro ⁊ a polis mundi. Nõ intelligo huiuſmodi relatiões realiter diſtingui a loco, ſed volo dicere, ꝙ locus diffinitur per reſpectum ad locatum, ⁊ ad cẽtrum. Prima pars patet ex diffinitione Ariſt. non enim quecũq; ſuperficies eſt locus, ſed illa que eſt vltima cõtinẽtis. Vltima inq̃ in actu verſus locatum. Exẽpli gr̃a, ſuperficies qua brachium ↄtinuat̃ manui, licet ſit finis brachij verſus manũ, non eſt loc⁹ manus, qꝛ nõ eſt terminus in actu. i. non eſt ſuperficies actu terminãs ⁊ actu diuidẽs, ſed cõtinuãs brachiũ cũ manu. Et hoc explicuit Ariſt. text. 34. Item ſuperficies conuexa extera amphore non eſt locus aque, ſed interior cõcaua verſus aquã.

Locus de ꝑdicamẽto quãtitatis. ¶ Priuſq; ad ſecundã relationem deſcendamus, pro materia quarti argumenti infert corollariũ. ꝙ locus ponitur directe in predicamento quantitatis, licet diffiniatur per relationẽ. Sententia expreſſa eſt Ariſt. in predicamẽto quãtitatis: cuius ſpeciem ponit locũ. Ad q̃rtũ. ¶ Vnde ad quartũ principale argumentũ negatur locum collocari in predicamento, vbi. In quo profecto (vt bona venia dixerim) multi ex neotericis neſcio qua occaſione falluntur, credentes locũ pertinere ad predicamentũ, vbi: qđ locis ſupra citatis vr̃ etiã inſinuare Scotus: dicẽs, ꝙ, vbi, ſupponit pro illa relatione que eſt diſtantia loci a centro terre ⁊ polis mũdi, ratione cuius, locus eſt immobilis, de qua ſtatim dicturi ſumus. At profecto neq; loc⁹ eſt de ꝑdicamento, vbi, nec, vbi: eſt relatio: nã, vbi, potĩ⁹ dicit relationẽ locati ad locũ, q̃ loci ad locatum. Ait enim Ariſto. in pre. ꝙ, vbi, eſt eſſe in gymnaſio, aut in foro: vñ, vbi, nõ eſt locus, ſed effectus loci. i. predicatũ qđ conuenit locato rõne loci. Illa enĩ cõtinẽtia paſſiua, qua locatum cõtinet̃ a loco, eſt vbicatio (vt ita loquamur) vbi, tñ in cõcreto nõ ſupponit pro illa relatione, ſed pro locato, qđ eſt ſubiectum talis relationis, connotando talem relationem. Relatio vero que eſt in loco non eſt relatio vbi: ſed eſt ↄtinentia actiua. Exemplum eſt manifeſtũ, veſtis nõ eſt de predicamẽto habit⁹: ſed certe de ꝑdicamẽto q̃litatis: at veſtitũ eſſe (qui eſt effectus veſtis) eſt de ꝑdicamento habitus. Eſt enim ↄſiderandũ hec predicamẽta ſex predicari de re ab extrinſeco.

Grego. *obiicit* ¶ Arguit veruntamen Gregorius arim. 2. ſent. d. 6. q. 1. artic. 2. ꝙ locus non ſit ſpecies quantitatis, ſed paſſio quãtitatis. Suꝑficies. n. de gñe quãtitatis nihil aliud dicit, q̃ quãtitatẽ diuiſibilem ſm̃ longitudinem ⁊ latitudinem, ⁊ indiuiſibilẽ ſm̃ profunditatem: locus vero ſuperaddit rõnẽ cõtinentie que eſt paſſio corporis terminati per ſuperficiem, ⁊ ſic locus potius eſt paſſio quantitatis, q̃ directe quantitas. ¶ Reſpondet tñ, ꝙ q̃uis continere ſit paſſio quãtitatis, tñ locus non eſt paſſio quãtitatis: ſed eſt quãtitas cuius paſſio eſt cõtinere. Vñ diffinitio loci eſt deſcriptiua, que datur per paſſionẽ quãtitatis. ¶ Hinc ſequitur: corollarium adnotandũ, ꝙ locus eſt res abſoluta ſm̃ eſſe, ⁊ relatiuũ ſm̃ dici. Quos terminos, cap. de ad aliquid expoſitos reliquimus. Hoc eſt dicere: locus nequaq̃ ſupponit pro relatione, ſ; pro quãtitate abſoluta: circumſcribit̃ autẽ, ⁊ explicatur ꝑ relationẽ in ordine ad aliud, ſicut ſcientia ſupponit quidẽ pro qualitate, ſed deſcribit̃ per relationẽ in ordine ad obiectum.

*dubi.* ¶ Dubitatio tñ eſt hic parua, vtrũ locus dicat cõtinentiã actualem, an ſolũ potẽtialẽ. Qđ eſt querere, vtrũ loc⁹ tñ ſupponat pro loco pleno actu continẽte locatũ, vel vtrũ locus etiam vacuus ſit proprie locus, propterea ꝙ aptus eſt cõtinere. ¶ Res eſt parui momẽti, ⁊ forſan eſt diſputatio de noĩe. Ad qđ tñ forte dicendũ eſt, ꝙ locus in particulari, vt ſi dicas locus Petri, aut locus meus, aut tuus, nõ erit locus, niſi ille qui actu continet rem talem. Locus enĩ quo Rome poſſum eſſe, non diceretur nũc locus me⁹: ſed ad hoc ꝙ aliq̃d ſit locus in cõi, ſatis eſt, ꝙ ſit ſuꝑficies cõcaua in actu. i. terminus in actu corporis cõtinentis in potentia. Ariſt. nãq; diffiniens vacuum (vt infra videbim⁹) dicit, vacuum eſſe locum non repletum corpore, aptum tamen repleri: vbi locum vacuum ſimpliciter appellat locum. Immo in hoc lib. text. 6. ex diffinitione vacui arguit locum vacuum eſſe locum.

Immobilis. ¶ Secũda particula diffinitionis eſt immobilis, vbi tangit̃ ſecundus reſpectus loci, qui eſt ad centrũ ⁊ polos mũdi. Vbi notandũ eſt, particulã hãc (ꝓpter difficultatẽ quinti argumenti ꝑncipalis) diuerſimode a doctoribus eſſe expoſitã. Cõmen. cõmẽto. 41. cũ teneat, locũ eſſe ſuꝑficiem, q̃ eſt accidens de ꝑdicamẽto quãtitatis, ⁊ accidentia nõ moueant̃ per ſe, ſ; ꝑ accidẽs ad motũ ſubiecti, dicit ꝙ loc⁹ per ſe non eſt mobilis, ſed per accidẽs. Hec tñ expoſitio profecto nõ ſatiſfacit: nã tunc locus non aliter diceret̃ immobilis q̃ albedo, vel accidens quodcunq; aliud. Ariſt. autẽ voluit explicare naturam propriam ⁊ peculiarẽ eſſe loci, vt ſit immobilis: per cõtrariũ ad naturã vaſis, que eſt deferre illa que cõtinet. ¶ Alij iuniores dicũt locũ eſſe immobilẽ, itelligi negatiue. i. ꝙ locus non eſt neceſſariũ, vt moueatur ad motũ locati: ſtat enim aere me circunſtante manẽte immoto me inde moueri, licet nihil repugnet, ipm̃ etiã mecũ ſimul moueri: ſicut vter, qui eſt loc⁹ vini, defert̃ cũ illo. Sed neq; hoc plane ſatiſfacit, qꝛ Ariſt, non ſolũ negatiue, ſed poſitiue aſſeruit, locum eſſe ſimpliciter immobilem, ita vt non ſolũ non moueat̃ ad motum locati, ſed qđ nullo mõ nec de per ſe mouetur, nec de ꝑ accidẽs ratione locati, aut locãtis, aut cuiuſcũq; alterius. ¶ Alij diſtinguunt, ꝙ locus vno modo accipitur materialiter pro ſuꝑficie ſeu corpore locante, ⁊ locus iſto mõ eſt mobilis, ſicut locatum ipſum, vt probat quintũ argumentum: ſed alio modo accipitur pro quodam reſpectu diſtantie hmõi loci ad centrum terre, ⁊ illa eſt immobilis. ¶ At vero ſupra ſatis credo, hoc reprobauimus: nẽpe ꝙ locus ſupponat pro relatione: nam Ariſ. nihil vocat locum, niſi terminum continentis, ⁊ illum ait eſſe immobilem. Item quia autores huius opinionis (vt Scot. ⁊ nonnulli Thomiſte) dicunt huiuſmodi relationem eſſe accidens diſtinctum a ſubiecto. Cõtra quos in ꝓ̃ptu eſt argumentum, ꝙ relatio ipſa eſt mobilis ad motum ſuperficiei, in qua ſubiectat̃, vel ſaltẽ ſi locus me⁹ mouet̃ mecũ, illa relatio diſtantie corrũpit̃: nam corrupto ſubiecto, corrumpuntur ea que in ipſo ſunt. Explicãdũ ergo eſt ad mentem Ariſto. quomodo ſuperficies ipſa, que eſt locus ſit immobilis. ¶ Vbi ſciendũ eſt argutiſſime Ariſt. hac particula explicuiſſe naturã loci. Ait enĩ tex. 3. ⁊ explicatius text. 32. ꝙ ex motu locali venamur naturã loci.

loci. Qđ eſt dicere, id dicitur moueri localiter, qđ mutat locum. Si vero locus non eſſet ſimpliciter immobilis tã p ſe ꝗ per accidens, non eſſet idẽ moueri localr̃, ⁊, mutare locũ. Nam ſi locus nihil aliud diceret ꝗ ſuperficiem me circunſtantem, ſtaret, me moueri, non mutando locum, vt cum lignum mouetur in fluuio ad fluxum aquẽ: ⁊ rurſum ſtaret, rem mutare locũ quando nõ moueretur, vt cum trũcus arboris in fluuio manet immobilis fluentibus aquis ipſum circũſtantibus. Vt ergo idem ſit, moueri localiter, ꝙ mutare locum, neceſſe eſt, locum aliquid fixũ ⁊ immobile deſignare: ad differentiã vaſis, vt text. 17. dictũ eſt.

**Loc⁹ p q̃ ſupponit.** Natura eñ vaſis eſt, rem deferre, ⁊ ideo ſtat, vinũ moueri non mutando vas, non tñ non mutando locũ. Locus ergo ſupponit pro ſuperficie connotando (preter continentiã) ꝙ ſit immobilis.

**Immobilitas.** Immobilitas vero ꝯſiſtit in hoc, ꝙ ſit ĩ eodem ſitu reſpectu totius vniuerſi. Situs autẽ reſpectu vniuerſi attenditur penes altitudinẽ, que eſt maior aut minor diſtantia a centro terre: ⁊ lõgitudinẽ, que eſt maior aut minor diſtantia a pũcto, qđ imaginet̃ fixũ in oriente: ⁊ latitudinẽ, que eſt maior vel minor diſtãtia a polo. Eſt ergo Salmantica in eodem loco, propterea ꝙ ſuperficies aeris illã circũſtans eandem habet diſtãtiam a centro ⁊ ab oriente ⁊ a polo.

**Ad. 5. pnc.** ¶ Unde ad quintum principale argumentum, authores ſupra citate opinionis reſpondent diſtinguendo ꝯñs prime ꝯſequẽtie. ſ. ꝙ locus ſit immobilis: accipiendo enim materialiter locũ pro ſuperficie, concedũt: ſed accipiendo pro relatione, negant. Sed tñ qꝛ relatio (vt dictũ eſt) nullo modo dr̃ locus, meli⁹ eſt diſtinguere, ꝙ ꝗꝗ locus ſit res mobilis, non tamen eſt locus mobilis. i. in quantũ locus non eſt mobilis. Uolo dicere, ꝙ ſuperficies aeris modo circunſtantis Salmanticã, licet ſit alia res in genere quãtitatis, i. alia ſuperficies alterius aeris, eſt tamen idem locus: propterea ꝙ eſt in eadem diſtantia ad centrũ ⁊ ad orientẽ ⁊ polũ vniuerſi. Et ideo licet mutauit aerẽ ⁊ ſuperficiem aeris, non tñ mutauit locũ. Et idem dicatur de ſtipite arboris fixe in aqua. Ex quo ſequitur, ꝙ ſi nũc ego, qui ſum ĩ aere, me immoto cooperirer aq̃s, eſſem in eodem loco, licet non eſſem in eadem ſuperficie: qꝛ ſuperficies aque me circunſcribens, propter eandem diſtantiã ad dictas partes vniuerſi, reputaretur idẽ locus, qui erat ſuperficies aeris. ¶ E conuerſo cum lignum mouetur ad motum fluminis, licet ſemper manet in eadẽ ſuperficie concaua aque, non tamen manet in eodem loco: nam eadẽ ſuperficies, propter diuerſas diſtantias ad orientem ⁊ ad polum, eſt alius locus, licet ſit veluti idẽ vas deferens locum: Et per hoc reſpondetur ad confirmationẽ. Hoc acutiſſime adnotauit Phi. tex. 41. dicens, ꝙ id qđ mouetur in flumine eſt illic ſicut in vaſe, vt in naui, aut vndis. In toto vero flumine, puta alueo que eſt immobilis eſt ſicut in loco cõmuni. Et tex. 42. ſubdit ꝙ cẽtrum terre qꝛ eſt immobile eſt locus grauium: concauum vero lune, quatenus ſemper eſt in eadẽ diſtantia a centro, eſt locus leuiũ. ¶ Hinc palam conſtat, quomodo dicãtur ad conuertentiam, moueri localiter, ⁊, mutare locum. Quod non contingeret, niſi locus eſſet quid immobile. Itaq; ſicut moueri motu alteratiõis eſt in ſe recipere nouam qualitatem, ita moueri localiter, eſt recipi in nouum locũ, ⁊ quieſcere, eſt manere in eodem loco. ¶ Quod ſi arguas, mirabile eſſe, ꝙ alia ſuperficies ſit idem locus, ⁊ eadẽ ſuperficies ſit alius locus. Reſpõdetur id expreſſe Ariſto. concedere. 5. meta. tex. 7. nempe ꝙ res, que in vno genere eſt vna, in alio eſt plures. Qđ merito ſepe citare ſolemus. Et profecto mirabilius eſt, qđ ipſi concedunt, vt ſaluent locũ eſſe immobilẽ: nempe ꝙ locus ſupponit pro illa relatione diſtantie: cum tamen Ariſt. non relationẽ, ſed terminum continentis aſſerat eſſe immobilẽ. ¶ Contra hoc nihilominus ſunt minima ⁊ importuna argumenta. Uidetur, ꝙ Salmantica, ſicut non eſt modo in eadem ſuperficie continentis, ita nec ſit in eadem diſtantia ad centrum, et per ꝯñs nec in eodem loco: nam diſtãtia eſt relatio que eſt accidens fundatum in ipſa ſuperficie: corrupta autem ſuperficie, corrũpitur accidẽs, quod eſt in illa. Eadem ratione, ſi me immoto, qui nunc ſum in aere, cooperirer aquis, eadem numero relatio diſtãtie, que erat in aere nõ poteſt manere in aqua: quia idem accidens non trãſfert de ſubiecto in ſubiectũ. ¶ Realiſſimi iſti ponentes relationes eſſe accidentia diſtincta, torquentur his nenijs: a quibus vix ſe extricare poſſunt, non potentes explicare, quomodo maneat eadem diſtantia in diuerſis ſubiectis. At vero neq; exiſtimo relationes iſtas eſſe accidentia diſtincta: licet ſint reales relationes ad hũc ſenſum, ꝙ ſecluſa operatione intellectus res diſtãt ab illis punctis. Nec ſi diſtinguerentur, intelligo per eandem, aut diuerſam diſtantiam idẽ materialiter, aut diuerſum accidẽs: ſed intelligo formaliter eandẽ diſtantiam ſm conſiderationem rationis, ꝗꝗ eñ deus deſtruat omnes relationes, immo omnẽ aerem circunſtantẽ Salmanticam, eſſet in eadẽ diſtantia a centro terre: qꝛ per tot adequate paſſus, aut pedes diſtaret. Immo vero ſi deus deſtrueret celum, ⁊ cẽtrum terre, eſſet in eadem diſtantia imaginaria: quod ſufficeret, vt maneret immota. ¶ Sed contra. Si de⁹ moueret vniuerſum orbem per vacuũ verſus orientem, me ſedente in ſede in qua mouerer, ſicut in naui, tũc ego mouerer, ⁊ Salmãtica ⁊ omnes vrbes mouerentur ad motũ orbis: ⁊ tamen omnia manerent in eadem diſtantia a centro ⁊ oriente ⁊ polo: ergo inuariatis huiuſmodi diſtãtijs ego muto locum. Reſpondetur, me moueri tũc et Salmanticã ⁊ omnes vrbes ad motũ orbis, qꝛ licet maneat eadẽ diſtantia ad centrum verum et orientẽ verũ que mouentur: variatur tñ diſtãtia a ſimilibus punctis imaginarie fixis. Itaq; licet nihil ſit in mũdo, niſi ego, imaginanda ſunt tria puncta fixa in profunditate longitudinẽ ⁊ latitudine, per quorũ reſpectum ego cognoſcar eſſe in eodem loco, aut mutare diuerſa loca. ¶ Sequit hinc tandem (qđ mente obſeruãdũ eſt pro libro ſequẽti) ꝙ ad relationem (vt putat Scot.) nõ eſt per ſe motus: per motum enim localem ego non acquiſiui relationẽ hanc diſtantie ab oriente vel polo, ſed locum de genere quantitatis. ſ. hanc ſuperficiem, licet hec ſuperficies ſit hic loc⁹ rõne huius diſtantie. Et propterea Ariſtot. non dicit, ꝙ eſt motus per ſe ad relationem, ſed ad locum, qui eſt terminus continentis, vt libro ſequenti numeroſius examinabimus. Sequitur ſecũdo, ꝙ alia relatio eſt a qua loc⁹ eſt immobilis, ⁊ alia eſt



eſt relatio importata per predicamentum, vbi, prima enim ſubiectatur in loco, ⁊ ſecũda in locato, vt paulo ſuperius explicuimus.

**9. Conclu.** ¶ Nona & poſtrema concluſio huius queſtionis eſt apud Ariſto. tex. 30. ⁊ 33. quã preter ordinẽ Ariſt. vltimã cõſtituimus, eo ꝙ eſt tanq̃ dictorũ omnium appẽdix. Eſt enim duplex locus (vt tex. 4. dictum eſt) alius cõmunis, ⁊ ali⁹ proprius ⁊ primus: ⁊ locus quidẽ cõis non eſt eq̃lis, ſed maior locato: locus vero propri⁹ eſt equalis. Hanc verũ tñ equalitatem, Noiales negãtes ſupficies diſtinctas a corporibus, nõ ita poſſunt ad mentẽ Ariſt. explicare, licet tripl'r dicant.

**Locus eſt equalis locato.** Primo ꝙ loc⁹ eſt equalis locato quantũ ad cõtinentiã: vꝫ ꝙ loc⁹ cõtinet adequate quãtũ eſt locatũ, nec plus nec minus. Sed cõtra hoc eſt argumẽtum, ꝙ tunc tota amphora ſm totam eius groſſitiem digitalem eſſet eq̃lis vino, quo eſt ad ſummum plena: nam cõtinet illud, ⁊ nihil amplius: ⁊ tota ſphera aeris eſſet equalis aq̃ ⁊ terre ⁊ oĩbus mixtis, que adequate intra ſe cõtinet: cõſequẽs tamen expreſſe eſt contra Phi. text. 33. vbi ait, ꝙ ſi locus terre ⁊ aque eſſet totus aer, locus nõ eſſet equalis locato: vbi expreſſe docet, ꝙ corpus cõtinens non eſt equale cõtento, ſed terminus cõcauus continentis, termino conuexo cõtenti. Secundo modo locus eſt equalis locato: quia ſi trahatur linea a cõcauitate loci per centrum locati vſq; ad aliud punctũ oppoſitũ concauitatis, illa eadem linea metitur adequate conuexũ locati, ⁊ cõcauitatem loci. Et tertio modo: quia ſi filũ vnum circunducas ad conuexum locati, ⁊ aliud intra cõcauitatẽ loci, illa duo fila erunt equalia. ¶ Atqui iſti quidẽ duo modi veri ſunt, ⁊ ita dicendum eſt in via Nominalium: ſed tamẽ non ſatis explicant mentem Ariſtot. quia non dant vnam rem, que ſit locus, ⁊ ſm ſe totam ſit quodam modo equalis locato. ¶ Qđ Ariſt. ergo ſenſit, fuit, ꝙ

**Locus eq̃lis eſt locato.** locus. i. ſuperficies concaua cõtinentis eſt equalis locato. i. ſuperficiei conuexe locati. Si enim ſuperficies concaua loci, que diſtinguitur a corpore, extenderetur, ⁊ ſimiliter ſuperficies conuexa locati, ille due ſupficies eſſent omnino equales ſm longitudinem et latitudinem: nam profunditatem non haberent. ¶ Hinc palam ſequitur, ꝙ ſi terminus continentis non ſupponat pro ſuperficie, ſed (vt aiũt Nominales) pro parte interiori continentis, nulla dabitur res, que ſit terminus continentis, eademq; ſit equalis locato.

**Locus eſt menſura locati.** ¶ Sequitur preterea, locum eſſe mẽſuram extrinſecam locati. Quod manifeſtum eſt apud Ariſt. licet nonnulli hoc in dubiũ reuocent. Etenĩ quẽadmodum tempus (vt infra videbimus) eſt mẽſura ſucceſſiua motus, ita ⁊ loc⁹ eſt mẽſura permanens locati: vt quantus eſt locus, tantum ſit locatum: non quidem ſm partes intrinſecas locati, ſed ſm externam ſuperficiem. Etenim vt ſuperficies conuexa cuiuſcunq; corporis eſt eius menſura intrinſeca, ita ſuperficies concaua ſui loci eſt eius menſura extrinſeca. Et hac ratione (vt cap. de quantitate adnotauimus) tam locus ꝗ tempus ſtatuta eſt illic ſpecies quãtitatis extrinſeca. ¶ Sed arguunt nonnulli, ꝙ locus nõ ſit menſura, eo ꝙ ratio menſure importat relationem menſurantis ad menſuratum. Quibus tamen reſpondet, ꝙ licet menſura re dicat relationem equalitatis, tamen menſura non eſt relatio, ſed quantitas illa, per cuius longitudinem aut latitudinẽ aut pfunditatẽ certificamur de quantitate alterius. ¶ Quocirca Ariſt. 10. meta. text. 2. vnitati, que eſt principium numeri, attribuit eſſe primã mẽſuram: numero enim pedum, aut vlnarum, aut vnciarum, aut alicuius certe quantitatis, qua vtimur tanq̃ indiuiſibili, metimur rerũ quãtitates.

¶ Ad ſextũ igitur principale argumẽtum reſpondetur, ꝙ proprie loquendo ſuperficies, que ſm Ariſt. eſt locus, non continet locatum, ſed vnũ corpus continet aliud corpus: vnde locus non (inquit) eſt ſuperficies cõtinens, ſꝫ eſt terminus cõtinentis. Quare ſimpliciter concederet Ariſto. ꝙ omne cõtinens eſt maius contento. Qui vero noluerit in tanto rigore reſpondere, cõcedere poteſt, ſuperficiem cõcauam, que eſt locus quodã modo continere cõuexã locati: ſed tunc negandũ eſt: eandẽ eſſe rationem in corporibus ⁊ ſuperficiebus: corpus enim continere nõ poteſt aliud, quin ſit eo maius: ſuperficies vero quia eſt indiuiſibilis ſm profunditatem, ⁊ indiuiſibile additum indiuiſibili non facit maius, [illegible] eſt circunferri ſuper aliam ſuperficiem: ⁊ nihilominus exterior non erit maior interiori. ¶ Et ſimiliter reſpondetur ad confirmationem, ꝙ mathematicorum illa regula intelligitur, ꝙ in eadẽ area fixo altero pede circini ſi deſcribãtur duo circuli, neceſſe eſt, extrinſecum maiorem eſſe intrinſeco: quia illi circuli lineantur in eodem corpore: ⁊ in eodem corpore nõ poſſunt ſignari due linee immediate. Si tamen duo corpora contigua vnũ circunferat circa alterum, ſupficies cõcaua cõtinẽtis non erit maior, ꝗ cõuexa cõtenti.

**Ad ſextũ.**

Tex. xlvj. Terra quidem in aqua eſt &c.

## Quæſtio ſecunda.

VTRVM OMNE CORPVS locum ſibi vendicet naturalem, atq; adeo, omne ens neceſſariò ſit in loco vno.

A Parte negatiua primi membri queſtiõis arguitur primo. Terra in nullo eſt loco naturali: ꝗ pars negatiua eſt vera. Probatañs. Si aliquis eſſet eius locus naturalis, maxime ſuperficies concaua aque (vt habetur textu preſenti) ſed illa non tegit totam terram, cum pars aliqua pateat aeri: ergo ſuperficies aque non eſt totus locus terre. Quod ſi dicas, ambas ſuperficies, ſcilicet aque ⁊ aeris eſſe locum terre, cõtra: ille non ſunt vna res: ergo nec ſunt vnus locus. ¶ Et confirmatur. Huiuſmodi ſuperficies non ſolum intra ſe terram continet, ſed et aerem, et aquam in cauernis terre latentia, atq; adeo mineralia ⁊ animalia: ergo ſignari nequit locus terre proprius. ¶ Et ſecundo confirmatur. Locus naturalis rei cuiuſq; eſt ille, ad quem res naturaliter mouetur: terra vero non mouetur ad ſuperficiẽ concauam aque vel aeris, ſed ad centrum ſuum: ergo potius centrum eſt locus terre (qđ hic text. 42. inſinuat Ariſt.) ꝗ concauum vel aque vel aeris. Quod ſi cõceſſeris, repugnat diffinitioni loci, q̃ habet, locũ eſſe terminũ cõtinentis. ¶ Scdo principal'r arguit. Null' eſt loc⁹ nãlis aeris: ergo pars

pars negatiua vera. Probatã ſãs. Si aliq̃s eſſet, ille eſſet ſuperficies cõcaua ignis, vt habet textu preſenti: ſed hoc nõ, primo q̃ ſuperficies cõcaua ignis nõ ſolum aerem, ſed ⁊ aquã, ⁊ terrã ⁊ mixta omnia cõprehendit ſub ſe, ⁊ per ↄ̃ñs non eſt locꝰ adequatus aeris. Tum ſecũdo, quia locus naturalis debet eſſe cõſeruatiuus locati: ignis vero, qui calidus eſt ⁊ ſiccus, contrariatur aeri, qui calidus eſt ⁊ humidus, ipſumq̃ꝫ proinde corrũpit. Similia argumenta fieri poſſunt, ꝙ concauum lune non ſit locus proprius ignis. Tum quia nec continet ſub ſe ſolum ignem. Tum etiam q̃ cum luna ſit planeta frigidus, videtur potius ignem corrumpere, q̃ꝫ conſeruare. ¶ Tertio principaliter arguitur. Nulla ſphera celeſtis eſt in loco naturali: ergo. Probatur antecedens: q̃ locus naturalis eſt, qui requiritur ad conſeruationem locati: ſphere autem celeſtes ſuapte natura ſunt incorruptibiles non habentes cõtrarium: ergo non indigent loco naturali magis q̃ꝫ angeli. Q̃d ſi dicas, inferiorem ſpheram, eſſe in ſuperiori, nõ propter indigentiam conſeruationis, ſed q̃ inferior ambitur ſuperiori. Arguitur ſaltem de ſuprema ſphera, que cum non circunſcribatur alia ſuperiori, videtur non eſſe in loco. ¶ Quarto principaliter a parte negatiua ſecũdi membri queſtionis arguitur. Angeli ſunt entia, ⁊ quidem creaturarum perfectiſſime, que tñ non ſunt in loco, dicente Boetio lib. de hebdomadibus, cõmunem animi cõceptionem eſſe apud ſapientes, ſpũalia nõ eſſe in loco. Et Ariſt. hic tex. 47. non omne (inquit) q̃d eſt, in loco eſt, ſed mobile corpꝰ. Et ratio etiã eſt manifeſta, q̃ locus dicit rationem mẽſure, angelus autem non poteſt menſurari loco: ergo nõ poteſt eſſe in loco. ¶ Quinto principaliter circa vltimum verbum queſtionis arguitur. Si corpus omne naturale ex natura ſua vendicat ſibi locum: ſequitur, ꝙ ex natura ſua vendicat ſibi locum vnum: vnitas enim loci cõſequitur ad rei vnitatẽ, vt quot ſunt res, tot ſint loca: ↄ̃ñs tamen eſt falſum: ergo ⁊ antecedens. Probatur minor. Nam ſi natura rei eſt vt ſingula ſint in ſingulis locis; ſequitur, ꝙ Deus nõ poteſt idem corpus ponere in duobus locis: quod tamen nullam videtur contradictionem implicare.

¶ Tres articulos, titulus huius queſtionis deſignat. In primo videbimus de naturalibus locis corporum: ⁊ in ſecundo circa ſecundum membrũ queſtionis an ſubſtantie ſpirituales ſint in loco: ⁊ poſtremo circa vltimũ verbum, an ſupranaturaliter poſſit idem corpꝰ eſſe in pluribus locis. ¶ Pro fundamento huius articuli cõſiderãdũ eſt, ꝙ vt deus ⁊ natura omnia fecit numero, pondere, ⁊ menſura, ita ⁊ ordine pulcherrimo cuncta diſpoſuit. Quod Ariſt. hic tex. 48. docet, dicens res vniuerſas ſm ordinem graduum perfectionis naturalis ſortiri etiã locorũ ordinem, vt res ſuperior locus ſit conſeruatiuus inferioris: atq̃ꝫ adeo ſuperior ſe habet vt forma, ⁊ inferior vt materia: ſicuti in rebus particularibꝰ materia recipit eſſe a forma. ¶ Atqui, vt ordinem huius tex. 46. obſeruemus incipiendo a terra, ſit prima concluſio. Locus naturalis elementi terre eſt cõcauum aque. Cõcluſio expreſſa eſt Ariſt. loco preſenti. Et probatur ratione eiuſdem, text. 48. Quem ordinem res ſeruãt in nobililitate, ſeruant in loco: ſed terra eſt infimum elementorum plus habens de materia: grauitas enim ex abũdantia materie venit, ſicut leuitas ex paucitate materie: ſed poſt terrã dignitate immediata eſt aqua: quia cum ſit grauior, eſt etiã materialior: q̃ꝫ reliqua duo ſuperiora: ergo locꝰ naturalis terre eſt aqua. ¶ Secundo id cõfirmatur. Locus naturalis ⁊ locatum inter elementa ſymbolizant .i. conueniunt in vna qualitate, ⁊ altera differunt: debent enim eſſe congenea (vt ait Cõmẽ.) vt propterea conuexum vnius tangat concauum alterius, quia quodã modo natura vnius tangit naturam alterius: ſed ita ſe habẽt terra ⁊ aqua: terra enim eſt ſicca ⁊ frigida: aqua frigida ⁊ humida: aer vero humidus ⁊ calidus: ſed ignis demũ calidus ⁊ ſiccus: ergo qua ratione locꝰ aque eſt aer, ⁊ locus aeris eſt ignis, fit vt locus etiam elementi terre ſit aqua. ¶ Et tertio id patet ratione Ariſtot. text. 49. Locatum ⁊ locus in elementis habent ſe ſicut materia ⁊ forma: ſed ita ſe habent terra ⁊ aqua: terra enim ſi daretur purũ elementum, non poſſet verti in aerem, quin prius verteretur in aquam: ſicut aqua non verteretur in ignem, quin prius in aerem: ergo locus naturalis terre eſt aqua. ¶ Unde ad primum argumẽtũ nimirum ſi aliter reſpõdeamus, q̃ꝫ cõmuniter video iuniores (ſaltem) reſpõdere. Simpliciter .n. negant omnes, cõcauum aque eſſe locũ naturalem terre: ſed aiunt locum terre, eſſe aggregatũ ex ſuperficie aque ⁊ ſuperficie aeris: non cõſiderantes ꝙ Ariſt. non dixit terrã eſſe in aere ſed in aqua: ⁊ aquã, in aere. Quocirca diſtinguendum eſt potius de terra: nẽpe ꝙ ſi accipiatur pro puro elemẽto terre, profecto locus eius eſt ſola ſuperficies aque: ⁊ iſto modo loquitur hic Ariſt. de terra. Sed ſi loquamur de terra, que non eſt ſimpliciter elementum, vt terra quam nos colimus, illam fatemur, naturaliter eſſe in aere. Diſcooperuit enim aquis hanc partem natura, non propter neceſſitatem elemẽti terre (que melius ſane conſeruaretur ſub aqua) ſed propter neceſſitatẽ mixtorũ, puta arborꝝ, ⁊ precipue animalium terreſtrium, que reſpiratione viuunt. Accipiendo vero terram pro toto aggregato ex terra (ſiue ſit purũ elemẽtum, ſiue non): ⁊ (vt primam hinc cõfirmationẽ dilutã relinquamꝰ) aggregatis etiã mixtis in cauernis terre ⁊ arboribus ⁊ animalibus que ſunt in ſuperficie: concedimus ꝙ terre hmõi locus naturalis eſt aggregatũ ex cõcauo terre ⁊ concauo aeris: que quidem ſuperficies, licet ſint due res in genere quantitatis, puta due ſuperficies, cenſentur tñ vnus locus, quia conſeruant vnicam maſſam terre ⁊ mixtorum. ¶ Et ſic ſolutum reſtat primum argumentum cũ ſua cõfirmatione. Hinc ſequitur, ꝙ cum dicimus, ſuperficiem aque eſſe locũ terre, non intelligimus de hac aut illa portione aque, aut gleba terre, ſꝫ loq̃mur de tota terra, ⁊ de ſupficie totius elemẽti aque. Nam ⁊ in cauernis terre, prouidente natura, ad perpetuitatem fontium, generantur aq̃ ex ingroſſato aere, que potiꝰ ſunt in terra, tanq̃ꝫ in loco, q̃ꝫ e conuerſo: ſicut aqua ciſterne. Immo portio aeris generatur ⁊ concluditur ſub terra, tanq̃ꝫ in vaſe: vnde nonnunq̃ꝫ terremotus fiunt: ſed de hoc alias. ¶ Ad ſecundam confirmationẽ reſpondetur ex ſupradictis, ꝙ locus naturalis non dicit ſuperficiem ſolum cõtinentẽ, vt locus mathematicus, ſed virtutẽ ꝑterea cõſeruatiuã: ⁊ q̃ illa virtꝰ cõſeruatiua terre, licet ſit in toto ſpatio, q̃d eſt intra ↄcauitatem aque ⁊ aeris pro illa parte vbi terra eſt diſcoopta, tñ perfectiſſime eſt in centro grauitatis terre, ꝓpterea terra mouet̃ ad centrũ. Eadẽ rõne licet locus naturalis aeris ſit ſpatiũ cõtẽtũ inter cõcauũ ignis ⁊ cõuexũ aq̃, tñ q̃ virtus ↄſeruatiua eſt in medio illius ſpatij. propterea aer moueretur ad illud mediũ. Cãterũ ſi hoc non ſit adeo certum: immo forſan virtus cõſeruatiua ignis perfectiſſime eſt prope ſuperficiem concauam lune: ⁊ virtus perfectiſſime conſeruatiua aeris eſt in concauo ignis: niſi obſtaret cõtrarietas ignis, nam perfectio duorum elementorum que plus participant grauitate, vergit ad centrum: perfectio vero aeris ⁊ ignis vergit ad celum.

Ad 1. pri.

Ad 2. confirma.



¶ Secunda cõcluſio. Locus naturalis aeris eſt ſuperficies cõcaua ignis. Hãc eandem cõcluſionẽ affirmat hic Ariſt. eiſdẽq̃ꝫ rationibꝰ cõfirmat quibꝰ ſuperiorẽ: nam vt terra ſe habet ad aquã dignitate ⁊ ſymbolo, ⁊ aer ſe habet ad ignẽ. Unde ad primã impugnationẽ in ſecundo principali argumento reſpondetur, ꝙ quãdo Ariſt. dicit, aerẽ eſſe in igne, tanq̃ꝫ in proprio loco, ſolũ intelligit quãtũ ad ſuperficiem cõuexam aeris, cuius mẽſura eſt cõcaua ignis: loca enim naturalia elementorũ deſignat Ariſt. ſolũ quãtũ ad ſuperficiem cõuexã locati. Si tamẽ volueris locum circũſcribentem totum aerem deſignare, erit ſpatiũ illud interceptũ inter concauã ſuperficiem ignis, ⁊ cõuexam aque ⁊ terre. Enimuero (vt in libris de celo videndum eſt) aggregatũ ex terra ⁊ aqua reputatur vnus globus ⁊ vna ſphera. Et pari mõ licet locus ignis dicatur ↄcauum lune, id tamen intelligitur quantum ad conuexã ſuperficiem ignis: locus tñ eius adequatus eſt interſtitiũ inter cõuexum aeris ⁊ concauũ lune. ¶ Secunda pars ſecũdi argumẽti principalis habet plus difficultatis: nempe quõ locus aeris ſit ignis: cum ſint contraria. Ad quod dicunt nõnulli, ſuperficiem ignis habere in ſe quandam virtutem propriam (preter calorem ⁊ ſiccitatem) conſeruatiuam aeris. Hoc tñ nullũ fundamentũ habet apud Ariſt. neq̃ꝫ in natura rerũ: elemẽtis .n. nulla quinta virtus aſſcribitur, preter quatuor primas qualitates. Neq̃ꝫ Ariſto. hic tex. 48. ⁊ 49. nec 4. de celo text. 23. vbi ordinem elementorum conſtituit, rationem aliam huius ordinis aſſignat, q̃ꝫ ordinem dignitatis ⁊ perfectionis naturalis, ⁊ ꝙ vnum ſe habet vt materia alterius. Et ideo dicendũ eſt (vt Cõmen. hic cõmento. 43. videtur docere) ꝙ locus aque non eſt aer propter naturam aeris: nec locus aeris eſt ignis ꝓpter naturam ignis, ſed propter diſtantiam, quam huiuſmodi loca habent a centro terre, ⁊ propinquitatem quã habent ad concauum lune. Itaq̃ꝫ ſi imaginetur linea recta ducta a cẽtro terre vſq̃ꝫ ad concauum lune, per aliquã portionem illius linee vſq̃ꝫ ad certũ punctũ, eſt purum elementũ terre frigidum ⁊ ſiccum: altius vſq̃ꝫ ad aliud punctum eſt elementũ aque: licet terra ⁊ aqua in aliquibus partibus cõmiſceantur: altius vſq̃ꝫ ad aliud punctum eſt elementum aeris: ⁊ inde vſq̃ꝫ ad concauũ lune eſt elemẽtum ignis. Unde locꝰ aeris non terminatur ad concauum ignis propterea ꝙ illic ſit ignis, ſed propter talem diſtantiam a cẽtro. Immo licet per impoſſibile nullus illic eſſet ignis, ſed ignis poneretur in infima regione aeris, aer aſcẽderet ſupra ignem quouſq̃ꝫ modo aſcendit. Et ideo non obſtat contrarietas ignis ⁊ aeris, quominus ignis ſit locus aeris: q̃ aer non conſeruatur ab igne, ſed ſuapte natura ex ordine vniuerſi conſeruatur in tali diſtantia inter celum ⁊ centrum terre. Et idem dicatur de locis aliorum elementorũ. ¶ Sed non eſt adhuc abunde diſſolutum argumentum. Si ignis loco quo aer illi coniungitur corrumpit aerem: ſequitur, aerem illic conſeruari non poſſe. Aliqui poſſent cogitare, ꝙ in illo cõfinio elementorũ impeditur actio a natura vlĩ. At vero hoc nulla ratione fulcitur. Cum enim apud nos videamus, ignẽ inflammare aerem, nulla eſt ratio, cur illic negemus effectũ ſimilẽ. Cõcedimus ergo, ignẽ in ſua ſphera ignire ꝓximũ aerẽ: id tñ facit vſq̃ꝫ ad certam diſtantiã, ſemp remiſſius ⁊ remiſſius: ſicut ignis apud nos nõ ad quãcũq̃ꝫ diſtãtiã, ſed prope agit. Et ideo per aliquod ſpatium prope ignẽ eſt calidior, q̃ꝫ ſua exigat natura: ſicuti terra prope aquã humidior eſt: ſed prope centrũ eſt in ſua naturali diſpoſitione. Hoꝝ autẽ oĩm ↄſtituti ſunt termini qui preteriri non poſſunt. Eodẽ mõ dicẽdum eſt, ꝙ locus ignis eſt concauum lune: non propterea ꝙ illic ſit orbis lune, ſed propter diſtãtiam a centro. Non tamen puto eſſe aliquam contrarietatem inter lunã ⁊ ignẽ, ſicut inter ignem ⁊ aerem: quia celũ non habet aliquam particularem cõtrarietatẽ cum aliquo elementoꝝ, ſꝫ gñali influxu agit cõcurrendo cũ ſingulis. Si autẽ propter humiditatem, aliquã alterationem agat in ignẽ, erit vſq̃ꝫ ad certã diſtantiam. ¶ Sed percontatur quis forte: cũ inter elemẽta vnũquodq̃ꝫ habet ſymbolũ cũ ſibi proximo, q̃d eſt locus eiꝰ, vñ ꝙ ignis deberet pariter ſymbolizare cũ cõcauo lune qui locus eſt eius: ⁊ tñ cũ celũ nullã habeat primarũ qualitatẽ, non poſſunt elementum ⁊ celum eſſe ſymbola. Rñdet ꝙ q̃ꝫuis nõ ſymbolizent in illis qualitatibus, conueniunt tamen ignis ⁊ celũ in lucis perſpicuitate diaphaneitate ⁊ agilitate. Unde ignis ether, vt celum, appellatur.

¶ At vero cõtra iſtũ localem ordinẽ elementoꝝ ſunt argumẽta nõnulla. Primũ. Si ea que dicta ſunt, verum habẽt, ſequeretur ꝙ quodlibet elemẽtũ, ſecluſis quibuſcũq̃ꝫ alijs circũſtantibus, naturaliter maneret in ſuo loco in quo eſt. Itaq̃ꝫ corrupta ꝑ impoſſibile ſphera ignis ⁊ aque, aer maneret vbi eſt: et corrupta ſphera terre ⁊ aeris, aqua maneret vbi eſt: nam dictum eſt, naturaliter elementa in ſuis ſitibus manere, ⁊ cõſeruari, non propter naturã circũſtantis, ſed ꝓpter talẽ elõgationẽ a centro, aut propinquitatem ad orbem lune: ↄ̃ñs tamen videtur falſum: nam aquã naturãr videmus deſcẽdere ꝑ terram, vt ſi defoderet̃ puteus vſq̃ꝫ ad centrũ terre, vñ, ꝙ aqua naturaliter illuc vſq̃ꝫ deſcenderet: ⁊ ꝑ ↄ̃ñs corrupto per impoſſibile elemẽto terre, aqua cõflueret ad centrum. ¶ Secũdo arguit. Terra, q̃ eſt elementum grauiſſimũ, determinat ſibi infimũ locum (puta centrum) quo inferior eſſe non põt: ergo ⁊ ignis cũ ſit elementorũ leuiſſimum, determinat ſibi locum ſupremũ, quo ſuperior eſſe non poſſit: ⁊ per ↄ̃ñs locus eius non eſt cõcauũ lune:

ſed niſi celis impediretur, ſuapte natura aſcenderet vſq; ad conuexũ prime ſphere. ¶ Et confir. Locus naturalis elemẽti eſt, in quo, cũ elementum ſit, naturalr̃ quieſcit: ſed ignis in cõcauo lune nõ quieſcit, quinimo circulr̃ mouetur ad motum primi mobilis, vt. 2. & 4. de celo habet diſputari: ergo ille nõ eſt locus eius naturalis. ¶ Tertio principaliter arguitur. Locus naturalis terre eſt vnus & determinatus, in quocũq; enim pũcto concaui lune poneretur gleba terre, ſiue in zenith nr̃o, ſiue in oppoſito, vbi viuunt antipodes, ſiue in oriẽte, ſiue in occidente, ſiue in nr̃o polo, ſiue in alio, gleba illa deſcenderet ad idem punctũ centri: ergo & locus ignis deberet eſſe vnum punctum determinatũ: cõñs tñ eſt falſum, nã ignis noſter aſcendit ad zenith nr̃m, & ignis antipodum ad zenith ſuum. ¶ Qđ ſi dicas locũ determinatum ignis nõ eſſe punctũ, ſed totã circũferẽtiam cõcaui lune, aſcendere enim eſt elongari a terra directe verſus celum. Tunc ſequeretur, ꝙ ſi portio ignis poneretur in centro terre, nullo corpore impediente, non magis aſcẽderet verſus zenith nr̃m, q̃ antipodũ: aut verſus oriẽtẽ, q̃ verſus occidentem.

[Ad p̄mũ.] ¶ Primũ argm̃ nõ eſt qđ in p̄ſentiarũ ad vnguẽ examinemus, vſq; ad ſecundũ & quartũ de celo. Res profecto eſt dubia, quidnam ſentiret Ariſt. De igne namq; & terra inter omnes phos cõuenit, ꝙ demptis omnibꝰ alijs creaturis naturalr̃ manerẽt in locis, in q̃bus ſunt: q̃ vnũ eſt elemẽtum grauiſſimũ, & alterũ leuiſſimũ: ſed tamẽ de aqua & aere non oẽs conſentiunt: nam aqua non eſt ſimpliciter grauis, ſed reſpectu aeris & ignis: nec ſimplr̃ leuis, ſ; reſpectu terre: nec aer eſt ſimpliciter leuis, ſed reſpectu terre & aque: nec ſimpliciter grauis, ſed reſpectu ignis, vt eſt ſentẽtia Ariſt. 4. de celo. tex. 27. & Commẽ. illic, & 3. huius tex. 49. Quem Paul. Vene. hic ſuper text. 49. imitatus ait, ꝙ aer ſi poneretur in concauo lune, deſcẽderet per ignem vſq; ad locum in quo modo eſt: & aqua ſi poneretur in centro terre, aſcenderet vſq; ad locũ, in quo mõ eſt. Qđ certe verum eſt, q̃ terra neceſſe habet, eſſe ſub aqua: vnde ſi profundiſſimum puteum aque impleas terra, aqua aſcendit vt cedat terre. At nõdum eſt compertũ, vtrũ ſi corrumperetur modo terra, aqua particulari appetitu deſcenderet ad centrũ: nam ex vna parte ait Ariſto. 2. de celo text. 79. ꝙ aqua non poteſt manere ſuſpenſa, ſed debet ſuſtẽtari ſuper aliqđ corpus: & ideo naturaliter deſcendit per viſcera terre, ſi meatus inueniat: & per cõñs dempta terra videtur, ꝙ deſcenderet ad centrum. Ex alia parte videtur, ꝙ ſi aqua eſt modo in ſuo loco naturali, dempta terra, adhuc maneret, vbi eſt: quod mihi pro nũc eſt veriſimilius: nã aer corrupta ſphera ignis, non aſcenderet altius q̃ modo eſt: ergo ſimili proportione non deſcenderet aqua particulari appetitu dempto igne. Et quod ait Ariſt. terram non poſſe eſſe ſuſpenſam intelligit naturaliter: nec tũc dẽpta terra, proprie eſſet ſuſpẽſa cum eſſet in loco naturali. Vnde ſi defodiatur terra vſq; ad punctum ſphere aque, aqua deſcẽdet naturaliter. Si tamẽ profundius procederet puteus, aqua non deſcẽderet ex naturali appetitu particulari, ſed appetitu vniuerſali, ne daretur vacuũ: ſicut deſcenderet aer, ſi non eſſet illic aqua. ¶ Nec; mireris ſi ſphera naturalis aque deſcendat ſub terrã hanc noſtrã: q̃ cũ pars hec diſcooperta, ſit multo leuior, q̃ pars alia que tegitur aq̃s ꝑpter maiorẽ ſiccitatẽ, nõ eſt idẽ cẽtrum grauitatis, & centrum magnitudinis terre: ſed centrum grauitatis eſt multo propinquius ſuperficiei terre cooperte aquis, q̃ ſuperficiei noſtre. Et cũ cẽtrum grauitatis ſit cẽtrũ mundi, quo terra deſcẽdit, & ſphera aque debeat eque diſtare ab illo cẽtro, fit, vt ſi aqua ab illo centro verſus mare diſtat. v. g. per centum milia paſſuum, etiam verſus nos vſq; ad centum milia paſſuum a centro grauitatis, ſit etiam locus naturalis aque: quare reſiduum terre verſus nos penetrat multum de ſphera aque. Immo & multi montes attingũt ſpheram aeris. Et ideo in illis cauernis naturaliter generantur fontes qui ſunt altiores ſuperficie maris, qua mare tangit terram: quãdoquidẽ flumina a ſuis fontibus vſq; ad mare ſemper deſcendunt.

[Ad ſcđm.] ¶ Ad ſecundũ argumẽtum reſpondetur, ꝙ ſicut terra determinat ſibi locũ ſimpliciter infimum, ita & ignis determinat ſimpliciter ſup̄mũ: infra latitudinẽ tamẽ loci elementorũ: & q̃ locus elementorũ terminatur in cõcauo lune, illic eſt locus naturalis ignis, nec ſurſum aſcẽderet, q̃uis nõ impediretur celo. ¶ Ad cõfirmationẽ rñdetur, ꝙ quicquid ſit de motu circulari ignis, an vl; ſicut p̄mũ mobile rapit ſecũ orbes planetarũ, ita moueatur ſpherã ignis: nihil tamẽ obſtat quin ille ſit locus eius naturalis. Ad quod ſufficit, ꝙ quieſcat in illo quiete oppoſita motui naturali elemẽti leuis, qui eſt aſcendere: nõ enim altius aſcẽdit. Sicuti mare, q̃uis moueatur motu fluxus & refluxus propter impreſſionẽ celeſtẽ: nihilominus quieſcit quiete elementi, q̃ nec aſcendit, nec deſcendit.

[Ad 3.] ¶ Ad tertiũ bene reſpõſum eſt, ꝙ verſus quancũq; regionẽ celi a centro terre ignis elongetur, vere aſcendit: eſt enim centrũ grauitatis terre, veluti centrũ circuli, cuius circunferentia eſt celum: & motus a cẽtro ad circunferẽtiam eſt aſcenſus, & a circunferentia ad centrũ eſt deſcenſus. Ad replicam vero Paul. & nõnulli alij rñdẽt, ꝙ ignis poſitus in centro, nõ magis verſus hãc, q̃ verſus illã regionẽ aſcẽderet, niſi influẽtia celeſtis ipſum determinaret, qua verſus aſcenderet. At vero nunq̃ mihi perſuadere potui, ꝙ conſtellatio celeſtis aliquid agat in iſta inferiora, niſi mediãtibꝰ cauſis ſecũdis. Et ideo ſignanda eſt cauſa particularis talis motus. Item q̃ ꝑpter illũ caſum ſupernaturalẽ non eſt ponenda aliqua tunc influẽtia, que non erat ante. ¶ Dicendũ eſt igitur, ꝙ cum caſus ille ſit ſupernaturalis, ſi ignis pedalis a Deo poneretur in cẽtro terre, neceſſe eſſet, vt punctũ eius medium correſpõderet pũcto cẽtri terre: & tunc poſſet quis dicere, ꝙ queuis pars illius ignis aſcenderet verſus regionẽ qua eſt: vt que eſt verſus nos aſcenderet verſus nos, & que eſt verſus antipodas aſcenderet verſus illos. Sed q̃ tunc eſt argm̃, ꝙ talis ignis diuideretur in omnẽ ſuã partẽ (ſicut a centro circuli infinite linee deducuntur ad circũferentiã) dicendum eſt, ꝙ vel ſubito corrũperetur, vel (qđ veriſimilius eſt) non moueretur: q̃ quelibet pars niteretur e diuerſo, & ſic maneret in equilibrio. ¶ De locis naturalibꝰ mixtorũ nõ opus eſt hic longam mentionem facere, ſed animalia terreſtria viuunt in terra: in diuerſis regionibꝰ diuerſa: piſces in aqua, aues in aere. Et, vt quibuſdã phyſicis placet (niſi ſit commentum) ſalamandra viuit in igne.

¶ Tertia

[3. Conclu.] ¶ Tertia concluſio huius articuli eſt. Spherarũ celeſtium (citra ſupremã) q̃libet eſt in ſibi proxime ſuperiori tanq̃ in loco, puta luna in venere: venus in mercurio: mercuriꝰ in ſole: ſol in marte: mars in ioue: iupiter in ſaturno: & ille in octaua ſphera. Vel ſi vis loqui de loco adequato circũquaq;, ſol eſt inter mercurium & martem, & proportionabiliter de alijs. Concluſio eſt manifeſta, q̃ ſi elementa ſunt in ſuis locis naturalibus, & corpora celeſtia ſunt corpora mobilia, nulla eſt ratio cur negemus, illa eſſe in ſuis etiã locis naturalibus: ſiquidem oĩa ordine naturali ſunt diſpoſita, & vbicũq; res a natura eſt collocata, illa cẽſenda eſt ſedes eiꝰ naturalis. ¶ Tametſi Cõmen. hic cõmẽto. 45. neget ſpheras celeſtes, nõ ſolũ ſuperiorẽ, ſed etiã alias eſſe in loco de per ſe: eo ꝙ mobile (inquit) circulariter non indiget per ſe loco, in quo moueatur (vt patet ſm Ariſt. de primo mobili) ſed motus rectus elementorũ indiget loco a quo & ad quem fiat. At q̃uis motus circularis non indigeret loco in quo fiat, puta ſuperficie circũſtante, nihilominus quelibet ſphera facta eſt in ſua naturali diſtantia a cẽtro mũdi. Et p̄terea q̃ orbes planetarũ mouentur motu diurno ad motũ primi mobilis: qđ fieri nõ poſſet, niſi ordine certo naturali locarentur ſub illa. ¶ Vñ ad tertium principale argm̃ rñdetur: ꝙ orbes celeſtes nõ ſunt in ſuis locis naturalibꝰ ꝑpter neceſſitatem conſeruationis, ſicut elementa & mixta, ſed quia ſecundũ ordinem & dignitatem perfectionis naturalis, ſuam quiſq; ſedem ſortitus eſt.

[4. Cõclu.] ¶ Quarta cõcluſio. Primũ mobile nõ eſt in loco per ſe. Cõcluſio pariter eſt Ariſto. tex. p̄ſenti. 46. eſt tñ in loco in potẽtia ſm partes, vt tex. 45. premiſerat. Cõmentator. tex. 43. de loco prime ſphere quatuor enarrat opiniones.

[Quatuor opiniões.] Prima opinio eſt Philoponi dicẽtis, primã ſpheram eſſe in vacuo circũſtãte illã, tanq̃ in loco. Id tñ expreſſe eſt cõtra Phi. qui. 1. cap. huius libri ex profeſſo probat, locũ eſſe quid poſitiuũ, nam eſſe in aliquo, dicit eſſe in illo tãq̃ in receptiuo. ¶ Alexander dixit propterea, primã ſpheram non eſſe in loco: nec mouetur loco, ſed in ſeipſa. At vero cum neceſſitas loci ſit propter neceſſitatem motus, fit, vt eo mõ quo vnaq̃q; res mouetur, ſit in loco: & cũ prima ſphera ſm Ariſt. ſit mobilis circulariter, ſequitur, ꝙ ſit in loco. ¶ Propter hoc Auicẽna dicit, ꝙ motus prime ſphere nõ eſt ad locũ, ſed ad ſitum partium. ¶ Sed neq; hoc ſatis eſt dicere: nã cum ſitus importat ordinem partiũ in loco, vt vna pars ſit ad vnã dr̃iam poſitionis, & alia ad aliã, fit vt nõ poſſint partes mutare ſitum, niſi mutẽt locũ, vt pars q̃ mõ eſt in oriente, ſit poſtea in occidẽte. ¶ Abẽpache ait, ꝙ locus prime ſphere eſt ſuperficies conuexa ſphere inferioris ſibi proxime, ſuper quã mouetur. At ſicut locus elemẽtorũ eſt ille, ad quẽ recte mouentur, ita locus celi ſit ſuperficies, ſuper quã mouetur. Hec tñ opinio manifeſte contradicit ſuppoſitioni illi, quã Ariſ. tex. 30. ex cõmuni phorũ conſenſu ſtatuit, vl;, ꝙ locus eſt illud, qđ primum circuit, et ambit locatũ. ¶ Opinio Cõmentatoris eſt, ꝙ prima ſphera eſt in loco per accidẽs, vl; in cẽtro mundi, circa qđ mouetur. Ait enĩ ꝙ orbes celeſtes nõ per ſe, ſed per accidẽs rõne cẽtri habent eſſe quodã mõ fixum, vt. ſ. nec plus nec minus diſtent ab illo, ꝑpterea rõne illius ſunt in loco. Sed re vera & S. Thom. & alij expoſitores merito dicunt hanc opinionem eſſe ridiculã. Nam primo eſt cõtra diffinitionem Ariſt. dicentis, locũ eſſe vltimũ cõtinẽtis. Itẽ orbes celeſtes nõ habẽt a centro terre, vt nec plus nec minus diſtẽt, ſed natura ſua, vt ſint, vbi ſunt. Et dato ꝙ celi dicantur fixi per reſpectum ad centrum, illud tñ nihil facit ad rõnem loci: alias diceres, ꝙ axis plauſtri eſt locus rote. Et preterea q̃ Ariſt. nuſq̃ dixit, vnã rem eſſe in loco per accidens ratione alterius, niſi qñ eſt in altera, & altera eſt in loco: ſicut aĩa ratione corporis eſt in loco: celi vero nõ ſunt in cẽtro, cũ cẽtrum ſit a celo prorſus alienum.

[Opinio Ariſt.] ¶ Opinio ergo Ariſto. vt ait S. Tho. eſt quã exponit Themiſtiꝰ. Ad cuius euidẽtiam notandũ eſt, ꝙ Ari. ſolum poſuit octo ſpheras. ſ. ſeptẽ planetas, & primũ mobile. Alij poſtmodũ inuenerũt nonum mobile. Alij adhuc ſuſpicantur eſſe decimum, de quo hic nihil definimꝰ. Chriſtiani autẽ ſupra primum mobile ponunt celum fixũ: qui eſt locus beatorũ, qđ ſm rei veritatem eſt locus primi mobilis: & ſi ita crederet Ariſto. nihil fuiſſet anxius de loco prime ſphere. S; q̃ prima ſphera ſm ipſum mouetur, & motus intelligi nequeat ſine mutatione loci totius, aut partium, ſolicitus fuit querere locũ primi mobilis. Atqui, ſi locus eſſet dimenſiones ille coextenſe corpori locato penetratiue ſe habẽtes cum illo, nulla itidem eſſet difficultas: ſed q̃ locus eſt terminus cõtinentis, & ſupra primum mobile in via Ariſt. nihil eſt, queritur locus, ſm quem tale mobile mouetur. ¶ Ad qđ reſpondetur in via Ariſt. eo mõ, p̄mũ mobile eſſe in loco, quo mouetur localiter: & q̃ non mutat locum ſm ſe totum, ſed ſm partes, vt ea que nunc eſt in oriente, poſtea ſit in occidente, fit, vt nõ ſit in loco ſm ſe totum, ſed ſm partes. Quod ſi queras de locis partium: reſpondet Ariſt. a tex. 43. vſq; ad. 46. ꝙ vna pars cõtinui eſt locus alterius, nõ locus in actu, quia non eſt actu diuiſa ab illa, ſed in potentia. ſ. q̃ ſi diuideretur ab illa, manente vbi eſt, eſſet in ea, tanq̃ in loco in actu. Vnde ſi diuidas primum mobile ſm circulum, ſicut radij plauſtri diuidũt rotam, intelliges, ꝙ in loco, vbi nunc eſt vna pars, poſtea ſuccedit alia: ſicuti in rota vbi nunc eſt radius vnꝰ, deinceps ſuccedit alius. Niſi ꝙ illic partes non ſunt diſcontinue. ¶ Qđ ſi arguas. Primũ mobile mouetur per ſe, & mouetur ratione loci: ergo eſt in loco per ſe, & nõ ratione partium. Negatur cõña, q̃ licet per ſe moueatur. i. non ab alio, nihilominꝰ nõ mutat locũ niſi rõne partiũ. ¶ Sed arguitur ſcđo. Nobiliſſimo corpori debetur nobiliſſimus modus eſſendi in loco: ſed ille eſt, eſſe in loco in actu ſm ſe totũ: ergo ille cõuenit primo mobili. Negatur minor, immo eſſe in loco in actu, dicit imperfectionem, puta contineri ab alio: & perfectius eſt, vt primum mobile a nullo cõtineatur, ſed vt omnia contineat. ¶ Hinc demum ſequitur, ꝙ nec totum vniuerſum eſt in loco ſm ſe totum, ſed ſm partes. Diuerſimode tamen q̃ primũ mobile: nam in vniuerſo ſunt partes diſcõtinue exiſtẽtes in locis actualibus, vt ſphere celeſtes intra primam. Et elementa & mixta.

[Arti. 2. de loco angelorum.] ¶ In articulo ſecũdo dicere ſtatuimus vnũ verbũ de loco angelorum: nõ ꝙ res

theologica ſit hic exacte tractāda, ſ ꝫ ꝙ phi huiꝰ
tēpeſtatis imponunt hic. S. Thome, quod ipſe
nunꝗ̄ ſomniauit. Primum oīm cum angelus ſit
indiuiſibilis, fuerunt qui crediderint, eſſe nō poſ
ſe, niſi in pūcto. Hos S. Tho. 1. p. q. 52. arti. 2. igno-
rantie arguit: nam punctū ⁊ angelus nō ſunt in-
diuiſibilia eadem rōne: punctū enim habet poſi
tionē in cōtinuo, cuius partes aut terminat, aut
ꝯtinuat tanꝗ̄ principiū quātitatis: angelus aūt
eſt omnino extra genus quantitatis potēs in lo-
co extenſo operari: ⁊ per ꝯñs eſſe valens in loco
extenſo. Unde concluſio eius illic arti. 1. eſt hec.
Angelo conuenit eſſe in loco: equiuoce tñ ꝗ̄ cor-
pus: corpus enim eſt in loco, qꝛ applicatur loco
ſm̄ cōtactum quātitatis: angelus vero per appli
cationē ſue virtutis. Unde angelus nec proprie
cōtinet, nec circūſcribitur, nec cōmenſuratur lo
co, ſicut corpus, ſed eſt quodā modo ſicut aīa in
corpore: vt ſicut aīa nō cōſeruat, nec dependet a
corpore, ſed illud potiꝰ tanꝗ̄ forma cōtinet, ⁊ cō-
ſeruat: ita ⁊ angelꝰ non cōtinet, ſed potius conti-
net, ⁊ cōſeruat locū: licet ipſum nō informet. Hāc
ſententiā S. Tho. qui a limine doctrinam eius ſa
lutant, male calūniant: imponentes illi, ꝙ nega-
uerit angelos eſſe in loco quantū ad ſuā eſſentiā
⁊ ſubſtantiā, ſed ſolū dixerit, operationē angeli
eſſe in loco, angelum vero non. Quod dicūt eſſe
condēnatum quodā articulo epī Pariſiēſis: qui
ſic habet, ꝙ angelus quantū ad ſuam eſſentiam
⁊ ſubſtātiā nuſꝗ̄ eſt, error. At vero S. Tho. nō ne-
gat, ſubſtātiā angeli vere eſſe in loco: ſed illa fuit
opinio quedā, quā inter quatuor, tertiam recitat
Durand. 1. ſen. d. 37. art. 1. ¶ Inprimis nullus hoc
debuit negare: nā poſtꝗ̄ angeli creati ſunt ī mū-
do, neceſſe eſt vt ſint in illo. Ut enim ait magiſter
2. ſen. diſt. 2. ꝗ̄ primum creatum eſt celum empy-
reum, repletū eſt angelis. Item Luc. 20. videbā
Sathā, ſicut fulgur de celo cadentē: ⁊ Luc. 1. Miſ
ſus eſt angelus ad Mariam. Et in celo ſunt ange
li in cōſpectu Dei videntes faciem eius: Matth.
18. Aliaꝗ̄ id genus plurima ſunt in ſacra ſcriptu-
ra: quibus manifeſte comprobatur, angelos eſ-
ſe in loco. Et Ariſt. poſuit intelligentias applica
tas orbibꝰ, quos mouēt. ¶ Et ꝙ hec fuerit ſenten
tia S. Tho. patet. Primo qꝛ probat illic ſuam con
cluſionem ex illa collecta, Angeli tui ſancti habi
tantes in ea. Item quia propterea dicit, angelū
applicari loco per ſuam virtutem, quia requirit
preſentia ipſius ſubſtantie angeli ad hoc, ꝙ ope-
retur in loco, vt latius ipſe id probat quol. 6. arti.
2. Et 1. p. q. 113. arti. 6. ad 3. dicit, ꝙ angeli cuſtodes
aliquando nos deſerūt: ſed quādo periclitamur,
velociſſime deſcendunt. Non ergo dubitat, quin
angelus quantum ad ſuam ſubſtantiam ſit in lo-
co. Sed ait, ꝙ ratio per quā applicat loco eſt ra-
tio virtutis ad operandū. ¶ Eſt enim de hoc opi-
Opinio triplex. nio triplex. Una eſt Durādi loco citato, ꝙ angelꝰ
eſt in quocūꝗ̄ loco pōt operari, licet actu nō ope
ret: neꝗ̄ vbi operat, habet aliā preſentiā, ꝗ̄ vbi
non operatur: preterꝗ̄, ꝙ apparet illic eius effe-
ctus, qui nō apparet alibi. Et ita cōſequenter cō
cedit, ꝙ angelus eſt vbiꝗ̄, ſicut Deus, niſi ꝙ non
poteſt ſimul operari in oībus locis ſicut Deus.
Opinio hec eſt periculoſa, vt loco citato ſupra
S. Tho. late diſputauimus: negat enim motꝰ an-
gelorum. ſ. quō deſcendant, ⁊ veniant, ⁊ recedāt,
quia ſm̄ illum nullum locum deſerunt, nec de no
uo acqrūt, ſ ꝫ ſolū ſm̄ apparētiā effectus. ¶ Scot.
2. ſen. diſt. 2. q. 6. dicit ꝙ non opus eſt querere per
quid angelus eſt in loco: nam per ſuā eſſentiā ha
bet ipſe potentiā eſſendi in loco, licet non depen
deat, nec conſeruet a loco, ſicut corpus. Scotum
ſequuntur Noīales oēs. ¶ At cōtra hanc opinio-
nem eſt argm̄: qꝛ profecto non reſpondent ad pū
ctum difficultatis: nam qñ dicimus, angelū eſſe
in loco per aliquid, ly per, poteſt dicere virtutē
⁊ potentiā ponēdi ſe in loco, aut rationē ꝑ quam
actu eſt in tanto aut tāto loco: nos non negamꝰ,
quin per ſuam eſſentiā habeat potentiā eſſendi
in loco: ſed percōtamur, per quid ſe ponit in tan-
to aut tali. Exēpli gratia, in corporibus, qꝛ quāti-
tas eſt ratio eſſendi in loco, nō poteſt corpus pe-
dale eſſe niſi in loco adequate pedali nec maiori
nec minori: ⁊ circulare, in circulari: ⁊ quadratū,
in quadrato ⁊c. Et quāuis ego ex voluntate mea
poſſim mutare locum, tamen non poſſum eſſe ni
ſi in tāto loco adequato ⁊ eiuſdem figure, cuius
eſt corpus meum. Cum ergo angelus ex arbitrio
ſuo poſſit eſſe in puncto, ſi vult, ⁊ in loco pedali ſo
lum, ⁊ in decupedali vſꝗ̄ ad maximum in quo po
teſt (quia cum ſit finite eſſentie, non poteſt eſſe in
loco infinito) ⁊ poteſt eſſe in loco circulari, aut in
quadrato, aut cuiuſcunꝗ̄ alterius figure: queri-
tur ratione cuius eſt in tanto, aut tāto loco, ⁊ nō
in maiori nec minori, aut alteriꝰ figure: nam ſub-
ſtantia indifferens eſt ad quēcunꝗ̄ locum citra
maximū. Quod ſi dicas, quia vult, ſolū das cau-
ſam, quare ſe ponit, ſed nō rationē, per quā ſe po-
nit: aliud eſt velle ſe ponere, atꝗ̄ aliud ſe pone-
re. ¶ Concludit ergo S. Tho. ꝙ ſicut quātitas eſt
corpori, ratio, per quam eſt in tanto, aut tali cor-
pore: ita in angelo ratio, per quam eſt in loco pe
dali, aut circulari, aut triāgulari, ⁊ non in maio-
ri vel minori, aut alterius figure eſt, quia appli-
cat ſuā virtutē operatiuā (que eſt quedā quanti-
tas virtutis) ad operandum in tali loco, ⁊ non in
alio. Hec autem operatio non eſt neceſſe vt ſit ali
qua operatio tranſiens, vt calefactio aut motio
loci (licet ⁊ hec poſſit eſſe) ſed ſatis eſt, ꝙ illum cu
ſtodiant, ſicut angeli cuſtodes prouinciarū, aut
illi preſideant. Angeli enim nō mutant locum, ni
ſi propter aliquē finem. ¶ Et qꝛ res indiuiſibilis
in loco eſſe non pōt diuiſibili, quin ſit in qualibet
eius parte, ita eſt quantū ad hoc, angelus in lo-
co, ſicut anima in corpore, ſecluſa informatione.
Et profecto articulus Pariſiēſis non ſolū nō eſt
cōtra S. Tho. ſed eſt opinio S. Tho. Habet enim
ſic, ꝙ ſubſtantia angeli non eſt in loco, error: ſed
ſi intelligatur, ꝙ ſubſtātia non eſt ratio exiſtendi
in loco, ſed operatio: verum. ¶ Sed arguitur con
tra. Nōne Deus imperio ſuo pōt vi tenere vnum
demonē inuitū in loco quo ipſe voluerit rēnuen-
te angelo, aut nullū prorſus actū intellectus aut
voluntatis habente? Profecto non dubito, quin
Deus poſſet illud facere: ſicuti anime in inferno
inuite detinent: ⁊ S. Tho. nō loquitur, niſi qñ an-
gelus ſua volūtate ſe ponit in loco. Uñ qñ creati
ſunt angeli, nō ſe poſuerunt in loco per ſuas ope
rationes: ſed in illo primo inſtanti creati ſunt in
locis, quibus Deus voluit. At ne in rē theologi-
cā profundius labamur, de hoc ſatis. Qđ autem
angeli determinēt ſibi certas quantitates loco-
rū in quibꝰ ſint, nō eſt hic examinandum, ſed ſup
ponendum: eo ꝙ ſunt finite eſſentie ⁊ virtutis.
¶ Unde



Eſſe in loco circūſ. ⁊ deſi. ¶ Vnde pro materia quarti ar-
gumenti principalis notandū eſt, vt̄r apud phos
dupliciter accipi, eſſe in loco. ſ. circūſcriptiue, ⁊
diffinitiue. Circūſcriptiue, vt colligitur ex diffini
tione Ariſt. eſſe in loco eſt commēſurari loco, ita
vt totū ſit in toto loco, ⁊ pars in parte, vt tantus
ſit locus adequate, quātū eſt locatum. Eſſe tñ in
in loco diffinitiue Gabri. 2. ſentent. diſt. 2. q. 2. quē
Noīales oēs imitant, ait, qđ eſſe in loco diffiniti
ue eſt, eſſe totū ī toto loco, ⁊ totū in q̄libet parte:
ſicuti aīa eſt in corpore, ⁊ angelꝰ in loco. ¶ At ꝓ-
fecto neſcio vnde iſti diffinitionē hanc colligere
potuerūt: nā ſm̄ eos corpus quod eſt in loco cir
cunſcriptiue, non eſt diffinitiue (⁊ ita ipſi conce-
dunt) cum tamē manifeſtum ſit, ex nomine ipſo,
diffiniri loco, ꝙ nō ſolum angeli ⁊ anima diffiniū
tur loco, ſed ⁊ corpora, immo potius corpora. vt
expreſſe ait Magiſter ſent. in eadem. 2. diſt. quam
ipſi exponunt. Etenim rem diffiniri loco, idē eſt
ꝙ finiri ⁊ coarctari loco. Unde ſi exactā ſpectas
deſcriptionē, eſſe diffinitiue in loco eſt taliter eſ-
ſe in loco, vt ex natura rei ⁊ modi exiſtēdi illic re-
pugnet naturaliter ſimul eſſe extra illum locum,
Deſcriptio hec colligitur ex nomine ipſo, diffini
1. Corl. ri, nā ex noīe ſumitur deſcriptio rei. Ex quo ſequi
tur: ꝙ eſſe diffinitiue in loco, eſt ſuperius adeſſe
circūſcriptiue: vt quicquid ſit circunſcriptiue, ſit
2. Corl. diffinitiue: ⁊ non ecōuerſo. ¶ Sequitur ſecundo,
ꝙ eſt impertinens, vt res ſit diffinitiue in loco, ꝙ
ſit in qualibet parte loci, nec ne: ſi enim angelus
eſſet in loco pedali, taliter, vt ex natura exiſtendi
illic repugnaret eſſe in alio loco, l ꝫ nō eſſet ī q̄li-
bet parte illius pedalis, eſſet diffinitiue in loco.
Et ecōuerſo: licet eſſet in qualibet parte illius, ſi
ex natura ſua non repugnaret eſſe alibi, non eſ-
3. Corl. ſet diffinitiue in loco. ¶ Sequit tertio cōtra iſtos,
ꝙ anima nō eſt diffinitiue in pede, licet ſit in qua
libet parte pedis: quia non coarctatur pede, cū
ſit ſimul in capite: ſed eſt diffinitiue in toto corpo
re, cum repugnet ſimul eſſe extra illud: ⁊ ideo ad
motum totius pedis nō mouetur anima: niſi mo
ueatur totum corpus. Neꝗ̄ angelus eſt diffiniti
ue in parte loci ſui, ſed in toto. ¶ Sequitur quar-
4. Corl. to (quod eſt maximum argm̄ cōtra eos) ꝙ Deus
non eſt in mundo diffinitiue, cuius cōtrariū ipſi
debent cōcedere: cum ſit in mundo ⁊ in qualibet
eius parte. Qđ re vera male ſonat: nam diffiniri
mundo, eſt cōprehendi, cōtra illud. 3. Reg. 8. Celi
celoꝝ capere te nō poſſunt: non eſt ergo diffiniti-
ue in mundo, quia nō repugnat nature ſue, ſimul
eſſe in alio loco, ⁊ in infinitis locis. ¶ Sequit de-
5. Corl. niꝗ̄ quinto ꝙ corpus Chriſti in ſacramento alta
ris nō eſt diffinitiue (vt ait S. Tho. 3. p. q. 76. art. 5.
ad primum) tametſi totum ſit in tota hoſtia, ⁊ to-
tum in qualibet eius parte: quia modo exiſten-
di in ſacramēto nō repugnat ſimul eſſe in alio lo-
co: cōſecrata. n. vna hoſtia non eſt nouum mira-
culum, ꝙ ſit ſimul in alia: in celo autem eſt diffini
tiue, qꝛ repugnat naturaliter ſimul eſſe illo mō
in alio loco. S ꝫ de hoc in. 3. ſen. ¶ Ut ergo ad pro-
poſitum reuertamur, forſan eſt diſputatio de no
mine, an ſimpliciter ⁊ abſolute cōcedendū ſit, an
gelum eſſe in loco: nam eſſe in loco, dicit eſſe tāꝗ̄
in menſura: quemadmodum eñ nō ſufficeret, vt
quis eſſet veſtitus, ꝙ haberet veſtē in manu, ſed
requiritur, ꝙ ſit circumamictus veſte, ita forſan
non ſufficeret apud Ariſto. vt angelus eſſet in lo
co, ꝙ eſſet preſens loco etiam per operationem.
Et hoc forſan inſinuat S. Tho. cum dicit, ꝙ ange
lus eſt in loco equiuoce ad corpus. Nihilominꝰ
poſſumus ſimpl'r cōcedere, ꝙ angelꝰ eſt in loco,
⁊ mouet localiter, ſiquidē in ſacra ſcriptura dicū
tur eſſe in celo, ⁊ deſcēdere in terrā. At vero quia
ſunt incorporei, non dependent a loco, ſed natu-
raliter poſſent eſſe tam in vacuo, ꝗ̄ in pleno: qua
re mundus non eſt propter eorum indigentiam
conditus, ſed propter noſtram.

¶ In tertio articulo propter im- Arti. 3.
portunitatē phorū huius tēporis dubium eſt, an
ſupranatural'r poſſit Deus idem corpus, aut eun
dem angelū in diuerſis locis ſimul ponere: qꝛ na
tural'r nō eſt poſſibile, niſi ſicut angelꝰ ⁊ aīa eſt in
qualibet parte eiuſdē loci. S. Tho. quol. 3. arti. 2.
dicit implicare cōtradictionē, idem poſſe eſſe in
diuerſis locis circunſcriptiue. Et in. 4. d. 44. q. 2.
arti. 2. dicit, ꝙ illud Deus nō poteſt facere. Scot.
in. 4. ſen. d. 10. cui Noīales adherent, dicit cōtra-
rium. Ratio iſtorū eſt, qꝛ quicquid nō implicat cō
tradictionē, Deus poteſt facere: ſed illud nō im-
plicat: ergo. Argm̄ iſtud, vt eſt vniuerſaliſſimum
in multis materijs, ita certe non eſt magni pon-
deris. Nam ſi implicatio cōtradictionis accipia
tur (vt lib. 3. q. vlti. expoſuimus) pro eo cui intelle
ctus ſuapte natura repugnat aſſentiri, certe mul
ta ſequuntur corollaria poſita eadem re in duo-
bus locis, que intellectui repugnare videntur:
⁊ multo certe plus, ꝗ̄ ꝙ manēte patre ⁊ filio poſ-
ſit Deus relationes illas diſtinctas corrūpere.
Qđ tñ Scot. negat eſſe poſſibile. ¶ Ratio S. Tho.
in cōtrarium, fundat in ſignificatione huius, qđ
eſt eſſe in loco circūſcriptiue aut diffinitiue: nam
diffiniri eſt limitari ⁊ coarctari loco: repugnat
ergo ꝙ iſta res ſit limitata hoc loco, ⁊ ſimul ſit in
alio. Et re vera ſtando in rigore nominum mani-
feſta eſt repugnantia: nam limitari hoc loco di-
cit negationem. ſ. non eſſe extra. ¶ At vero non di
ſputando de nomine dubiū eſt, an poſſit me Deꝰ
ſimul ponere hic ⁊ Rome: ſiue dicar tunc eſſe cir
cūſcriptiue, ſiue non. Preſertim qꝛ tunc ſatis eſ-
ſet, vt eſſem hic circunſcriptiue, ꝙ ex modo exi-
ſtendi hic repugnaret naturaliter eſſe alibi: cum
quo ſtat ſupranatural'r eſſe alibi. Et ꝙ hoc Deus
poſſit facere, non eſt mihi tm̄ argm̄, illud qđ feci-
mus modo, ꝗ̄ id qđ ex fide ſacramenti altaris eli
cere poſſumus. Corpus Chriſti eſt in pluribꝰ ho-
ſtijs cōſecratis (vt dictū eſt) poſſet ergo ſi vellet,
in hoſtia oſtēdere corpus ſuum, aut aliquā eius
particulam, ⁊ tunc eſſet circunſcriptiue in duo-
bus locis, puta in hoſtia ⁊ in celo: vel in diuerſis
hoſtijs ſi in diuerſis oſtēderet digitum. Bene vi
deo, ꝙ negāri nō poteſt demonſtrari, Deū id poſ
ſe facere, ſed nihilominus poſtꝗ̄ fides oſtendit,
idem corpus eſſe in duobus locis, facile intelli-
gi poteſt, quō id etiā poſſit facere circumſcripti-
ue. ¶ Item poteſt duo corpora ⁊ infinita ſimul po
nere in eodē loco: ergo per oppoſitū idē corpus
in diuerſis locis ⁊ in infinitis, ſi eſſe poſſent infi-
nita loca actu diuiſa. ¶ Et tertio qꝛ poſtꝗ̄ anima
mea eſt in capite ⁊ in pede, videt, ꝙ abciſo pede
poſſit animam in corpore ⁊ in pede conſeruare,
⁊ angelum qui eſt in lapide pedali, ⁊ in qualibet
eius parte, poſſet diuiſo lapide in duas medie-

 tates

tates ſeruare in vtraq;. Quod ſi hoc pōt, videtur etiam, ꝙ poſſit idem corpus in diuerſis locis ponere. Nec forſan voluit negare S. Tho. niſi ꝙ ſtando in rigore circumſcriptionis non poteſt idem corpus eſſe in duobus locis circūſcriptiue. Et ꝑterea qꝛ illud nō dixit repetendo in ſumma, vbi proprias opiniones, atq; vltimā voluntatem te-
**Ad q̄ntū.** ſtatus eſt. ¶ Unde ad quintū principale argm̄ reſpondetur, ꝙ q̄uis naturaliter vnaqueq; res, eo ꝙ eſt vna, vendicat ſibi vnum locum, nō tm̄ repugnat, quin ſupranaturaliter poſſit Deus eādē rē ponere in diuerſis locis: ſicut duo corpora ponit in eodē: ⁊ quantitatē que ex natura ſua requirit locum diuiſibilē, ponit Deus in puncto, vt patet de corpore Chriſti in ſanctiſſimo ſacramento. ¶ At vero admiſſa iſta opinione videntur mirabilia corollaria ex illa inferri. Puta ꝙ poſſit idē corpus eſſe in vno loco calidum ⁊ in alio frigidū, cū tm̄ caliditas ⁊ frigiditas repugnēt in eodē ſubiecto: ⁊ poſſet in vno currere, ⁊ in alio ſedere: ⁊ in vno viuere, ⁊ in alio mori: ⁊ ſimilia alia. ¶ Que vt oīa facile diſſoluas, has propoſitiones accipito. Prima. Si nullum aliud nouum miraculum ponat, ꝑterq; ꝙ res vna ponat in duobus locis, vniuerſa accidentia ⁊ predicata que cōueniūt illi in vno loco, cōueniunt in alio, ⁊ ecōuerſo, preter relationes ad locum. Quod addiderim, qꝛ hic eſſet prope Tormes, Pariſijs vero prope Sequanam, ⁊ Rome prope Tiberim: at ſi hic eſt album, vbiq; erit albū ⁊ nō nigrū: ⁊ ſi hic eſt calidū, pariter Rome eſt calidū ⁊ non frigidū: ⁊ ſi hic ſedet, illic non mouetur ⁊c. Propoſitio manifeſta eſt, qꝛ res illa ſe habebit, vt fert natura rei, ac ſi eſſet in vno loco. ¶ Hinc ſequitur, ꝙ ſi hic Petrus applicaretur igni, ⁊ illic niui, ita vt agentia hec eſſent equalis actiuitatis, nec ignis caleſaceret Petrum, nec nix frigefaceret, ſed impedirent ſe: ſiquidē nituntur agere circa idē ſubiectum: qđ tm̄ non pōt recipere q̄litates contrarias, ſed tm̄ ſi ignis eſt maioris actiuitatis caleſaciendo hic Petrum, erit Rome Petrus calidus.
*2. propo.* ¶ Secunda propoſitio. Poſito nouo alio miraculo, nēpe vt ſuſpenderet Deꝰ actionem, ne calor corrumperet frigiditatē, poſſet hic Petrus eſſe calidus ⁊ illic frigidus: ⁊ a fortiori hic albꝰ, ⁊ illic niger: hic veſtitus, ⁊ illic nudus: ⁊c. Probatur concluſio: qꝛ poſtq; calor ⁊ frigus ſunt res diſtincte, ⁊ vtrunq; diſtinguitur a Petro, poteſt Deus Petrum qui eſt hic, ponere ſimul Rome non ponēdo illic calorē, aut albedinem, aut veſtē, q̄ hic habet: et pariter nō ponēdo hic accidētia, q̄ illic habet. Caeterū re vera eſt creditu difficile ꝙ calor ſit in Petro, ⁊ ego tangā Petrū Rome, ⁊ nō tangā illic calorē, nec me caleſaciat.
*3. prop.* ¶ Tertia concluſio. Si ſint predicata: quorū vnū includit negationē alterius, Deꝰ nullo mō pōt facere, vt ſimul illi cōueniant. Nēpe eſſe non pōt vt in tali caſu Petrus ſit calidꝰ ⁊ nō calidus, albꝰ ⁊ nō albꝰ, ſed erit tunc ſimul calidus ⁊ frigidus in diuerſis locis. Nec ſimpliciter pōt eſſe cecus ⁊ videns, nec quieſcens ⁊ currens. Profecto credere nō poſſem, ꝙ Petrus hic moueat pedes, quos ſimul habet ligatos Rome: ⁊ ꝙ aperiat hic oculos, ⁊ illic non moueātur palpebre. Quāuis forſan poſſet hic habere oculos, ⁊ illic non: ſicut habere hic albedinem, ⁊ illic non: ſed tunc nō eſſet dicendum ꝙ eſt ſimpliciter cecus, poſtq; eſt videns: ſʒ cū addito, ꝙ non eſt Rome vidēs. Nec poſſet hic eſſe infirmꝰ, ⁊ Rome ſanus: nā infirmitas dicit diſproportionē humorū. Neq; a fortiori hic mori, ⁊ illic, non. ¶ Sed ait Sophiſta, quid ſi inde veniret in Hiſpaniam, ⁊ hinc pergeret Romam per eandem lineam. Utrum in puncto vbi ſibi eſſet obuius, impediretur motus, ſicut ſi duo homines inuicem occurrerent. Reſpōdetur manifeſtum eſſe, ꝙ nulla eſſet obuiatio, nec impedimentum motus, cum non ſint due res: ſed eſſet tunc Petrus in vno tantum loco. Hec autem ludicra ſunt ⁊ nenie.

Tex. lxxj. ſimiliter aūt & vacuū aut plenū &c.

## Quæſtio tertia.

VTRVM SI QVID MOVEretur per vacuum, moueretur in inſtanti.

QVæſtio hæc quia conditionalis eſt, videtur innuere non eſſe poſſibile vacuum. A parte ꝗ affirmatiua illiꝰ quod ſupponitur argr̄. Si vacuum non eſſet poſſibile, nihil ad phyſicū attineret, de vacuo diſputare: contrariū autē affirmat Ariſt. tex. 50. ergo vacuū eſt poſſibile. ¶ Scđo argr̄. Uacuū eſt locus nō repletus corpore, vt habet in eiꝰ diffinitione text. 60. ergo vacuū eſt: a ꝓpoſitione de, eſt, tertio adiacente, ad propoſitionē de, eſt, ſecūdo. ¶ Tertio ad idē principal'r argr̄. Si vacuum non eſſet, aut motus localis nō eſſet poſſibilis, aut eſſet penetratio dimenſionum, aut re vna mota, cūcta mouerentur vſq; ad celum, vt Xuthus phus text. 79. dicebat. Hec autem abſurda ſunt: ergo vacuum eſt poſſibile. Quod ſi reſpondeas cum Ariſt. tex. 62. ⁊ 84. motū localem fieri per hoc, ꝙ partes aeris vel aque per quas res mouetur, alie condenſantur, ⁊ alie rarefiunt, eſt profecto magnū argm̄ qn̄ maxima ventorū copia cōmouetur, ꝙ nō poſſit eſſe tāta aeris cōdenſatio, vt hmōi ventis locū relinquat: idem eſt, qn̄ eſt maxima copia nubiū ⁊ pluuiarum. ¶ Et confirmatur. Sine vacuo non eſt poſſibilis rarefactio aut condenſatio: ergo. Probat añs. In rarefactione, nulla eſt materie acquiſitio: eſt tm̄ acquiſitio maioris dimēſionis, per hoc ꝙ partes ab inuicē diſtātius ſeparātur: ⁊ eadem ratione in cōdēſatione nihil deperditur materie, ſed partes eiuſdē materie propinquiores ſibi fiunt, vt ex Ariſt. hic text. 84. manifeſtum eſt: ꝙ aūt partes eiuſdē corporis magis minuſve elongēt ſine alicuius materie acquiſitione vel amiſſione, vix eſt intelligibile: niſi in rarefactione vacuitates aliq̄ reſtent inter partes: q̄ poſtea in cōdenſatione replent (vt leuitas in raro, ⁊ grauitas in denſo teſtari videntur) ergo vacuum eſt ponendum. ¶ Quarto principaliter arguitur. Si vacuū, rerū nature repugnaret, ſequeret, ꝙ nec per potentiā Dei ſupernaturalem poſſet dari vacuū: ꝯñs eſt falſum: qꝛ nullam id implicat cōtradictionem: ergo ⁊ añs. ¶ Quinto principaliter directe a parte affirmatiua queſtionis arguit. Dato vacuo, mobile per ipſum moueretur ſine aliqua reſiſtentia: ergo moueretur in inſtanti: ꝯñia eſt nota, qꝛ propterea Deus pōt, quicquid vellet in inſtanti agere, qꝛ agit ſine reſiſtentia: ⁊ añs videt eſſe de intētione Ariſt. tex. 71. ⁊ infra: immo ⁊ cōcluſionē huius argumenti videtur illic ipſe ex profeſſo



profeſſo ꝓbare, vt in cōmētis late id expoſuimꝰ. ¶ In contrarium autē eſt ꝙ Ariſt. textu preſenti 71. negat vacuum: ⁊ illo admiſſo videt repugnare nature rei quante vt in inſtanti moueatur.

¶ Duos facimus quæſtionis huius articulos. In primo iuxta ordinē textus ſex cōcluſionibus explicamus, quidnā ſit vacuū, et an ſit impoſſibile. In ſecūdo rn̄detur ad titulum
**1. Conclu.** queſtionis. ¶ Circa primū articulū prima concluſio eſt in text. 50. Ad phyſicum pertinet de vacuo diſſerere. Probat: qꝛ cū vacuum a loco ſola rōne differat, eedē opiniones que verſantur de loco, verſantur de vacuo: ⁊ eiſdem rationibus quibꝰ antiqui perſuadebant ſibi dimenſiones ſeparatas eſſe locum. ſ. ratione motus perſuadebant illas quādoq; eſſe vacuum: nempe vt mobile ſine penetratione cū alio corpore ſe in illas reciper: ⁊ eiſdem rationibus quibus reprobatur vnū, reprobatur ⁊ aliud: vt in proceſſu Ariſto. preſertim
**Ad p̄mū.** tex. 65. apparet. ¶ Unde ad primū principale negatur ꝯñia: non em̄ phyſicus diſputat de vacuo, tanq; de re poſſibili: ſed quia contrariorum eadē eſt diſciplina, ⁊ vacuum opponitur quodā modo loco, priuatiue, eiuſdē phie eſt tractare de loco ⁊ vacuo, an ſit poſſibile: ⁊ q̇d illo dato cōtingeret.
**2. Conclu.** ¶ Secunda cōcluſio eſt in text. 57. Uacuum neutro iſtorū modorum bene diffiniebant antiqui. Uacuum eſt locus, vbi nihil eſt. Aut vacuum eſt locus vbi non eſt corpus graue aut leue. Antiq̄ em̄ nihil de ſp̄ualibus ſubſtantijs cognoſcētes, pro eodē ducebāt, alicubi nullū eſſe corpꝰ, ⁊ eſſe nihil: ⁊ cum vacuum eſt locus vbi nō eſt corpus, inferebant eſſe etiā locū vbi nihil eſt. Et rurſus nullum cognoſcentes corpus, niſi tangibile, qđ eſt graue aut leue, dicebant vacuū eſſe, vbicunq; non eſt corpus graue aut leue. Ambe autē diffinitiones per extremū peccant. Si. n. ſpatiū hoc totū infra cōcauū lune nihil aliud haberet q̄ angelos, eſſet profecto vacuū, qꝛ angelus nō occupat locū: ⁊ tm̄ diffinitio prima non conueniret, qꝛ vacuum tunc eſſet locus, intra quem eſt aliquid. Rurſus ſi eſſet locus (vt elicitur ex Phi. text. 58.) repletus corpore celeſti, aut alio corpore phyſico, quod non eſſet graue aut leue, conueniret illi ſecunda diffinitio, ⁊ tm̄ non eſſet vacuum: celum em̄ neq; eſt graue, neq; leue, nec tangibile: cum nō habeat qualitates primas, nec ſecūdas: neq; em̄ eſt calidū, neq; colloratū: ſed ſolum lucidum. Et q̄uis ſit quodā modo denſum ⁊ rarum, nam aſtrum dēſius eſt ſuo mō, q̄ reliqua pars orbis, tm̄ qꝛ illa denſitas non conſurgit ex quatuor primis qualitatibus, non eſt tāgibile: licet impediret ne aliud corpꝰ per ſe trāſiret ſed de hoc alias.
**3. Conclu.** ¶ Tertia concluſio que ſequit ex ſecunda in text.
**Diffinitio vacui.** 64. Eſt diffinitio vacui. Uacuum (ſi ſit) eſt locus non repletus corpore. Neoterici adijciūt, aptus natus repleri. Sed ſuperuacanea eſt hmōi particula: in hoc enim qđ dr̄ locus, includit, ꝙ ſit aptꝰ repleri corpore, alias non eſſet locus: ⁊ ꝑpterea ſtatim ſubdit Phi. punctum non eſſe vacuum: ex eo. n. punctū nō pōt repleri corpore, quia non eſt locus. ſ. t'mus continentis, ſed eſt indiuiſibile con-
**Ad. 2. p̄nc.** tinuatiuum partium eius. ¶ Añ ad ſcđm argm̄ negatur ꝯñia: vbi enim diffinitio predicat de diffinito, ꝯñia non valet a propoſitione de, eſt, tertio, ad ꝓpoſitionē de, eſt, ſcđo adiacēte: nō. n. ſequit, hō eſt aīal rōnale: ergo hō eſt: chimera eſt cōpoſitū ex impoſſibibiliꝰ: ergo chimera eſt: licet non ſit vtrobiq; rō eadē: nā vbi diffinitio dicit veram q̇dditatē, facit ſuppoſitionē naturalē: vt nō dicat exiſtentiā ſubiecti, ſed ꝯnexionē tm̄ p̄dicati cum ſubiecto: vt lib. 2. Sūmulaꝝ opinabamur: ⁊ ideo tales propōnes ſunt ꝑpetue veritatis. Ubi autē diffinitio nō dicit verā quidditatē, ly, eſt, accipit loco de ly, ſignificat, vt tm̄ valeat, vacuū eſt locꝰ ⁊c. ac ſi dicas, natura vacui exprimit ⁊ circumſcribitur, vt ſit locus ⁊c. Eſt em̄ diffinitio quid nōis: ob idq; Ariſt. cōditionaliter dixit vacuum (ſi ſit) ⁊c. ¶ Quarta cōcluſio text. 51. eſt huius tertie corollariū. Nō erat ad rē impugnatio Anaxagore, **4. Cōclu.** qua reprobabat vacuū, ꝓbando, ꝙ aer eſt aliq̇d: atq; adeo vbi eſt aer non eſſe vacuū: hec. n. ratio ſolū militat aduerſus eos q̄ aerē ꝑpter ſuā ſubtilitatem nihil eſſe exiſtimabāt. Idcirco qui impugnaturus eſt vacuum debet vniuerſaliter ꝓbare, nullū eſſe locum, vbi nō ſit aliqđ corpus phyſicum. Hec oīa in cōmētis ſatis habētur expoſita.

¶ Quinta concluſio eſt in text. **5. Conclu.**
86. (nō. n. neceſſe eſt ordinē ad vnguē textꝰ obſeruare,) Non eſt poſſibile vacuum aut ſeparatum aut ſimpl'r aut in raro. Ad cuius intelligentiam conſiderādū eſt, ꝙ vt de loco, ita ⁊ de vacuo ſunt varie opiniones: ob id ꝙ tripliciter pōt imaginari vacuū. Uno mō ſimpl'r, tenendo locū eſſe vltimū t'mum cōtinentis: vlʒ, ꝙ intra concauitatē alicuius loci nihil ſit prorſus corporale: neq; corpꝰ phyſicū (qualia in rei veritate ſunt oīa corpora) neq; dimēſiōes quātitatis ſeparate a ſubiecto: ſʒ eſſet quemadmodū erat ante creationem mūdi: vel nunc eſt extra celum. Et iſto modo nunc doctores diſputāt de vacuo. Cōijcio tm̄ ex Ariſt. nullū antiquoꝝ ita poſuiſſe vacuū intra vniuerſum. Tametſi aliq̄ eius rōnes militent aduerſus hoc quoq; genꝰ vacui. Scđo mō pōt intelligi eſſe vacuum, vt ſint dimenſiones quedā de gn̄e quantitatis ſeparate a ſubiecto: vt fides catholica ponit quantitatē in ſanctiſſimo ſacramento: ꝑterq; ꝙ nō eſſent capaces alicuius coloris, aut cuiuſcūq; phyſici accidentis: neq; haberent aliquam prorſus reſiſtentiā. Sed dicebāt illi, corpora phyſica penetratiue moueri per illas: ſicut corpora glorioſa mouebuntur per celum. Et has dicebāt eſſe locum, vt ſupra iam explicuimus: que cum haberent in ſe penetratiue corpus phyſicū, erāt locus plenus: cum autē omni corpore carerent, erant vacuū, Q̄ð proinde appellabant vacuum ſeparatū. i. abſtractū a corpore ⁊ extra corpora. Sumētes ad hoc argm̄ ex motu locali: vt in commēto. 53. explicuimꝰ. Hinc fit in quacunq; opinione locū ⁊ vacuū ſola ratione differre. Tertio mō
Democritus ⁊ eius ſequaces ponebant vacuum **Democritus.**
in poris intrinſecis corporū: puta dimēſiones illas ſeparatas abſq; corpore phyſico: vt quanto plus illarum eſſet vacuitatum, corpus eſſet rarius: et quanto minus eſſet denſius: vt in commento. 80. ⁊ 86. dictū eſt. Cōtra quos tres modos ponit Ariſt. vltem cōcluſionē negatiuā. ¶ Et quidem ꝙ nō ſit vacuū ſeparatum, probauit per totū caput octauum rōnibus vndecim: nēpe octo **Undecim rōnes.**
ſumptis ex motu locali abſolute: ⁊ tribus ſumptis ex velocitate motꝰ, q̄ in vacuo deberet eſſe īfinita. Primo. n. eo oēs tēdūt, ꝙ ſi entia natura-

 lia

lia non mouerentur ad locũ certũ ⁊ deſtinatum, qui eſſet tñs cõtinentis, quo ſuapte natura res cõſeruarentur, ſed mouerenť ꝑ vacuum ⁊ ad vacuũ (ſiue vacuũ acciperet ſimplr ſiue pro illis ſeparatis dimẽſionib⁹) nõ poti⁹ leuia mouerentur ſurſum, ⁊ grauia deorſum, ꝙ ecõuerſo: immo nec eſſet aliqua neceſſitas motuum naturaliũ: ſed eſſent quidem oĩa immobilia: ⁊ per ꝯñs neq; eſſent motus violenti, qꝛ non eſſet aer pellens, aut deferens rem proiectã. Permoleſtũ eſſet huc rurſus rõnes accerſere, que in commentis ſunt copioſe tractate. Alias vero tangẽtes velocitatẽ motus in vacuo: articulo ſequenti examinabimus. His adiecit tres alias rõnes cap. 9. Prima ſumitur ab experiẽtia, qua videm⁹, qñ corpus immergiť aq̃, tantundẽ aque effundi: quod non contingeret, ſi lapis ille in vacuum ſe cõferret. Scda probat dimenſiones illas ſeparatas eſſe impoſſibiles. Cũcta plana ſunt in cõmentis. ¶ At vero modus ille ponẽdi vacuum ſeparatum manifeſtiſſime eſt falſus. Primo qꝛ ponit naturaliter accidẽtia, puta quantitatẽ ⁊ dimenſiones illas eſſe a ſubiecto ſeparatas: quod Chriſtiani in ſacramento altaris pro miraculo preclariſſimo habemus. ¶ Itẽ quia eſto eſſent ſeparate, non aliter repugnaret ſimul cũ illis ſe poſſe corpus phyſicũ penetrare, ꝙ ſi eſſent in ſubiecto: vt optime arguit Phi. tex. 76. Adeo enim naturaliter repugnat ſimul cum ſpecieb⁹ altaris eſſe aliud corpus, acſi illic eſſet panis. Qua propter de hmõi vacuo nullum amplius verbũ. ¶ Quod autẽ non detur vacuũ ſimpliciter preter argumẽta Ariſt. ſunt ⁊ a poſteriori experiẽtie plurime: ⁊ rõ optima. Eſt in primis experientia de clepſydra aqua plena, que opple to ſuperiori orificio nihil aque deorſũ demittit, ne detur vacuum: tametſi qñ eſt ſemiplena, nonnihil emittit, propterea ꝙ aer (cũ ſit facilime rarefactionis) rareſit in parte ſuperiori. Eſt itẽ experientia de follibus, quorum ſi obſtructum fuerit foramen, ne aer ingrediatur, nulla vi, poteſt alterũ latus ab altero dimoueri, ante ꝙ rumpãtur: nam ſi dimouerentur, dareť intus vacuum. Qd ſi eorũ anguſtũ os orificio paruo alicui⁹ vaſis vitrei aut lutei iuſtiſſime apponas, taliter, vt nouus aer intrare nõ poſſit, poteris latera follis non amplius ſeparare ꝙ fuerit rarefactio aeris illius vaſis: deinde nanq; rumpeť potius vas ꝙ ampli⁹ ſeparenť. Sunt etiã manifeſte experiẽtie in fiſtulis, per quas ſurſum attracto aere aq̃ velociſſime aſcẽdit ꝑter eius particularẽ appetitũ, propter appetitũ vlẽm replendi vacuum ne vniuerſi harmonia diſſolual. Quo experimento artes inuẽte ſunt ⁊ machine ad altius ſubleuandũ aquã, ꝙ ſit eius locus natiuitatis. Et pari rõne ſi terra defoderetur vſq; ad cẽtrum, aer deſcenderet ad replendũ vacuũ. ¶ Sed a priori rõ ſumitur ab Ari. in ꝓncipio Metheoror, vbi ait neceſſe eſſe mundum inferiorem contiguum eſſe lationibus ſuperioribus, vt eius virtus inde gubernẽtur. Inſinuãs naturã rerum eſſe, vt agens corporeum nõ agat niſi per cõtactũ: ⁊ quia Deus ⁊ natura nihil agunt fruſtra, ſed omnia ꝓpter aliquẽ finẽ, ordo naturalis rerũ expoſcit, vt nihil ſit vacuũ: ſed queadmodũ mẽbra vnius corporis oĩa inclinantur ad cõſeruationẽ totius, ita ſingulis partibus vniuerſi, que ſunt ſub celo, datus eſt vl̃is appetitus, vt ſtatim ſuccurrant, ne detur vacuum.

Quod nõ deť vacuũ ſimpliciter.

¶ Unde ad tertium principale bene reſpõſum eſt. Ad replicã vero reſpondetur, ꝙ quantacũq; ſit vẽtorũ copia, nubiũve aut aliarũ exhalationũ aut vaporũ, eſt nihilominus tãto maior regio aeris, vt ſine ſui corruptione poſſit adeo condẽſari, vt locũ hmõi corporibus relinquat. Quibus ceſſantib⁹ rurſum rareſit. ¶ Ad confirmationem non intendimus hic exacte rñdere. Nã licet Ari. tex. hic. 84. latius ꝙ alibi vnq̃ naturã rarefactionis ⁊ cõdẽſationis attigerit, tñ vt oẽs mot⁹. ſ. generationis, alterationis, augmẽtationis, ⁊ rarefactionis lucidius ſimul primo de gñatione tractemus, illuc vſq; ab his ſupſedẽdũ duxim⁹. Interim tñ negatur ꝙ non poſſit fieri rarefactio, aut cõdenſatio ſine acquiſitiõe materie ⁊ ſine vacuo. Poteſt enim cera calefactione, aut coriũ extenſione rarefieri per hoc ſolum ꝙ quãtitas amplius extendať, vt loco citato expoſitũ facimus.

Ad.3.

## ¶ At vero cõtra cõcluſionẽ hãc

reſtant argumenta parua. Primũ. Extra celũ eſt vacuum: ergo nihil repugnat eſſe intra. ¶ Secundo ſi vas plenũ ad ſummũ aqua calida rariſſima, bitumine optime cõcluſo ore, ponatur in media hyeme ſub dio, aqua illa, manifeſtum eſt, cõgelabitur ad minorẽ locum: ⁊ per ꝯñs relinquet de ſuper vacuũ: cũ non ſit via, qua poſſet ſe aer colare. ¶ Tertio datis duabus latis tabulis adeo ad iuſtum planis, vt altera alteri ſuperpoſita ſeſe ſm totam ſuperficiem tangerent, ⁊ per anſam q̃ ſuperiori eſſet in medio fixa quis eleuaret illã equaliter, tunc dareť vacuũ: nam nõ poſſet tãtus aer in inſtãti ſuccurrere ad ſupplendũ totum illud ſpatium: ergo. ¶ Ad primũ negať ꝯñia, vt patet rõne ſuprapoſita: nam extra celũ nulla eſt res naturalis: nec põt eſſe actio: quare nihil repugnat nihil illic eſſe. Immo ſi verũ eſt, ꝙ Deus nõ põt ꝓducere infinitũ, neceſſario ſequiť, vt detur locus imaginarius, in quo nihil ſit. Nihil inquã, qꝛ vt ſcite ait S. Tho. 3. p. q. 87. art. 4. illud nihil extra celum nõ dr̃ proprie vacuũ, qꝛ cõuexa illa ſupficies non eſt apta aliquid ſupra ſe cõtinere: ⁊ ideo nec proprie eſt loc⁹, atq; adeo nec illic ꝓprie eſt vacuũ. ¶ Ad ſecũdum reſpõdetur, ꝙ illo caſu poſito neceſſe eſt dicere, ꝙ illa aqua quãtũcunq; frigeſiat, non poterit condenſari, niſi forte vapores aliqui exhalentur ab illa, qui repleant reliquũ locum: tñ tñ poteſt gelu vigere, vt vas frãgatur ad condenſationẽ aque. ¶ Quod ſi preſſius vrgeas. Deť v. g. vas ferreũ ꝑfecte ſphericũ vniformiſſimũ vndiq; groſſitie ⁊ robore: ſiue naturalr id poſſet fieri, ſiue ſupernaturaliter: nullum habens orificiũ, plenum tñ aqua quã circũſtans frigus poſſit cõgelare. Queritur enim tunc qua parte rũpeť, ne deť vacuũ. Rñdeť quãtũ ego exiſtimo ꝙ cũ aq̃ ſit grauis cõgelabit in parte inferiori verſus terrã: ob idq; rũpeť in pũcto ſuperiori ne deť illic vacuũ. ¶ Sed q̃d ſi Deus ſupranaturaliter annihilet illã aquã: qua parte rũpetur. Rñdetur in primis ꝙ in quãlibet ſuã partẽ nec Deus põt diuidere. Neq; recurrendum eſt ad conſtellationẽ celeſtẽ. Cũ qꝛ nulla eſt in illo caſu, q̃ antea nõ fuerat: tum qꝛ celũ nõ agit ſe ſolo, niſi per cauſas ſcdas: niſi forte dixeris ꝙ rũpeť in puncto propinquiori ſoli qui vehemẽter agit in iſta inferiora: aut ꝙ diuideť in minimas partes ſm illã dimenſionẽ q̃ eſt a cõuexa ad cõcauã ſuperficiem, vt intret aer

Extra celũ non eſt vacuum.



¶ Quod ſi adhuc ſophiſta pergit moleſtus eſſe cur potius diuidiť per has lineas ꝙ per alias vt diuiſio eſſet in hec numero minima potius ꝙ in alia. Reſpondeť recurrendũ eſſe ad principiũ indiuiduationis: nempe ꝙ in hoc numero tempore ⁊ loco ⁊ ad introitũ huius numeri aeris, neceſſe eſt vt fieret hec numero diuiſio. ¶ Simili enĩ modo forte reſpõdendũ eſt, ſi dareť vitrũ planiſſimũ vniforme ſupra qd caderet ferrũ itidẽ planiſſimũ ⁊ vniforme: qd tãgeret ferrũ ſm omnẽ ſuperficiẽ. Exiſtimo nãq; ꝙ diuidereť in minimas partes: has quidẽ numero propter hãc numero applicationem. Et forſan nõ eſſet neceſſe ꝙ fieret diuiſio in minimas ſimpliciter q̃ per ſe poſſunt eſſe. Tametſi neq; id eſſet inconueniens cõcedere: nam caſus iſte nõ eſt naturalis. qꝛ naturaliter nõ poſſunt dari res tã vniformes nec tam equaliter applicate. ¶ Ad tertiũ quiſpiã forſan reſpũderet non admittendo caſum, videlicet ꝙ tabule ille due eſſent adeo cõtigue vt nullus intereſſet medius aer: propterea ꝙ Ariſt. 2. de anima tex. 113. dicit ꝙ duo corpora mixta in aqua vel aere, nõ poſſunt eſſe immediata ⁊ cõtigua, quin mediet aqua vel aer. Cuius teſtimoniũ eſt ꝙ ſi digitos ꝙtumuis cõpreſſos in aquã merſeris, experieris aquã colari inter illos. At vero exiſtimo Ariſ. ſolũ illic intelligere ꝙ naturaliter nõ põt fieri tanta copulatio corporũ quin aqua mediet: nihilomin⁹ nulla eſt repugnantia quin Deus id poſſit facere.

¶ Idcirco admiſſo caſu rñdet Paulus Venetus ꝙ ſi tabula illa incipit eleuari per vltimũ nõ eſſe immediate poſt illud, aer ſubito motus replebit totum ſpatiũ. Id tñ ſalua authoritate grauiſſimi doctoris credere neutiq; poſſum: alias naturaliter daretur motus ſubitus aeris per magnũ ſpatium: qd repugnat nature rerũ vt articulo ſcdo videbimus. Et ideo crediderim ꝙ naturaliter nõ poſſet tabula ſuperior dimoueri ab inferiori, ſi equaliter vndiq; eleuareť: ſed ſuperior traheret ſibi affixam inferiorẽ, queadmodũ aerem attractum a fiſtula ſequiť ſurſum aqua. Et huius teſtimoniũ eſt, ꝙ ſi quadratũ corpus planiſſimũ ſuppones aque, nõ poteris vniformiſſime eleuare ſine aliquali violentia: ⁊ adhuc tunc parũper eleuatur aqua vſq; dũ intret aer. Si vero ex vna parte incipias eleuare, nulla eſt difficultas: qꝛ tunc celerrime penetrat velociſſimus aer.

## ¶ Concluſionibus his Ariſt. aggregatur ſexta.

6. Conclu.

Nihil repugnat per potentiã ſupernaturalẽ dei eſſe vacuũ, ſiue ſimplr, ſiue accipiendo vacuum pro illis dimenſionibus ſeparatis. Primum enim manifeſtum eſt: nam ſicut pro ſua voluntate ⁊ altiſſimo iudicio creauit mundũ in hac parte, que ante erat vacua, potuit creare celos tantũ, ita vt nihil crearet intus: et eadẽ ratione põt aquã dolij annihilare impediẽdo motũ aeris ad replẽdũ vacuũ. Res, credo, ẽ manifeſta magis, ꝙ vt teſtimonijs indigeat. Et ꝙ poſſit creare dimẽſiões ſeparatas ſine ſubiecto, manifeſtũ eſt: vt in ſacramẽto altaris: quas ſi nõ ſeruaret ſine aliq̃ colore, aut accidente phyſico, ille eſſent vacuum ad modum antiquorũ. ¶ Unde ad quartum principale argumentũ negatur conſequentia: non enim ita repugnat vacuum rerum nature, vt implicet contradictionem eſſe vacuũ, ſicut repugnat, hominẽ eſſe irrationalẽ: ſed ad hunc ſenſum, ꝙ ſi res relinquantur ſuis naturis, nullatenus permittẽt vacuũ. Secus ſi ſupernaturaliter Deo aliter fuerit placitũ. Quod Ariſt. minime nouerat. ¶ Sed tũc profecto nõnulla eſt difficultas dato vacuo in toto cõcauo lune, ⁊ nullo alio poſito miraculo: vtrũ latera celi cõcurrerent inuicẽ ad replendũ vacuũ: ſicut aqua aſcenderet. Rurſus ſi daretur vacuum in ambabus regionibus aeris et ignis, vtrũ elemẽtum aque rarefieret ad tantam quantitatem, vt totum repleret. ¶ Ad primũ reſpondetur, ꝙ nullo alio miraculo poſito ꝙ vacuo in concauo lune, celi nullo modo mouerenť ad replendũ illud: quia ſuapte natura ſunt incorruptibiles, ⁊ tamen moueri nõ poſſent tunc ſine rarefactione ne relinquerẽt vacuũ locũ ſuũ. Quod eſſet miraculũ maius ꝙ illd de vacuo. ¶ Nec eſt idẽ de aqua: que cum ipſa ſit mobilis ⁊ rarefactibilis, minus repugnat nature vt aſcendat ipſa, ꝙ vt detur vacuum. ¶ Obidq; ad dubiũ ſecũdũ reſpõdetur, ꝙ in illo caſu aqua et terra rarefient vſq; ad ſummã raritatẽ ſub quibus poſſunt conſeruari, vt repleant ꝙ maximũ poſſunt locũ. Nõ tamẽ (vt arbitror) adeo rareſiẽt quouſq; corrũpantur: nã ſi corrũperentur, plus vacui maneret. Niſi dicas ꝙ conuertentur in rariſſimũ ignem qui poterit maiorem locũ replere. Sed profecto propter vacuum non eſt admittendum ꝙ vnum totum elementum corrumpatur. Maxime: quia per ſolam rarefactionem ſine aliqua alteratione ⁊ inflãmatione non videtur quomodo terra cõuertať in ignẽ: immo neq; in aerẽ.

Ad qrtũ.

## ¶ In articulo ſecundo examinã

Arti. 2.

da eſt vulgatiſſima illa ſententia, que circunferť tanq̃ Ariſto. quam elici putant ex. c. 8. a tex. 71. et infra: nempe ꝙ admiſſo ſupranaturaliter vacuo ſimpliciter vbi nullum eſſet corpus reſiſtens, ſi aliquid moueretur per illud, moueretur in inſtãti: et pars affirmatiua videtur nonnullis eſſe expreſſa mens Ariſtote. Ait enim ꝙ qualis eſt proportio inter groſſitiem ⁊ reſiſtentiã vnius medij ad groſſitiem ⁊ reſiſtentiam alterius equalis lõgitudinis, talis eſt proportio tẽporis quo. a. mobile pertranſibit vnũ ſpaciũ ad tempus, quo idẽ mobile pertranſibit alterũ. Et ſubdit, ꝙ cũ in vacuo nulla ſit reſiſtentia, id quod mouetur per vacuũ, exuperabit omnem ꝓportionẽ ad id, qd mouetur per plenũ: ⁊ per cõſequens in nõ tempore mouebiť. Quod itẽ cõfirmat tex. 72. quia dato oppoſito. ſ. ꝙ mobile per vacuũ moueretur in certo tempore, ſequitur vnum impoſſibile. ſ. ꝙ idem mobile poterit pertranſire ſpatiũ plenũ in tanto tẽpore, quãto pertrãſit vacuũ: nã ſi tẽpus cõſumptũ in vacuo eſt ſubduplũ ad tp̃s cõſumptũ in. a. pleno ſpacio, poterit ſignari aliud ſpatiũ. b. in duplo ſubtilius ac minus reſiſtẽs, ꝙ. a. qd idẽ mobile trãſibit in ſubduplo tempore: atq; adeo in tanto, in quanto pertrãſiuit vacuũ: vt in commentis latius expoſitum eſt. ¶ Hinc Cõmen. eodẽ cõmẽto elicit regulã, ꝙ qñ tota reſiſtentia motus prouenit ab extrinſeco (. ſ. rõne medij) motus fieret in inſtanti. ¶ At qꝛ arguit Abenpache ⁊ alij quãdoq; cõtingere ſucceſſionẽ motus ⁊ retardationem, nõ ſolũ ex reſiſtentia medij, ſed aliunde: vt patet in motibus violentis proiectorum: ⁊ in motu primi mobilis, vbi non eſt reſiſtentia medij, in motu animaliũ que fatigantur. Rñdet Cõmen. ꝙ

 reſiſten

Reſiſtẽtia tripl'r.

reſiſtentia poteſt tribus de cauſis ꝓuenire. Primo ex parte mobilis, nempe q: mobile in cõtrarium ſuapte natura nititur: vt patet in motu violento, quãdo graue iacitur ſurſum. Secũdo etiã ex parte mobilis: nõ quidẽ cõtranitentis, ſed ratione ſitus cõtrarij, quẽ habet ad motũ intentũ a motore. Qua de cauſa primũ mobile nõ mouetur in inſtanti ab intelligentia: non propter reſiſtentiam medij (que nulla eſt) neq; q: celũ cõtra nititur, immo inclinatur moueri, ſicut mouetur: ſed ratione ſitus, quia partem quã modo habet in oriente, intendit intelligentia mouere ad occidentẽ: ⁊ propter continuitatẽ partiũ orbis nõ poteſt fieri in inſtanti. Tertio modo poteſt prouenire ex parte ſolius medij, vt in motibus (inquit) corporũ ſimpliciũ grauiũ ⁊ leuiũ. In illis (inq̃t) nulla eſt reſiſtẽtia ex parte mobilis nã forma grauis ſuapte natura inclinat ad centrũ: ex parte vero materie nulla eſt reſiſtẽtia, q: de ſe nullã h; inclinationem: niſi ad recipiendũ formã. In aĩatis vero põt ꝓuenire reſiſtẽtia ex p̃te medij et ex p̃te corporis: quod propter grauitatẽ aliquo modo reſiſtit motui ꝓgreſſiuo. ¶ Ait ergo, ꝙ velocitas vel tarditas motus debet attẽdi penes exceſſum virtutis motiue ſupra reſiſtentiam: ↄſiderando, tanq; vnã reſiſtentiã, totũ aggregatum ex reſiſtẽtia medij ⁊ reſiſtẽtia mobilis, ſi aliqua ſit. Et hinc ſequitur, ꝙ in motibus violentis proiectorũ ⁊ in motibus animaliũ ⁊ in motu celi ſecluſa reſiſtentia medij, non fieret adhuc motus in inſtanti per vacuum: in motibus vero naturalibus grauium et leuium motus fieret in inſtanti per vacuũ, q: nulla eſt reſiſtentia mobilis. Ob idq; Ariſto. (inquit) non loquebatur vniuerſaliter, ꝙ quicquid moueretur per vacuũ, moueretur in inſtanti: ſed vel ex ſuppoſitione, ſi nulla eſſet reſiſtẽtia intrinſeca, vel particulariter in motibus naturalibus. Hanc opinionem tenet hic Paul. Venetus ⁊ Grego. in. 2. di. 6. q. 3. artic. 2. quem fere Nominales ſequunt. S. Tho. hic lec. 12. ⁊ in. 4. d. 44. q. 2. arti. 3. tenet cõtrarium: nempe ꝙ admiſſo vacuo nullũ corpus nec violẽter nec naturaliter moueretur in inſtanti. Et vt manifeſta ab immanifeſtis ſeparemus, admiſſo vacuo hinc ad concauũ vſq; lune, ⁊ poſito graui in concauo lune, ſi intelligatur moueri in inſtanti, ita vt in eodẽ numero inſtanti eſſet ſimul illic ⁊ hic, nemo ſane mẽtis poſſet dicere, id poſſe fieri per motum: nã res in duobus ſimul locis diſtinctis eſſe non poteſt: niſi forte a Deo per miraculũ ſimul poneretur in duobus locis. Item quia motus intelligi nõ poteſt, quin aliquo modo prius ſit in termino a quo, q̃ in termino ad quẽ: nec prioritas nature in eodem inſtãti temporis ſufficeret ad rationem motus. Authores ergo huius opinionis dicere tenentur ꝙ talis motus fiet ſubito: videlicet ꝙ ſi graue illud dimittatur per primũ non eſſe tentionis, itaq; nũc non tenetur ſurſum et immediate ante hoc tenebatur: tũc illud primũ nõ eſſe erit primum eſſe in termino ad quem: ita vt nunc ſit in terra, ⁊ immediate ante hoc erat in cõcauo lune: ſi vero dimittatur per vltimũ eſſe tentionis, illud erit vltimũ eſſe in termino a quo: itaq; nũc eſt in concauo lune, et immediate poſt hoc erit in terra. Sequemur ſecundũ modũ qui minus habet difficultatis. ¶ Contra quem tamẽ ſic arguitur. In primis non ponunt iã motũ in inſtanti; ſed in tẽpore. At ꝙ etiam hoc ſit impoſſibile, arguit, rõne que elicitur ex. S. Thom. Illud graue neceſſe eſt, vt habeat extenſam quantitatẽ: ſit. v. g. tripedale. Arguitur ſic. Pedalitas ſuprema non poteſt venire ad locũ, in quo eſt infima, quin prius ſit in loco, in quo eſt media: illud autẽ prius ⁊ poſterius nõ poteſt fieri ita ſubito: ergo. Maior eſt manifeſta: nam corpus qđ cõmenſurat loco, inintelligibile eſt, vt per motum veniat de extremo ad extremũ, niſi per mediũ: immo oppoſitũ implicat contradictionẽ. Poterit enĩ Deus, id quod eſt in celo, ponere in terra, ſine hoc, ꝙ ponat in medio et ponere ſimul in omnibus locis medijs: ſed ꝙ hoc faciat per motum eſt implicatio: quia motus corporis dicit tranſitũ per mediũ. Ob idq; angelus qui cũ ſit incorporalis, nõ depẽdet a loco, poteſt quidem forte moueri de celo ad terram, non per medium. At vero corpus ratione ſitus partiũ inintelligibile eſt, vt poſſit mutare ſitum partium, aut mutare locũ, niſi per mediũ. Minor autẽ. ſ. ꝙ id non poſſit fieri ſubito, patet: nam ſimus in illo inſtanti, quod eſt vltimũ eſſe in celo. Argr ſic. Immediate poſt hoc lapis hic erit in terra, et erit in medio, immo in infinitis punctis medijs: ergo non prius erit in medio q̃ in terra, immo ſimul erit in omnibus locis. Scio iſtos negare conſequentiam, nã dicũt, ꝙ queadmodum immediate poſt hoc erit inſtãs, ſed nihilominus ante quodlibet inſtans erit aliud inſtãs: ita dicũt, ꝙ immediate poſt hoc erit in terra, ⁊ nihilominus ante illud fuit in medio: et quocunq; puncto ad imaginationem ſignato in medio, immediate poſt hoc erit in illo, ⁊ nihilominus ante illud erit in ꝓpinquiori. At re vera ſolutionẽ hanc nunq̃ mihi potui perſuadere, vt lib. 3. q. vltima dicebamus: nã de inſtantibus aliud eſt, cum tempus verſus inſtans preſens nõ habeat vltimam partẽ proportionalem, ſed quacunq; data alia eſt minor propinquior: illic autem ſunt equalia ſpatia, que pertranſeuntur, vt tres pedalitates equales, immo q̃ plurime vſq; ad terrã: q̃re inintelligibile eſt, ꝙ immediate poſt hoc erit, in poſtremo puncto et medijs, quominus ſimul ſit in oĩbus, nec prius in vno q̃ in alio. Cauillari contendunt aliqui argumentũ, per hoc ꝙ nullũ in rei veritate eſt medium, cũ ſit vacuũ. Hoc tamen ridiculũ eſt: nam q̃uis nõ ſit mediũ reſiſtens, eſt tamen diſtantia: fingatur enim colũna erecta in vacuo, clarũ eſt, ꝙ altitudo eius diſtat a profunditate: deſcendat ergo lapis contigue per illam: et queritur tunc, vtrum prius tanget punctũ prime quarte, q̃ punctum mediũ: ⁊ prius mediũ, q̃ extremũ ⁊ per ſtabit integrum argumentũ. ¶ Secundo manifeſtiſſime arguitur de motu celi. Celũ mouetur abſq; aliqua reſiſtentia, ⁊ tamẽ mouetur ſucceſſiue: ergo. Nec ſatiſfacit reſponſio, ꝙ mouetur ſecũdum voluntatem intelligentie motricis: nam intelligẽtia mouet celũ ſumma velocitate, qua ſuapte natura eſt mobile, nec velocius poſſet aut tardiꝰ mouere. Nihil ergo eſt in cauſa ſucceſſionis motus, niſi ſitus diuerſarum partium in diuerſis locis veris, vel imaginarijs: et per conſequens eadem erit ratio ſucceſſionis in deſcenſu grauis. ¶ Et tertio arguitur. Si mobile per vacuum ſubito deſcẽderet, ſequeretur ꝙ eodem modo poſſet deſcendere ⁊ iterum aſcendere. Detur ergo. v. g. ſpatium vacuum decẽpedum inter tectũ ⁊ pauimentũ



mentũ alicuius aule, ⁊ dimittat pila taliter, vt repercuſſa a pauimento iterũ aſcendat aut per violẽtiã, aut Deo id faciente, vt iſti admittunt. Tũc arguitur ſic. Nunc pila eſt in tecto, ⁊ immediate poſt hoc erit in tecto (nam quocũq; inſtanti dato poſt hoc ante illud tetigit pauimentũ, ⁊ repecuſſa eſt) ergo quieſcit: nã quieſcere nihil aliud eſt, q̃ eſſe nunc in loco, in quo erit immediate poſt hoc, ⁊ fuit immediate ante: ⁊ per conſequens nõ mouetur. Immo iſti debent concedere, ꝙ immediate poſt hoc poterit deus facere, ꝙ lapis ille faciat infinitos aſcenſus et deſcẽſus, quod eſt inintelligibile. ¶ Et poſtremo arguitur. Si deus daret modo inclinationẽ vniuerſo orbi, vt moueret motu recto (vel impelleret ipſum) immediate poſt hoc tranſiret infinitum ſpatiũ imaginariũ: immo infinities infinitum: quod non eſt intellectu poſſibile. Re vera fateor, ꝙ q̃uis Ariſt. et oẽs Philoſophi mihi iuraſſent, ꝙ aliqđ corpus poſſet tranſire ſubito aliquod ſpatium, capere mente non poſſem. Nã militat etiam hic argumentũ illud quod fecimus de infinito. Poſſet enim tunc eadem ratione ſubito moueri lapis circulariter in vacuo vt rota molendini. Quod implicat contradictionem: nam tũc ſequitur ꝙ quelibet pars erit immediate poſt hoc in eodem ſitu et loco in quo eſt modo: quia quelibet erit reuerſa ad ſuũ locum: et per conſequens rota quieſcit: nã quieſcere eſt ꝙ partes immediate ante hac et immediate poſt erunt in loco, vbi modo ſunt. Item ſequitur quod immediate poſt hoc faceret infinitas circulationes quod certe inintelligibile eſt a Deo poſſe fieri.

¶ Igitur ad argumenta contrarie opinionis que omnia nituntur authoritati Ariſtote. vno eodem verbo reſpondetur: nempe quod Ariſtote. non arguit oſtenſiue vt ex profeſſo probet mobile in vacuo moueri in inſtanti: ſed ex poſitione ſi nulla eſſet repugnantia ex parte mobilis. Et ne hec ſolutio que vulgaris eſt cenſeatur voluntaria, nota quod antiqui ponebant vacuum ne plenum reſiſteret motui naturali, et ideo videbantur inſinuare quod ex parte mobilis nulla erat prorſus reſiſtentia in motu: ⁊ ita arguit ad hominem Ariſtote. ꝙ tunc motus fieret in non tempore. At ꝙ Ariſtote. id non conceſſiſſet, patet quia videbat celum abſq; vlla prorſus reſiſtentia moueri ſucceſſiue. Et preterea, quia alias deberet concedere ſucceſſionem motuum grauium et leuium eſſe violentam: nam eſſet tota a principio extrinſeco paſſo non cõferente inclinationem ad illam. Fateor tamen hãc nõ tam ſignificanter appellari reſiſtentiam, q̃ repugnãtiam ex parte extenſionis q̃titatis ne poſſit corpus moueri de extremo ad extremum, niſi prius fuerit in medio. ¶ Eodem modo ſoluitur ſecundum argumentum quod iſti faciunt: videlicet ꝙ tunc ſequeretur mobile in pleno eodem tẽpore poſſe moueri quo per tantũdem ſpatiũ vacuum moueretur, vt Ariſt. infert textu. 72. Cõcedimus enĩ concluſionem. Nã ſi aliquod remiſſe graue vt lana deſcẽdat per decupedale vacuũ in hora, et detur. v. g. ꝙ eadẽ lana per tantũdem ſpatiũ plenum aere deſcendat in decem horis: poterit dari plũbum in decuplo maioris velocitatis ad deſcẽdendũ, põtq; mediũ eſſe multo ſubtilius aere: ita vt tã ex p̃te virtutis motricis q̃ ex parte ſubtilitatis medij in decuplo velociꝰ, q̃ lana deſcẽdet ꝑ aerem: atq; adeo in tãto adequato tẽpore in quãto lana deſcẽdit per vacuũ. Nec Ariſ. hoc habuit pro incõuenienti: niſi admiſſa eadẽ ſuppoſitiõe videlicet ꝙ ab intrinſeco nulla eẽt reſiſtẽtia aut repugnãtia motus inſtãtanei. ¶ Tertiũ argm̃ Greg. et aliorũ eſt. Si mobile per vacuũ moueret in tẽpore, ſequit ꝙ in eodẽ penitus tẽpore deſcendet ferrũ grauiſſimũ ⁊ leuis ſpõgia. Probat: nã vtrũq; deſcendet ſumma velocitate poſſibili. Etenim poſtq; nulla eſt reſiſtẽtia in medio, nõ poterit deſignari cauſa penes quã attendatur velocitas motus in vacuo. ¶ Reſpõdetur, ꝙ licet extenſio quãtitatis eſt in genere ratio ſucceſſionis motus, neceſſe eſt tamen dicere, ꝙ ratio tante aut tante velocitatis debeat attẽdi penes virtutẽ motiuã: nã vt ait Phi. tex. 71. ⁊ ex parte reſiſtentie ⁊ ex parte virtutis attendit velocitas. Unde hec elicienda eſt reg'la, ꝙ vnicuiq; virtuti motiue naturali correſpõdet certa velocitas et tarditas: que põt creſcere ex reſiſtẽtia medij: qua ſecluſa mouebit in vacuo ea velocitate, que correſpõdet ſue v'tuti. Ob idq; velocius deſcẽdet id qđ grauius eſt. ¶ Quõ ſi arguas ſolutionẽ hanc aperte pugnare contra Ariſto. text. 74. vbi eam expreſſe reprobat dicẽs, ꝙ ſi maior virtus motiua velocius mouet q̃ minor, hoc eſt, quia facilius vincit reſiſtentiam medij: ⁊ ideo vbi nulla fuerit reſiſtentia medij, nihil cauſe reſtat, cur maior virtus velocius moueat. Reſpondetur. cum. S. Tho. ibidem lectione. 12. ꝙ hoc intelligit Ariſtote. admiſſa eadem ſuppoſitione, ꝙ nulla ſit reſiſtentia aut repugnantia ex parte mobilis: quam ipſe non admitteret. ¶ Poſtremum argumentũ quod alicuius ſit momenti eſt. Alteratio incipit in inſtãti per vltimũ nõ eſſe: itaq; nunc nõ eſt calor in paſſo, ⁊ immediate poſt hoc erit: vt lib. 1. q. 3. diſputabamus: ergo eadem ratione põt eſſe motus localis inſtãtaneus hoc modo, vt in hoc inſtãti mobile ſit in hoc loco, et immediate poſt hoc ſit in alio diſtãti. S. Tho. in. 4. d. 44. q. 2. arti. 3. rñdet negãdo cõſequentiã: ait enĩ ꝙ qñ motus eſt inter terminũ priuatiuũ ⁊ poſitiuũ, nihil repugnat vt in inſtãti fiat. Quod eſt dicere, nihil repugnat ꝙ id qđ mõ nõ eſt calidũ: imediate poſt hoc ſit calidũ: ſicuti e cõuerſo ĩ generatiõe ſubẽ q̃ fit in inſtãti ꝑ primũ eſſe, id qđ immediate ante hoc nõ fuit, mõ eſt. Ubi aũt eſt motus rei corpalis inter duo poſitiua extrema, id nõ põt ↄtingere: nõ. n. ſubiectũ põt moueri a calido vt vnũ ad calidũ vt tria: aut augeri a pedalitate ad bipedalitatem illo mõ ſubito: ⁊ eadẽ rõne nec moueri localiter ab vno in aliũ locũ. Hinc ſequit, quod nec corpus glorioſum, vt illic ait. S. Tho. poterit in inſtanti moueri: q̃uis ei medium non reſiſtat: ſed mouebitur in tempore breuiſſimo: atq; adeo fere imperceptibili ſecundũ virtutem doris agilitatis. Hoc tñ theologis relinquatur.

Regula velocitatis motꝰ.

Tex. cj. Eſt tempus numerus motus. &c.

## ¶ Quæſtio quarta.

VTRVM DIFFINItio temporis rectè fuerit à Philoſopho conſtituta.

Apar-

A Parte negatiua arguitur. Tempus nihil eſt: ergo diffinitio ſupponit falſum. Probatur antecedens. Aut tempus eſt res altera diſtinctaq; a motu: aut eadem res que eſt motus, ſola ratione diſtincta. Non primum: quia vt elicitur ex diffinitione, tēpus nō eſt niſi prius ⁊ poſterius ipſius motus: hec aūt nihil aliud ſunt ꝙ̄ partes durationis motus: duratio vero nō ita diſtinguitur a re, vt ſint due res: ergo. Si vero nō diſtinguuntur vt due res, cum, vt lib. 3. q. 2. arbitrabamur, neq; motus diſtinguat a mobili tanꝙ̄ res a re, ſequitur primo ꝙ mobile, motus, ⁊ tēpus, vna prorſus res ſunt, vt ſignificatur per hos tres terminos diuerſis cōnotationibus: ⁊ ſic ſolum eſſet differentia in connotationibus terminorū: quod eſt abſurdum: nā tempus, vt ait. S. Tho. 2. ſent. d. 2. q. 1. arti. 2. eſt ens naturale, immo eſt quodā modo cauſa corruptionis rerum, vt ait hic Philoſophus tex. 117. ⁊ tex. 128. Sequitur. 2. ꝙ iſta predicatio eſſet concedenda, celū eſt tempus: quod ſtultum ait eſſe Ariſto. tex. 94. ⁊ per conſequēs idem eſſet annus ⁊ dies ⁊ hora. Item motus eſſet tempus: quod Ariſto. expreſſe negat text. 98. ¶ Scd̄o principaliter arguit. Tēpus (ſi quid eſt) eſt quantitas continua, vt ait Ariſtote. in Predicamentis cap. de quantitate: numerus vero eſt quantitas diſcreta: ergo tempus non eſt numerus. Quod ſi reſpondeas tēpus eſſe numerū ex opere intellectus diſtinguentis inter prius ⁊ poſterius tanꝙ̄ inter duo, vt videtur Ariſto. ſentire tex. 131. tūc ſequitur ꝙ tempus ſit ens rationis: cōſequens tamen eſt falſum. Nam ſecluſo quocūq; intellectu numerante ſi celū moueretur, eſſet tempus, quo durarent, ⁊ per cōſequens menſurarent res oēs corruptibiles. ¶ Tertio principaliter arguit. Si tempus eſt numerus motus ſecundū prius ⁊ poſterius: aut intelligitur de numero ſolius motus celeſtis: aut de numero prioris ⁊ poſterioris iſtorum inferiorum. Secunda pars videtur eſſe contra Ariſt. tex. 133. vbi ait oēs motus menſurari vnico tempore quod eſt in celo. Sed ꝙ prima pars ſit etiam falſa, arguitur ſic. Illud eſt tempus per quod metimur durationē aliquā aut actionē noſtrā: ſed quocūq; motu locali vniformi metimur actiones noſtras quantū durauerint, vt patet in horologijs ⁊ in motibus harene vel aque, quibꝰ horas cognoſcimus: ergo quicunq; talis motus, aut ſaltem prius et poſterius illius, eſt tempus. ¶ Quarto deniq; ⁊ poſtremo principaliter arguitur. Tempus eſt, nunc, vnū ⁊ idem fluens per totam ſucceſſionē motus (que expreſſa eſt ſentētia Philoſophi tex. 104.) nunc autē idem eſt quod indiuiſibile inſtans, numerus vero cōſtat ex pluribus partibus: ergo cōtradictio eſt dicere ꝙ tempus ſit numerus. ¶ Et cōfirmatur argumentum. Temporis nihil eſt, niſi ſolum indiuiſibile nunc: quod quidem non eſt pars temporis, vt Philoſophus ipſe docet text. 89. ergo nunꝙ̄ tempus eſt: ⁊ per cōſequens nō eſt diffinibile. ¶ In cōtrarium ad partem affirmatiuam queſtionis eſt authoritas Ariſtotelis textu preſenti. 101. vbi ponit diffinitionem temporis.

¶ Tempus (ait Auguſt. xj. confeſſ. capit. 14.) quis facile breuiterq; explicauerit. Unde ſi nemo ex me (inq̄t) querat, ſcio: ſi querenti explicare velim, neſcio. Bene id profecto ac ſapienter dictū eſt. Nihil enim familiarius ac notius, ꝙ̄ ꝙ tempus eſt: nihil tamen, ꝙ̄ quid ſit, explicatu difficilius. Ariſto. nanq; 2. meta. tex. 1. duplici de cauſa difficultatē ait rerū cognoſcendarum cōtingere. Nempe aut ex defectu potētie noſtre: vt ſolē maxime per ſe viſibilem egre nos cernimus: aut ex parte rerum ipſarū: que, cū ſint minime entitatis, cognitu ſunt difficiles: qua rōne ſecundas intentiones, atq; adeo res iſtas ſucceſſiuas, vt motū ⁊ tempus, cum manifeſtum ſit eas eſſe, vix quo ad quidditatē intelligere poſſumus. ¶ Hinc non ſolum inter antiquos, quos Ariſtote. cōmemorat, ſed inter iuniores varie de tempore verſantur opiniones. Inter oēs tñ primū omniū hoc cōuenit, ꝙ tempus ſit menſura certiſſima durationis, motuūq; atq; operationum corporaliū rerum: atq; adeo oēs fere ſemper cōſenſerūt tempus eſſe in celo: eo ꝙ motu regulariſſimo ac certiſſimo ſolis tempora diſtinguunt: nempe dies ⁊ noctes, mēſeſq; ⁊ anni. Unde inter alios vſus ad quos luminaria ⁊ ſydera celi creata ſunt, is vnus eſt, vt ſint nobis veluti horologium ac menſura vite noſtre, omniūq; corporaliū mutationū que ſunt in orbe. Et ideo Gene. 1. (vt. 12. de ciuita. dei. cap. 15. adnotauit Auguſt.) fiant (inquit) luminaria in firmamento celi, ⁊ diuidāt diē ac noctem, ⁊ ſint in ſigna ⁊ tēpora ⁊ dies ⁊ annos. ¶ Tres ergo Ariſt. recitat antiquorū opiniones de tēpore: vt ſuper tex. 93. adnotauimus. Alij enim putabāt tēpus eſſe motū celi: alij ſpheram ipſam celeſtem: alij motū quencūq; particularē. Quarta vero opinio Ariſt. fuit ꝙ tempus non eſt motus, ſed aliquod accidens motus, vt tex. 94. affirmat: videlicet numerus ⁊ mēſura ꝑoris ⁊ poſterioris in motu, vt tex. 101. cōcludit. Ex qua diffinitiōe due alie pullulāt opiniōes inter Nominales atq; Reales: Noīales em̄ dicūt ꝙ tp̄s nō eſt res diſtincta a motu celi: immo, cū nec motū diſtinguāt a re mobili, tempus inquiūt eſſe ipſum primū mobile. Reales vero, contra, cēſent tēpus eſſe accidēs quoddam realiter diſtinctū a motu celi, veluti albedo diſtinguitur ab albo. Inter has nos opiniones, vt in predicamentis, de ſex vltimis, ⁊ lib. 3. huius de motu diximus, intendimus medium ponere. Diſtinguimus autem articulos duos. In primo quinq; concluſionibus exponimus diffinitionē temporis: et in altero diſſoluimus dubia tria inde emergentia.

Tempus.

Tres opiniones.

Prima opinio.

¶ Prima igitur opinio eſt quam ſentire videtur Occhā. 2. ſent. q. 12. ꝙ tempus eſt corpus ipſum primi mobilis. Nō ait ꝙ ſit niſi motus eius: at, cum motus ſecundū eū non diſtinguatur a re mobili, colligitur vt ſit ipſum primū mobile. Et hanc opinionem plures Nominaliū ſequuntur. Gregorius vero Ariminenſis. 2. ſent. d. 2. q. 1. expreſſius ait ꝙ non ſolū primū mobile, ſed corpus quodcunq; cōtinue ⁊ regulariter motum, eſt tempus. Aduerſus hanc opinionem ſit prima concluſio. Nullatenus (formaliter loquēdo) aut primū aut quoduis aliud corpus mobile eſt tempus. Concluſio hec expreſſe eſt Ariſt. hic tex. 94. vbi ait ꝙ dicere ſpheram eſſe tēpus, ſtultius eſt, ꝙ̄ vt de eo impoſſibilia conſideremus. ¶ Primum autē argumentū qd̄ illic inſinuat eſt, ꝙ res aliter ſunt in ſphera et aliter in tēpore. In ſphera enim ſunt tanꝙ̄ in loco, ſed in tēpore ſunt tanꝙ̄ in mēſura durationis. Locus autē non eſt durationis menſura. ¶ Quis enim dicat locum meū qui eſt menſura quantitatis mee, eſſe tēpus quo menſuratur vita mea? Itaq; ſic colligimus argumentū. Locus ⁊ tēpus ſunt menſura rerum diuerſarū: nā locus eſt mēſura quātitatis permanentis, ⁊ tēpus eſt menſura nō motus: ſed durationis. vt expreſſe ait Phi. tex. 119. ergo locus ⁊ tēpus diſtinguūtur: ſicut amphora, que eſt menſura liquidorum: ⁊ vlna que eſt mēſura cōtinui. Sphera autem habet ſe vt locus et vas continens corpora permanentia: ergo non eſt tēpus quo eorū duratio menſuratur. ¶ Secundo. Corpus quod eſt ſubiectū motus eſt de predicamento ſubſtantie, tēpus vero de predicamento quātitatis: res autem diuerſorū predicamentorum, licet quandoq; ſint eadem res, tamen formaliter nunꝙ̄ de ſe affirmant: vt in cap. de quantitate copioſe mōſtrauimus. ¶ In tertio. Iſti concedunt nō ſolū ꝙ eadem res ſint dies, menſis et annus, ſed formaliter ꝙ hora eſt dies, ⁊ dies eſt menſis, et menſis eſt annus, propter diuerſas connotationes, ſicut ſedens eſt dormiens. Hec autem nec Philoſophus profecto, nec de vulgo quiſpiam audire ferret. Nam ſequitur tunc ꝙ tanta eſt hora quantus eſt dies, ⁊ dies quātus mēſis: ⁊ qd̄ dies hēret. 12. menſes, dies eſſet annus: ⁊ ſic qui ieiunaret vnā diem ieiunaret vnum annum. Item concedunt ꝙ inſtans preſens fuit preteritum: immo ꝙ tempus quod fuit preteritū erit futurū, ⁊ quod erit futurum fuit preteritū. Item eodē tēpore pertranſirent idē ſpatiū mobile tardū ⁊ mobile velox: nā in hoc tempore (demonſtrato celo) velociſſimus equus percurrit ſtadiū, et in eodē tardiſſima formica reptat idē. Cū tamē equus in quarta parte hore percurrat ſtadiū, quod formica trāſit in mēſe. Itē ſequitur ꝙ qui eſt in peccato tēpore vnius hore ⁊ poſtea penitens ſaluatur, maneret in peccato tempore totius vite, ⁊ tamen poſtea migraret ad celū. Aliaq; id genus ridicula ſequuntur plurima. Qd̄ autē addit Gregorius, nō ſolū celū, ſʒ qd̄libet corpꝰ eſſe tēpus, inferiꝰ peculꝛr impugnabit. Sed miror interim iſtos q̄ velint hāc opinionē Ariſtoteli applicare: qui nō ſolū cōtendit tēpus nō eſſe ſpherā, verū neq; motū eius, ſed aliquid ipſius motus. Et Gregoriū magis miror ꝙ citat Auguſti. in hanc ſententiam. 12. de ciui. dei. capi. 15. vbi certe non modo non reuocauit in dubium tempus eſſe celum, ſed nec voluit approbare quod motus celi ſit tempus: vt ibidem, ⁊. xj. cōfeſſ. eſt aperte conſpicere.

1. Conclu. celum nō eſt tēpus.

Opīo. 2.

¶ Secūda opinio eſt qd' tp̄us eſt motus ipſius primi mobilis. Hāc opinionē preter Ariſt. tex. 95. recitat Auguſt. xj. confeſſ. cap. 23. Et iſti magis proprie loquuntur, ꝙ̄ precedentes: Nam tempus eſt per quod iudicamus quantitatem motuū: vt per motum ſolis iudicamus quot annis viuimus, quot horis operamur ⁊c. Unde ⁊ qui dicebant ſpheram eſſe tempus, id aſſerebāt ratiōe motus: vt refert Philoſophus tex. 133. ¶ Cōtra hāc opinionē ſtatuitur ſecunda cōcluſio. Siue motus eadē res ſit que tēpus, ſiue alia, formaliter tamē loquēdo motus nō eſt tēpus. Hāc concluſionem ex profeſſo probat Philoſophus text.



95. ⁊ 96. duabus rationibus. Prima. Motus non eſt niſi in ſuo ſubiecto qd̄ mouetur (vnde tot ſunt motus quot ſunt res que mouent) tēpus vero nō ſolū eſt in celo vt accidēs in ſuo ſubiecto, verum eſt in omnibus mobilibus tanꝙ̄ eorum mēſura: ex quo cōcludit Philoſophus tex. 133. ꝙ cū ſint diuerſe ſpēs motꝰ diuerſiq; motus nūero, eſt tñ vnicū omniū tp̄us. Scd̄a rō eſt. Motus eſt velox vel tardꝰ, tp̄us vero minime: ergo ſunt diuerſa. ¶ Itē tex. 89. expreſſe concludit ꝙ tempus neq; motus eſt neq; reperitur ſine motu. Et tex. 101. ait ꝙ tempus eſt numerus ⁊ menſura motus: nunꝙ̄ tamē dixiſſet ꝙ tempus eſt numerus tēporis. Item, vt Paul. Vene. ſuper tex. 96. refert ex Auicēna, alie ſunt differentie temporis: puta annus, menſis et dies: alie vero ſpecies motus, puta alteratio, augmentatio ⁊c. Item q2 vt Philoſopus hic tex. 152. ⁊ infra oſtendit, poſſent eſſe plures diuerſiq; motus ſimul tēpore, neutiꝙ̄ tamen eſſe poſſunt plura tēpora ſimul. At de Ariſto. dubiū eſſe nequit, poſtꝙ̄ tam multis verbis loquitur de tempore et motu, tanꝙ̄ de rebus ratione diuerſis: cum ait et motum nos cognoſcere tempore et tempus motu: ⁊ alia ſimilia multa. ¶ Eſt preterea egregia ratio Auguſtini qua loco prime citato probat motum non eſſe tēpus. Sequeretur em̄ tunc ꝙ circularis motus diurnus ſolis, eſſet dies: qd̄ falſum eſſe probatur. Nam ſi (per impoſſibile) circulus ille integer vnica hora perageretur, eſſet quidē idem motus (quippe quo idē ſpatium pertranſitur) quāuis eſſet velocior: ⁊ tamen non eſſet idem tēpus: niſi quis diceret ꝙ dies fieret hora. Ideoq; concludit. Nemo mihi dicat celeſtium corporum motus eſſe tēpora. Quomodo ergo: ait Gregorius Ariſtotelem et Auguſt. dixiſſe celum eſſe tempus? In ſumma. Motus ſolum dicit actionē ⁊ ordinem mobilis ad terminum (eſt enim acquiſitio quantitatis, aut qualitatis aut vbi) tempus autem eſt mora illa qua motus fit: vt concluſione quarta euidentius parebit.

2. Cōclu. Motꝰ non eſt tp̄us.

¶ Tertia opinio eſt Paul. Vene. ac ferme Realium: quam veluti opinionē S. Th. defendit Capreol. 2. ſent. d. 2. q. 2. videlicet ꝙ tempus eſt quoddā accidens realiter diſtinctū a motu primi mobilis tanꝙ̄ res a re: quod ſubiectiue ineſt motui ipſi, ſeu potius primo mobili mediante motu: nam accidentia omnia ſunt in ſubſtantia: quod quidē eſt quedā quantitas ſucceſſiua. f. cuius partes non poſſunt eſſe ſimul, continuantur vero per inſtantia indiuiſibilia: atq; adeo nihil poteſt eſſe preſens temporis, niſi ſolū inſtans indiuiſibile: ⁊ per conſequens per hoc dicitur hora eſſe nunc, aut dies, aut mēſis aut annus: quia eſt vnū inſtans quo pars preterita huiuſmodi tēporum cōtinuatur cū futura. ¶ Contra quam opinionem ſtatuerim ego tertiam concluſionē. Tēpus non eſt aliquod accidēs realiter diſtinctum a motu. Hanc concluſionem multis argumentis nituntur perſuadere Occhā ⁊ Gregorius: que tamen mihi fidem faciunt hec ſunt, que lib. 3. q. 2. de motu afferebamus: et in predicamentis capi. de ad aliquid. ¶ Primo. Si tempus eſt res diſtincta a celo eiuſq; motu, ſequitur quod Deus poteſt celum ⁊ motum eius conſeruare, illo accidente deſtructo (nullam enim videt repugnantiā inuoluere ꝙ Deus moueat celū vt nunc mouet ſuſpēdendo

Opīo. 3.

3. Conclu. Tp̄us nō diſtinguit numero a motu.

dendo concurſum ne producatur illud accidēs) tunc aūt in celo erit tempus vt modo: ergo illud accidens eſt ſuperfluum. Minorē iſti nō negant. Nam bene vident ꝙ tunc eſſet menſura noſtrarū operationum, ſicuti eſt modo. Sed maiorē dicūt inuoluere contradictionē. Sicut enim Deus nō poteſt facere album ſine albedine, ita nec poteſt facere vt aliquid moueatur ſine accidente diſtincto quod eſt motus: et per conſequens ſine alio quod ſit tempus. Solutio tamen hec principiū petit: nec prorſus ſatiſfacit. Nā eſſe album in ſua ratione formali includit albedinē: moueri autē ſolū includit motū: non tamen includit ꝙ talis motus ſit res diſtincta a mobili, ſꝫ ſolū ꝙ mobile ſit in cōtinua acquiſitiōe alterius ⁊ alteri⁹ quātitatis aut q̄litatis aut vbi. Et ideo hoc pretēdit argumentū ꝙ nō repugnat celū aut me moueri localiter per hoc ꝙ acquiram alium et aliū locum ſecluſa quacūq; alia re: ⁊ ſic certe nec motus nec tēpus ſunt res diſtincte a mobili. Sicuti ad hoc ꝙ Petrus ſit pater, ſatis eſt ꝙ habeat filiū, ſecluſa quacunq; alia entitate: quia eſſe patrem nihil aliud eſt q̄ habere filium: ſicuti eſſe album habere in ſe albedinem. Concedimus ergo contradictionem eſſe rem moueri ſine motu: ſed ſine motu diſtincto, hoc tu habes ꝓbare. ¶ Preterea eſt peculiare argumentū aduerſus res has ſucceſſiuas. Si enim tempus aut motus eſſet accidens diſtinctum, eſſet quidē ſucceſſiuum, cuius nulla vnq̄ pars eſt preſens nec fuit preſens, ſed ſolum inſtans indiuiſibile: quod Ariſto. text. 89. fatetur non eſſe partē temporis. Hoc tamē profecto, quicquid dicant, eſt intellectu pene impoſſibile. In linea enim intelligimus partes cōtinuatas per punctum quia vere ſunt preſentes. In tēpore aūt aut motu quomodo intelligitur habuiſſe partes ſi nunq̄ fuit preſens aliqua pars ſecundum ſe totam, aut aliquid ſui. Ratio hec .xi. confeſ. fere per totum adeo vexauit Auguſtinū, vt ſemꝑ ſe fateretur ignorare quid ſit tempus: nēpe q̄, vt capi. 15. ait, temporis nihil vnq̄ eſt, niſi indiuiſibile: et ideo intelligere nequibat, quomodo habuiſſet aut habiturum eſſet partes. Et ideo intelligere non potuit vbi eſſet pars ꝑterita aut futura. Atq; adeo profecto ſola ratione (credo) intellexit diſtingui ab exiſtentia illius quod mouetur. ¶ Addit Gregorius ꝙ ſequeretur rem aliquam nunq̄ eſſe, niſi quando ſimul ⁊ fit ⁊ corrumpitur (quod Ariſto. 5. huius tex. 14. videtur habere pro inconuenienti) nā in quocunq; inſtanti eſt tempus vel motus, eſt in fieri ⁊ in corrumpi. Sed qui ſuperiora argumenta deuorauerit, hoc corollariū facile iudicabit. ¶ Arguitur preterea. Si tēpus eſſet res diſtincta, poſſet Deus idē tēpus numero reproducere: nam quancunq; entitatē preteritam poteſt deus iterato producere. Quod tamē idē tempus numero quod preteritum fuit modo redeat, contradictionē implicat, eo ꝙ natura eius eſt fluere: fluxui aūt vt repugnat nō fluere, repugnat reuerti. Nō eñ eſt intelligibile ꝙ Deus heſternū diē hodie reproducat: ſicut nec reproducere pōt ꝑteritā actionē. Pōt eñ Deus reproducere panem quē ego heri comedi: comeſtionē tñ illam numero certe nō poteſt. ¶ Et confir. Si eundem heſternū diem Deus poſſet hodie producere, eadē ratione poſſet conſeruare hodiernum vt nunq̄ preteriret, eſto celū ſemper moueretur: et ſic viuerem quantū Mathuſalē, ⁊ tamē nunq̄ haberem plures annos q̄ modo habeo. Et eadem ratione poſſet eandem numero horā qua equus percurrit tria miliaria, retinere per mēſem, quo formica mouetur per tantūdem ſpatiū: et ſic formica moueretur tam velociter q̄ equus: poſtq̄ eodem tēpore idem ſpatium pertranſit. ¶ Quod ſi reſpondeant ꝙ Deus poteſt reproducere ⁊ retinere idem accidēs quod eſt tēpus, non tamen idem tēpus formaliter .i. eandē durationem aut moram preteritam: tunc ſequitur ꝙ nō ſufficit ad rationem tēporis ꝙ ſit res diſtincta, niſi cōſideretur ſub ratione preteriti, aut futuri. Hoc ergo qđ ipſi attribuūt illi entitati, nos attribuimus mobili: videlicet ꝙ mobile eſt eadē res que eſt motus ſcđm illā rōnē qua aliter ⁊ aliter ſe habet in ordine ad partes priores et poſteriores ſpatij. Et idē, ſecundū aliam rationem qua aliter ⁊ aliter ſe habet in preterito ⁊ futuro, eſt tempus. ¶ Preterea eiuſdem rationis ſunt in ratione motus (quantū ad hoc) circularis ille celeſtis ⁊ quicūq; alius in iſtis inferioribus: ergo nullum accidens nouum producitur in celo per ſuū motū, cuius ſimile nō producatur motibus horū inferiorū. Mobilia autem hec inferiora non producūt aliquod accidēs quod eſt tēpus: nam (vt ſtatim probaturi ſumus ex Ariſto.) tempus nō eſt ſubiectiue, niſi in celo: ergo neq; in celo tempus eſt aliquod accidēs diſtinctum, ſed illud prius ⁊ poſterius quod ratione diſtinguitur ⁊ a motu ⁊ a mobili. ¶ In ſumma. Poſtq̄ intelligere poſſumus ⁊ motū ⁊ tēpus ſine rebus diſtinctis, nō debemus res illas multiplicare, niſi vel ad euitandum predicationes ill. ⁊c, quas aduerſus primam ⁊ ſecundā opinionē inferebamus: vel propter authoritates Ariſtotelis: ſed et verba Ari. ſane intelligūtur, et predicationes ille optime excuſant per ſolā diſtinctionē rationis et diffinitionis inter tempus et motum: ergo nō opus eſt vt diſtinguantur tanq̄ res a re.

¶ Eſt ergo quarta concluſio. Tēpus diſtinguitur a motu, ratione formali ⁊ diffinitione. *4. Cōcluſ. Tēpus rōne diſtin. a motu.* Cōcluſio hec manifeſte ſequitur ex ſecūda ⁊ tertia. Si enim diſtinguitur a parte rei, ⁊ nō tanq̄ res a re, fit vt diſtinguatur ratione formali. At ne cōmentum noſtrum eſſe cenſeatur: videt mihi profecto ſententia eſſe expreſſe Ariſto. text. 99. vbi ait ꝙ tēpus id quidē quod eſt, motus eſt: eſſe autem .i. ratio et quidditas alterū eſt ⁊ nō eſt motus: ⁊ tex. 131. ait ꝙ ſi non eſt poſſibilis intellectus qui numeret prius ⁊ poſterius, nō eſt completa ratio formalis tēporis a parte rei. Sequit [licet eſſet hoc, quod aliquando eſt exiſtens tempus: vt ſi cōtingit motum eſſe] .i. eſſet motus qui eſt idem realiter quod tēpus. Nō ergo diſtinguit tempus a motu tanq̄ rē a re, ſed quidditatiua ratione. ¶ Quantū autē ad. S. Th. pertinet, nullus eſt locus quē ego viderim, nec hic, neq; 1. p. q. 10. nec alibi vnq̄, vbi contrariū dixerit. quia nullibi addit verbum ad verba Ariſto. Vide oēs locos apud Capreo. 2. ſent. d. 2. q. 2. Quin immo lec. hic. 17. ſuper textū citatū 99. ait ꝙ prius et poſterius ſunt idem ſubiecto cū motu, ſed differunt ratione. Et lec. vltima ſuper text. 131. idē ſentit. Quod ſi aliquando dicat tēpus eſſe accidens ipſius motus: ⁊ eſſe ſucceſſiuum eſſeq; ſubiectiue in primo mobili ⁊ ſimilia, cuncta nos cōcedimus: nam accidens,



cidens, etiā reale, nō dicit ſemper rem diſtinctā, ſed id quod accidit rei preter eius eſſentiā. Non enim negatur quin eſſe patrem ſit accidens Petri, quāuis paternitas nō ſit res diſtincta. Et Scotus quāuis ⁊ relationes ⁊ motū diſtinguit a ſubiecto, nihilominus in. 4. d. 48. q. 2. expreſſe ait ꝙ tempus non eſt quantitas diſtincta a motu: ſed ſolum differt ab illo in ratione mēſure. *Dĩa iter motum et tempus.* Et Durā. lib. 2. d. 2. q. 4. idem dicit tanq̄ de mente Philoſophi. ¶ Animaduertenda eſt ergo differentia inter tempus ⁊ motū. Que in motu locali recto ſuper planū exēpli grā oculatius patebit. Demus ſuper planū tripedale vniformiter moueri lapidem. Illud aliter ſe habere mobilis reſpectu ſpatij .ſ. ꝙ prius eſt in parte priori q̄ in media, ⁊ in media q̄ in poſteriori, eſt motus: quia eſt actus entis in potentia, quod nondū peruenit ad terminū. *Continuitas tp̄is.* Ex hoc prius ⁊ poſterius, cōſequit aliud pri⁹ et poſterius mora ⁊ duratione: ⁊ hoc eſt tp̄us. Et ſic plane intelligitur verbū Philoſophi text. 99. ſ. ꝙ ex cōtinuitate magnitudinis ſequit ꝯtinuitas motus: ⁊ ex cōtinuitate motus, cōtinuitas tēporis. Ex hoc eñ ꝙ ſpatium habet partes cōtinuas ſitu ⁊ poſitione, motus quo mobile pertranſit illas eſt cōtinuus: ⁊ ex hoc ꝙ motus eſt cōtinuus, more le quas mobile facit in illis partibus, ſunt continue. *Rō menſure.* ¶ Eſt tamen hic preterea adnotandum ꝙ hoc prius ⁊ poſterius non habet rationē tēporis, niſi quatenus menſura eſt motuum ac durationum omniū rerum (hoc eñ proprie ſonat nomen tēpus) res autem (vt habetur. 10. meta. text. 2.) menſurare nō poſſumus, niſi per aliquā quantitatem: q̄ vtimur tanq̄ indiuiſibili, multiplicādo illā (alias ſi menſura eſſet diuiſibilis, haberet aliam menſuram ſui) vt vinū metimur amphora, triticum modio, ſtadium pede, pannum vlna. Et hac ratione illud prius et poſterius quod vocamus tempus, partimur per annos, ⁊ annum per menſes, menſemq; per dies, diem autem per horas: ⁊ hac hora vtimur tanq̄ indiuiſibili: que eſt ſicut minima pars numeri: nā minima pars ſimpliciter magnitudine non eſt dabilis, vt ait hic Philoſophus tex. 108. Et cum tempus in rei veritate ſit continuum, habet vt ſit numerus per operationem intellectus diuidentis illud in partes: ſicut pannus cōtinuus nō eſt numerus, niſi quatenus per intellectum diuidimus in decem verbi gratia vlnas. Et quia inter motus, ille qui natura ſua eſt regulariſſimus, eſt ſubinde ſimpliciſſimus, ⁊ per conſequens inter alios irregulares habetur ſicut vnitas ad iudicandū de illis, et talis eſt motus primi mobilis: ꝓpterea illud prius et poſterius in motu primi mobilis eſt tempus omnium temporalium: vt docet Philoſophus tex. 133. Eſt enim conſiderandum ꝙ quemadmodū ſi vlna, aut amphora eſſet variabilis, nūc maior nūc minor, nō eſſet mēſura: ita mot⁹ ſi nūc eſſet tardior, nūc velocior, nō eſſet mēſura. Et ideo quia ſolus motus celi ſuapte natura eſt inuariabilis, ille eſt aliorum mēſura. ¶ Quod ſi arguas, de ratione mēſure eſſe vt ſit notiſſima (vt eodem tex. 108. aſſerit Ariſto.) quia per menſuram debemus iudicare de re menſurata: motus autem primi mobilis eſt nobis abſcōditus: ſicut ipſum primum mobile. Reſpondetur ꝙ ille eſt motus notiſſimus per motum ſolis, qui mouetur quotidie motu primi mobilis: ⁊ ideo ſol eſt ſignū tēporis.

¶ Per hæc lucida habetur expoſitio diffinitionis temporis: *Tp̄is diffinitio.* qua dicitur text. 101. ꝙ tempus eſt numerus motus ſecundū prius et poſterius. Eſt enim numerus ille dierum aut horarum in quem diuidimus moram illam ⁊ durationem quā facit mobile continuo motu. Non ergo dicitur ꝙ ſit numerus partium mobilis aut ſpatij, ſꝫ numerus motus. Nec rurſus dicitur numerus partium motus diuiſi ad diuiſionem mobilis, ſed diuiſi ſecundum prius ⁊ poſterius: non quidem poſitione vt eſt in ſpatio (ad quod prius et poſterius ſequitur proprie ratio mot⁹) ſed ſecundum prius et poſterius mora et duratione in ratione preteriti ⁊ futuri. ¶ Sed ꝯtra. Iam ponitur diffinitum in diffinitione: quia hoc prius et poſterius non poteſt explicari, niſi ꝑ preteritū ⁊ futurum, quod eſt prius ⁊ poſterius in tempore. ¶ Negatur ꝙ ſit petitio principij. Nā illud prius et poſterius eſt ipſius motus, et tempus diffinitur tanq̄ paſſio ipſius motus. Sed quia prius et poſterius eſt equiuocum (nam pōt intelligi, aut ſitu et poſitione, ſicut in magnitudine, aut duratione et mora) non poſſumus diſtinguere vnum prius et poſterius ab alio, niſi vtamur terminis temporalibus: vt ſi dicas. v. g. heri ⁊ hodie, preteritum ⁊ futurum ⁊c. Hac ergo de cauſa ſubinfert Ariſto. eodē text. 108. ꝙ tempus quatenus eſt numerus qui intellectu diuiditur in plura dicitur multum et paucū: quatenus vero eſt quantitas continua, dicitur longū aut breue. Nam illa ſunt predicata quantitatis diſcrete, hec vero continue. ¶ Ac deinde tex. 109. ſubinfert ꝙ tempus nō eſt numerus formalis quo numeramus, ſed numerus materialis numeratus. *Nūerus q̄ et quod.* Vbi aliqui diſtinguūt duplicē numerū .ſ. numerantē, qui eſt anima numerans: et numeratum, qui eſt res numerata. At vero diſtinctio hec nō elicitur ex Ariſto. nec intellectum numerantem aut conceptū quo numerat appellaſſet vnq̄ numerum. Eſt eñ terminorum abuſio: quia numerus, cum ſit ſpecies quantitatis diſcrete, non eſt niſi aut res ipſe, aut aliquid quod de illis formaliter predicatur. Numerum ergo formalem, quo, appellat numerum de genere quantitatis, vt abſtrahitur operatione intellect⁹ ab his ⁊ illis rebus numeratis: qui obiectiue eſt in anima: et numerus numeratus appellant res ipſe. Ait ergo quod tempus nō eſt numerus quo numeramus vt dicit quantitatem diſcretam in communi, vt explicuimus in predica. ſuper eundem textum, ſed eſt numerus numeratus, puta prius ipſum et poſterius motus, vt expoſitum eſt: vt ſi dicas decem vlnas panni nihil aliud eſſe q̄ ſit ipſemet pannus.

¶ Quinta concluſio. Quod dictum eſt de tempore, ſentiendum eſt proportionabiliter de inſtante: nempe ꝙ ſola ratione diſtinguitur a mobili. ¶ Igitur ad primum principale argumentum *Ad primū princi.* concedimus illam partem ſcilicet quod tempus nō eſt alia res numero diſtincta a motu: negamus tamen inde ſequi ꝙ ſolum differant penes connotationes terminorū. Medio enim modo incedimus inter Reales ⁊ Nominales: a quibus forſan nō tā re q̄ mō loquēdi differimus. Ille eñ quas illi vocāt cōnotatiōes terminorū nos dicim⁹ eē rōnes et q̄dditates diſtinctas

ctas in re ipſa: vt expoſitũ eſt. Et ꝓpterea ſimpliciter non conceditur ꝙ nomen, tempus, formaliter ſupponat pro motu: ſed (identice) pro re que eſt motus: nec, motus, pro tẽpore, ſed pro re que eſt tempus. Ob idq; negantur iſte predicatiões, mobile eſt motus, aut tempus: motus eſt tempus, in ſenſu formali: licet res que eſt motus ſit res que eſt tempus. Et eadem ratione negatur ꝙ annus ſit dies, aut dies hora: ſed dies eſt mora illa ⁊ duratio quam fecit celum ab oriente in oriẽs circulo diurno: et hora eſt vigeſima quarta pars illius, ⁊ mẽſis triginta circulationes. Atq; adeo pari ratione negantur omnes ille predicationes quas contra primam et ſecundã opiniones obijciebamus. ¶ Quod ſi dubitaueris nos concedere in creaturis quod in diuinis credimus, ꝙ eadem res que eſt motus eſt tempus: et tñ motus nõ eſt tẽpus ſicuti eadẽ eſſentia que eſt pater eſt filius, tamen pater non eſt filius: hec et alia vide in predicamentis capi. de quantitate. q. 2. ⁊ lib. 3. huius. q. 1. vbi hunc modum loquendi copioſiſſime explicuimus. Qui ſi ſemel in ſcholis admitteret, multe profecto realitates ex vna parte excuſarentur, ⁊ ex altera loquutiones que inepte ſane ſunt in Philoſophia corrigerentur.

**Articu. 2.** ¶ In articulo ſecundo reſtãt tria precipua dubia: que ſunt apud Ariſto. primum eſt circa materiam ſecundi argumenti principalis.

**Prima dubita.** Utrum tẽpus ſit ens reale, aut rationis: quod eſt apud Ariſtote. tex. 131. vbi inquit ꝙ ſi non eſſet poſſibilis intellectus, non eſſet poſſibile tẽpus. Et inde infert ꝙ ſi de facto nõ ſit intellectus: neq; eſt tempus: ⁊ per conſequẽs videtur ſentire ꝙ ſit ens rationis. Ex alia parte videtur ꝙ ſit ens vere reale. Nam tempus eſt vere accidens reale, cum ſit vera cauſa rerum: ⁊ prius ⁊ poſterius in motu eſt tempus. Immo circunfertur articulus Pariſienſis: vbi habetur ꝙ dicere tempus non eſſe a parte rei, eſt error. ¶ Hanc dubitationẽ ſcite ſane diluit. S. Tho. hic lect. 23. Ubi conſiderandũ eſt ꝙ cũ nũerus nõ diſtinguat realiter a rebus nũeratis: vel ſaltẽ ab vnitatibus. que ſunt quantitates ipſarum rerũ numeratarũ (vt cap. de quantitate. q. 2. cenſebamus) fit vt numerus quantũ ad ſuũ eſſe materiale quod habet in rebus non dependeat ab intellectu: (ſaltem creato) nam ab intellectu diuino omnia dependent in fieri ⁊ cõſeruari. Ratio vero ipſa numeri dicit reſpectum ad numerantem. Sicut, ſenſibile, dato ꝙ de formali ſignificet qualitates reales, vt colorẽ aut calorem ⁊c. nihilominus dicit reſpectũ ad ſenſum: quia ille qualitates non dicerẽtur ſenſibiles, niſi reſpectu ſenſus. Et ideo illa conſequentia Ariſtote. de poſſibili. ſ. ſi non eſſet poſſibilis intellectus, non eſſet poſſibilis numerus, bona eſt: quia ſi non eſſet poſſibilis aliquis intellectus numerans, nulle res denominarentur numerus: eo ꝙ, numerare, dicit actũ rationis (ſaltem in potentia) multiplicantis ⁊ colligẽtis vnitates. Sicut ſi non eſſet poſſibilis ſenſus, nulla qualitas diceretur paſſibilis. Cum autẽ inferuntur propoſitiones de in eſſe, conſequentia non valet in rebus permanentibus. Nam dato ꝙ nulla nũc eſſet potentia de facto ſenſitiua, nihilominus res eſſent ſenſibiles: quia, ſenſibile, ſolum dicit potentiam. Et pariter numerus decẽ equoꝝ, aut hominũ, vere ⁊ formaliter eſſet numerus, ſecluſa operatione intellectus: quia ſatis eſt ꝙ ſit numerabilis. Sed tamen quia tempus nullas habet partes ſimul (temporis eñ nihil aliud eſt q̃ indiuiſibile nunc, vt dubio. 3. explicabimus) nullo modo partes ille ſunt preſentes niſi per operationẽ anime actu conſeruantis prius ⁊ poſterius. Dicit enim modo nunc dies ſabbati eſſe: quia eſt vnũ nunc quod anima conſiderat tanq̃ continuatiuũ preterite durationis et future. Ex quo ſequitur ꝙ tempus ſecluſa operatione intellectus numerantis habet fundamentũ in re: puta motũ: actu tamen, quantum ad formalẽ rationẽ temporis que eſt eſſe numerum, nõ eſt actu niſi per operationẽ intellectus. Et hec eſt expreſſa ſententia Ariſto. loco citato, eodem tex. 131. ſ. ꝙ ſine intellectu nõ eſt tẽpus, ſed tamẽ eſt illa res que eſt exiſtens tempus, quo ad materiale: puta motus. Simile eſt in ſecũdis intentionibus. Natura animalis vere eſt materialiter in quocũq; indiuiduo animali ſecluſa operatione intellectus: quia non diſtinguitur realiter ab illis: ſed tamẽ ꝙ ſit genus, hoc habet per operationẽ intellectus abſtrahentis illam a ſingularibus, vt habeat rationem vniuerſalis. Ita ergo res que eſt tempus eſt preter operationẽ intellectus: ſed ꝙ ſit numerus habet per operationẽ intellectus.

**Ad. 2. pñ.** ¶ Et ex hoc patet ſolutio ad ſecundum principale. ¶ Quod ſi rurſus quis percontet an ſimpliciter concedendũ ſit, tempus eſſe in rebus etiam quocũq; intellectu ſecluſo. ¶ Reſpondetur ꝙ forte ita eſt concedendũ: ſicut in predicabi. q. 2. de vniuerſalibus diximus ꝙ non obſtante genera et ſpecies actu abſtrahantur per operationem intellectus, nihilominus propter fundamẽtum quod habent in re, concedimus ſecluſa operatione intellectus eſſe multa genera et ſpecies herbarum atq; animalium ⁊c.

**Secũdũ dubiũ.** ¶ Secundum dubium circa tertium argumentũ principale, eſt de vnitate tẽporis. Exegorius enim loco citato. 2. ſen. propter illud argumentũ (ait) quodcũq; corpus regulariter motũ eſſe tẽpus. Et Occhã itidem vbi citatus eſt, licet id non tam abſolute affirmet, nihilominus ponit multas acceptiones temporis. ſ. ꝙ primo modo accipitur pro motu velociſſimo qualis eſt motus primi mobilis: et alio modo large pro motu quocũq; horum inferiorũ. Et ratio iſtorum eſt quia putant tempus eſſe quicquid nos accipimus tanq̃ indiciũ ⁊ ſignũ temporis. ¶ Attamen, vt bona venia bonorũ, alias, authorũ dixerim, id in primis eſt expreſſe contra doctrinam Ariſtot. qui text. 133. ex profeſſo multis verbis docuit vnicum eſſe tempus omniũ motuũ. Alias (inquit) ſequeretur ꝙ plura equalia tẽpora eſſent ſimul. Si enim deambulatio mea eſſet tẽpus, eſſet proinde hora tertia: ⁊ ſic ſi aliꝰ ſimul ambularet, eſſent due hore tertie. Et ita poſſent eſſe mille hore ſimul ⁊ mille dies martis, ſi eſſent mille motus vniformes qui durarent per diem: vt ſuper eundem textum explicabamus. Et preterea hoc eſt manifeſte contra communem modum loquendi, et ſapientum, ⁊ vulgariũ. Nam ſecundũ iſtos quodlibet horologium eſſet tẽpus: et ſic dicendũ eſſet ꝙ aliud numero tempus eſt Pariſijs ⁊ aliud Salmantice, et aliud Rome: immo aliud eſſet tẽpus in ſcholis, ⁊ aliud in eccleſia maiori: quod profe-





**Ad. 3. pñ.** cto ridiculũ eſſet dictu. ¶ Rñdemus ergo cũ Ariſ. loco citato ꝙ tempus ſolũ eſt ſubiectiue in celo: in alijs autem non niſi tanquã menſura in menſurato. Et ita expreſſe ait. S. Tho. 1. p. q. 10. artic. 6. ¶ Unde ad argumentũ negatur illa maior, ꝙ quocunq; vtimur tanq̃ ſigno iudicamus actiões noſtras, ſit tempus. Requirit eñ ad rationẽ temporis ꝙ ſit numerus motus ex ſua natura, ita regularis, vt per naturam non poſſit errare. Nã tempus eſt menſura naturalis rerũ: ⁊ per cõſequens debet eſſe naturaliter inerrabile. Et talis eſt ſolus motus primi mobilis. Motus aũt inferiores, naturales quidẽ, velociores ſunt in fine q̃ in principio, violenti vero, econtrario. Item q: motus horum inferiorũ nullus põt eſſe naturalis niſi rectus: motus aũt rectus nõ põt naturaliter perpetuo durare: tpus aũt debet eſſe ſuapte natura mẽſura perpetua ⁊ indefatigabilis. ¶ Unde ſequit ꝙ licet nos arte inſtauremus aliquẽ motũ regulariſſimũ, vt facimus in horologijs: q: tñ non habent hi motus a natura illã regularitatẽ, et tpus eſt ens naturale: duratio horũ motuũ nõ eſt tempus, ſed ſigna tẽporis. Et ita profecto ſunt dicenda horologia. Et hec eſt ſententia Ariſt. tex. 112. ſ. ꝙ tempus cognoſcimus motu ſicut motũ tẽpore. Si eñ prius ⁊ poſterius cuiuſcũq; motus eſſet tẽpus, nõ dixiſſet ꝙ motu cognoſcimus tẽpus, ſed ꝙ vno tẽpore cognoſcimus aliud tempus. Dixit autem ꝙ motu cognoſcimus tempus: quia motus qui fiunt apud nos ſunt ſigna temporis. Ita enim horologiũ ſignat nobis tẽpus: nõ certe qḋ eſt in illo, ſed quod eſt in celo. Unius enim eiuſdemq; numero hore ſignũ dant quotquot in mũdo horologia ſimul ſonant.

¶ Sed oriũtur hinc parua quædam dubiola. Primũ. Cur potius ponitur tẽpus in motu p̃mi mobilis, q̃ in motu alterius orbis: preſertim ſolis: cum hic ſit nobis omnium notiſſimus. Reſpõdetur ꝙ orbes proprij planetarum ſunt ab occidente in oriens: qui nõ ſunt ita veloces. Nam luna mouetur in menſe, ſol in anno: et alij alijs tpibꝰ: vt Aſtrologia docet. Nec ſunt ita vniformes: neq; per illos diſtinguuntur dies et noctes. Sed primum mobile quotidie facit integrũ circulũ, ſecũ rapiens omnes orbes. Et ideo motus ille ſolis quo diſtinguimus dies ⁊ noctes eſt peculiaris primi mobilis: ⁊ idcirco illic eſt tẽpus.

**Dub. 2.** ¶ Alterum dubiũ eſt: vtrũ ſi alius fieret per impoſſibile motus velocior (nam magis regularem ⁊ vniformẽ fieri nõ eſt poſſibile) in illo eſſet tẽpus. Videt eñ ex vna parte ꝙ nõ. Si quidẽ tempus eſt ens naturale: atq; adeo videt intrinſece primo mobili conuenire. Ex alia parte videtur ꝙ in illo tunc motu eſſet tempus: quippe qui eſſet breuiſſima menſura.

**Dub. 3.** ¶ Itẽ eſt dubiũ (vt ad vtrũq; ſimul dicamus) ſi primum mobile nunc per impoſſibile ceſſaret: vt ceſſaturũ eſt in fine mũdi, et ceſſauit tres horas tempore Joſue: nihilominus eſſet tẽpus (nã poſſemus actiones noſtras tunc metiri) ⁊ tamen nullus eſſet tunc motus: ergo tẽpus nõ eſt menſura motus primi mobilis. Argumentum eſt Auguſtini. xi. cõfeſſ. cap. 23. Et idẽ eſt argumentum ſecundũ opinionem eorum qui dicunt in creatione mundi tempore preceſſiſſe materiam informẽ anteq̃ eſſet lux qua diſtingueret diem ⁊ noctem. Eſſet eñ tunc tempus ſine motu. ¶ Ad vtrũq; reſpondetur ꝙ tẽpus (vt. 1. p. q. 66. arti. 4. ait. S. Tho.) non per ſe ⁊ neceſſitate intrinſeca eſt in motu primi mobilis: ſed per accidens: quia accidit ei vt ſit primus motus eorũ qui ſunt in orbe. Et hoc profecto eſt mihi teſtimonium ꝙ non eſt accidens diſtinctum: ſed mora et duratio ipſius motus conſideratur in quantum menſura. Et ideo ſi materia fuit creata informis prius tempore q̃ eſſet motus illius lucis, neceſſe eſt ponere (vt ait illic. S. Tho.) aliquam ſucceſſionẽ cõceptionũ ⁊ affectionũ in mente, que haberet rationem tẽporis. Id quod manifeſte colligit hic ex Phi. text. 98. vbi dicit ꝙ etiam per motũ anime poſſumus cognoſcere tẽpus. Et pariter in bello Joſue per motũ ipſius belli aut aliquẽ aliũ artificialẽ, poterat cognoſci quantũ ſol ſtetiſſet. Et tũc ille motus, licet nõ erat proprie tẽpus, erat tamẽ ſignũ tẽporis qḋ fluxiſſet, ſi motus celi nõ ceſſaſſet. At vero poſt diẽ iudicij ceſſante motu celi cũ oibꝰ motibꝰ gñationis ⁊ aleratiõis alijſq; id genꝰ phyſicis, prorſus ceſſabit ratio temporis. ¶ Sed contra: q: tẽpus eſt propria paſſio motus celi: ergo non põt eſſe tẽpus niſi in illo, nec põt ille intelligi quin habeat tẽpus. ¶ Reſpõdetur ꝙ habere prius ⁊ poſterius ſucceſſione eſt paſſio eius, ſicut cuiuſcũq; motus. Qḋ aũt ſit prima mẽſura, conuenit ei quãdiu ſit primus motus. ¶ Sed qḋ ſi crearetur alius eque vniformis ⁊ eque velox ſicut ille? ¶ Rñdetur ꝙ illud non poſſet fieri niſi crearet alius mundus. Et tũc ille eſſet aliud tẽpus numero: q: ille motus nõ eſſet ſignũ aut mẽſura huius nec iſte illius: ⁊ ideo eſſent duo tẽpora eiuſdẽ rationis.

**Dub. 4.** ¶ Alia dubitatio eſt: vtrũ tpus nõ ſolũ ſit menſura motuũ omniũ inferiorũ, ſed etiã motus ipſius primi mobilis. Videt eñ ꝙ nõ ſit menſura motus p̃mi mobilis: q: per illud nõ certificamur de quãtitate illius motus: cũ tã vniformis ſit motus in rõne motus (ſcz ſcḋm prius et poſterius: qḋ deſcribit in ſpatio imaginario) q̃ in rõne tẽporis: ſcilicet in rõne prioris ⁊ poſterioris in p̃teritũ ⁊ futurũ. Sed in cõtrariũ eſt etiã ratio: ꝙ cum ille ſit motus ſucceſſiuus, variabilis ſcḋm prius et poſterius, non eſt cur non menſuretur tempore. ¶ Reſpõdetur ꝙ eſt menſura tã illius motus, q̃ omniũ aliorũ. Et ita ait. S. Tho. 1. p. q. 10. art. 6. ꝙ eſt in illo tanq̃ in ſubiecto et primo mẽſurato: in alijs autẽ non niſi tanq̃ mẽſura in mẽſuratis. Sed eſt intelligendũ ꝙ eſt menſura, illius intrinſeca, aliorum aũt extrinſeca. Exẽpli gratia. In vlna lignea ſignantur tres pedes, que ſunt tres tertie. Illa pars tertia eſt intrinſeca menſura illius lignee vlne: extrinſeca autem panni ⁊ aliorũ que illa tertia menſurant. Ita vna hora eſt intrinſeca menſura illius motus celi (nã vicies quater multiplicata metitur totũ circulũ diurnũ) ſed eſt extrinſeca menſura noſtrarũ actionum. ¶ Unde ad argumentũ in cõtrarium reſpondetur ꝙ quãuis motus ſit tã vniformis quam tẽpus, nihil obſtat quominus intrinſece menſuretur ipſo tempore. Quã ob rem Commen. com. 102. ait ꝙ cum dicitur: tempus eſt numerus motus ſecũdum prius et poſterius: ly motus accipitur pro quocunq; motu: ſed, prius ⁊ poſterius, pro ſolo priori et poſteriori in celo. Ut ſi ſenſus quod tempus eſt numerus cuiuſcunq; motus: celeſtis quidem, intrinſecus, et aliorum extrinſecus: ſed eſt numerus et menſura ſecundum prius et poſterius,

que regulatiſſime ſunt in celo. Tametſi forte melius eſt dicere quod motus ſolum accipitur pro motu celi, vt ſit numerus ſolius motus celi: quia eſt numerus numeratus ipſius prioris et poſterioris: licet per ipſum extrinſece metiamur alios motus. Immo tempus non ſolum cuiuſcũq3 motus eſt menſura, ſed etiam per accidens eſt menſura quietis vt ait Ph. tex. 118.

Dub. 3. p̄ncipale vtrum ſit vnũ nũc.

¶ Tertium principale dubiũ circa quartũ argumentũ eſt de inſtãtibus tẽporis: vtrum vnũ et idẽ ſit nũc fluẽs per totũ tẽpus. Qđ certe apud nonnullos Realium implexũ atq3 intricatũ eſt valde. Tenentes nãq3 tẽpus diſtingui a motu tanq3 alterã rem numero, dicũt in primis partes tẽporis cõtinuari per inſtãtia indiuiſibilia: queadmodũ partes linee continuant᷑ p puncta. Quod ſentire videt᷑ Ph. text. 104. comparans inſtãs pũcto linee: ⁊ ideo ſicut in q̃libet parte linee ſunt infinita pũcta, ita in qualiber parte temporis ſunt infinita inſtãtia. Et hoc quidẽ ſatis eſt intelligibile illi qui credit tẽpus eſſe rẽ diſtinctã a motu. Sed tamen adijciunt ꝙ preter iſta plura inſtantia indiuiſibilia eſt vnicũ nũc fluẽs, idem manens per totum tempus. Quod quidem aſſerunt ſolum propter verbum Ariſtote. loco modo citato text. 104. vbi ait. Ipſum autem nũc eſt quidem vt idem: eſt vero vt non idem. Et putant eſſe opinionem S. Thome: quam tamen profecto nec ex Ariſtote. nec ex. San. Thoma (vel ego fallor) elicere poſſunt: ſed eſt merum figmentum preter vtriuſq3 intentionem. Nam primum oĩum verba Ariſtotelis manifeſte huic opinioni aduerſantur. Non enim inquit quod aliud ſit, nunc, quod eſt idem, et alia ſint nunc, numero diuerſa: ſed ꝙ vnẽ et idẽ numero nũc eſt quodãmõ vnũ, et quodãmodo plura. Quatenus enim (inquit) in alio ⁊ alio eſt, diuerſum eſt: quatenus vero eſt id quod eſt, ipſum nunc idem eſt. Et ſubdit exemplũ: ſicut lapis qui per idem ſpatium mouetur, vnus eſt et idem re, perſeuerans in toto motu: ſed eſt alius et alius ratione, quatenus conſideratur in alia et alia parte ſpatij. Idq3 etiam ↄfirmat exẽplo Coriſci: q̄ idẽ eſt re dũ eſt in foro ⁊ dũ eſt in Lyceo, ſola ratione differẽs. ¶ Item iſti, vt Capreo. 2. ſent. d. 2. q. 2. et alij Thomiſte, non poſſunt fingere quid ſit nunc permanẽs, niſi vnitas mobilis quod manet in toto fluxu temporis. Unitas autem mobilis non dicit reſpectum proximũ ad tempus: tametſi ſit cauſa vnitatis ⁊ continuitatis motus: vt ait Ariſtote. tex. 105. ⁊ illic a nobis expoſitum eſt.

Senſus Ariſto. de inſtãtib⁹.

¶ Igitur planiſſimus ſenſus Ariſtotelis eſt ꝙ quemadmodum punctum, motum per aliquã planiciem, a mathematicis fingitur facere lineam, ita exiſtentia mobilis continuo fluens per omnes morulas quas mobile facit in ſpatio, intelligitur facere tempus. Itaq3 ipſamet exiſtentia mobilis, que in ſe conſiderata realiter eſt vna ⁊ eadem numero, conſiderata vt in diuerſis morulis, eſt et dicitur plura inſtantia, ſola ratione diuerſa. Igitur ſi teneatur tempus eſſe accidens numero diſtinctum a mobili et motu, ſolum ſunt ponenda infinita inſtantia numero diſtincta, que continuent partes temporis: et inſtans permanens ſolum appellanda eſt exiſtentia mobilis: non quod continuet partes temporis, ſed quod ſuo fluxu ad imaginationem intelligitur facere tempus. Sicuti in linea non ponimus, preter infinita puncta indiuiſibilia, aliud punctum in rei veritate fluens: ſed punctum ipſum, quod eſt cõtinuatiuum, ſuo fluxu, ſi per impoſſibile moueretur, ad imaginationem fingitur facere lineam. Si vero (quod nos opinamur) tempus non diſtinguitur numero a motu ⁊ mobili, ſed ſolum ad hunc ſenſum realiter quod eſt res alterius predicamenti a mobili (quam ego voco diſtinctionem formalem ⁊ quidditatiuam) tunc non opus eſt ponere infinita inſtantia numero diſtincta: ſed ipſamet exiſtentia mobilis, ſub illa ratione qua nunc eſt in aliqua morula et momento, in qua nec immediate ante hoc fuit, nec immediate poſt hoc erit, eſt nunc indiuiſibile preſens. Atqui illa ratio primi mobilis qua nũquam perſeuerat in eodem loco et morula, ſed ſemper ſuccedit ac fluit a preterito in preſens et a preſente in futurum, eſt tempus. ¶ Et hic eſt planus ſenſus illorum verborum Ariſtotelis eodem text. 104. quod ipſum nunc ſequitur id quod fertur, vt tempus motum. Id eſt, queadmodum tempus ſe habet ad motum, ita nunc ad mobile. Quod eſt dicere. Queadmodum mobile vnum et idem illa ratione qua eſt ſucceſſiue et continue in alia et alia parte ſpatij (que ſunt poſitione et ſitu priores et poſteriores) habet rationem motus: ita exiſtentia ipſius mobilis vna et eadem, in alio ⁊ alio momento et morula (que ſunt priores et poſteriores duratione et ordine preteriti et futuri) eſt nunc ex cuius fluxu fit tempus. Et eadem eſt expreſſa ſententia. San. Thom. 1. p. q. 10. artic. 4. ad ſecundum argumentum. vbi ait quod nunc tẽporis eſt idem ſubiecto in toto tempore, ſed differens ratione: eo quod ſicuti tempus reſpondet motui, ita nunc temporis reſpondet mobili. Mobile autem eſt idem realiter toto decurſu temporis, ſed differens ratione in quantum eſt hic et ibi. Et iſta alternatio eſt motus. Similiter fluxus ipſius nunc, ſecudũ quod alternatur ratione, eſt tempus. Hec ille. Et eandem ſententiam pretendit in illo opuſculo. 44. de tempore: ſi ſuum eſt. Revera niſi iſti interpretes. San. Thome tam eſſent cupidi realitatum multiplicandarum: non quererent in. S. Thom. iſtas realitates, ſicut nodum in ſcyrpo.

Tempus euũ ⁊ eternitas.

¶ Hinc patens eſt differentia inter tempus, euum et eternitatem: vt loco proxime citato docet. S. Thom. Eternitas enim per extremum opponitur tempori. Non enim ſolum conſiſtit eternitas in hoc quod nec principium habeat nec finem: ſed eſſentialiter in hoc conſiſtit quod ſit duratio quedam proſus inuariabilis, et vnum nunc idem re et ratione permanens. Et propterea Deus et q̃cquid eſt in illo eſt eternũ, q2 nihil habere poteſt ſucceſſionis aut variabilitatis, ſed totum ſuum eſſe et operationes habet ſimul in ſe inuariabiliter. Euum autem eſt medium inter tempus et eternitatem. Eſt enim menſura rerum que quantum ad ſuum eſſe et durationem ſunt inuariabiles: habent tamen operationes aliquas ſucceſſiuas naturaliter annexas: aut corporales, vt celum: aut ſpirituales vt angeli. Hoc autem ſolum exempli gratia ad explicandũ naturam temporis dictum fuerit: non tamen vt de re theologica amplius addatur hic verbũ, quo vexati diſcipuli conturbentur.





¶ Sed reſtant contra hanc inſtãtium interpretationẽ argumenta parua ex Ariſ. Ait enim tex. 106. ⁊ expreſſius tex. 121. ꝙ nunc temporis ⁊ diuidit partes temporis, et etiam continuat: ſicuti punctum partes linee. Et tex. 107. ait ꝙ nũc numerat tempus. Et multa alia id genus: que videntur ſonare iſta inſtãtia numero diſtincta. ¶ Reſpondetur ꝙ hec omnia ⁊ ſimilia ſaluari poſſunt, poſita diſtinctione rationis modo quo ſuperius explicata eſt. Dicitur eñ nunc temporis diuidere preteritum ⁊ futurũ temporis: quia eſt terminus preteriti ⁊ initium futuri: ad hunc ſenſum ꝙ nunc res mobilis eſt in tali mora qua nec immediate ãte hoc fuit nec immediate poſt hoc erit. Que quidem conſideratur vt quoddam indiuiſibile ſecundum rationem diſterminans preteritum ⁊ futurũ. Eſt autem continuans, quatenus hoc indiuiſibile conſideratur vt vnũ commune quo participant preteritum ⁊ futurũ: nam continua ſunt quorum vltima ſunt vnum. Dicit᷑ autem numerus, quatenus conſiderantur plura inſtantia quorum vnum fuit principium ⁊ aliud finis eiuſdem temporis: vt eiuſdem hore aut eiuſdem diei. Hac enim ratione multiplicantur inſtantia. Ad hanc normam totus textus Ariſtotelis facile poteſt intelligi: vt latius in commentis patet.

Ad. 4. p̄n.

¶ Unde ad. 4. principale argumentum ſatis reſponſum eſt. Ad confirmationẽ vero, que eſt argumentum Ariſtotelis tex. 89. reſpondet ipſe text. 105. vbi dicit tempus ⁊ inſtans habere ſe conuertibiliter: ſcilicet ſi tempus eſt, nunc eſt: ⁊ ſi nunc eſt, tempus eſt. Nihil eñ aliud docere vult illic niſi ꝙ tẽpus ſimpliciter eſt, per hoc ꝙ nunc indiuiſibile continuans preteritum cum futuro eſt. Dicitur enim nunc dies hodierna eſſe: quia eſt nunc indiuiſibile continuãs ſucceſſionem temporis, quod eſt in motu integro circulari primi mobilis. Et dicitur eſſe hora preſens: quia idem nunc continuat partes talis durationis. Et ita proportionabiliter dicendum eſt de menſe ⁊ anno: atq3 adeo de toto tẽpore, a principio ad finem vſq3 mundi.



¶ Finis quarti Phyſicorum.

# Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper quintum Phyſicorum Ariſtotelis Quæſtiones.

Tex.x. Neceſſe eſt tres eſſe motus.&c.

## Quæſtio prima.

### VTRVM TRES SINT tantum ſpecies motus.

POſt conſiderationẽ motus rei naturalis eiuſq́ꝫ principiorum, cauſarũq́ꝫ, ac menſurarũ.ſ. loci ⁊ temporis, in hoc quinto, vt in exordio commentorum dicebamus, partitur Phi. motum in ſuas ſpecies. Eſtq́ꝫ diſputatio hec tripertita: nempe de ſpeciebus motus, de vnitate et diuerſitate motus: et de eius contrarietate. Ob idq́ꝫ prima queſtio de ſpeciebus motus circa text.10. mouetur hec. ¶ A parte negatiua arguit. Et primo aduerſus diſtinctionem quam Philo. ſtatim tex.1. preponit, videlicet, motum contingere, aut per accidens, aut ratione partis, aut ſimpliciter rõne toti⁹. Id quod ratiõe partis mouet: ſimpl'r mouet q̃n enim quis ſolum laborat pectore, cũ illa pars ſanatur, ſimpliciter dicitur ſanari apud omnes: nam ſimpliciter euadit ſanus. Item qui eſt criſpus ſecundum capillos, ſimpliciter eſt criſpus: et qui eſt aquilinus aut ſimus ſecundũ naſum, ſimpliciter eſt aquilinus aut ſimus: q2 predicationes iſte non poſſunt competere toti, niſi ratione iſtarum partium: ergo quod mouetur ſecundum partem, ſimpliciter mouetur. ¶ Et confirmatur, qui lingua loquitur, totus ſimpliciter loquitur, et qui pedibus ambulat et oculis videt, totus ſimpliciter ambulat et videt: ergo moueri ſecundum partem eſt ſimpliciter moueri. ¶ Et confirmatur.2. ex parte termini: res que mouetur ad ſpeciẽ, ſimpliciter mouetur ad genus: vt qui diſcit Mathematicas, ſimpliciter diſcit ſcientiam, que eſt genus ad Mathematicam: et qui diſcit artem ſtruẽdarum edium, ſimpliciter diſcit artem: tamen ſpecies eſt pars ſubiectiua, cuius totum eſt genus: ergo. Et de parte integrali idem arguitur: ignis enim dum aſcendit ſurſum verſus Zenith noſtrum, ſimpliciter aſcẽdit ad concauum lune, et tamen non aſcendit niſi ad vnam particulam illius. Male ergo diſtinctũ eſt moueri aut mouere ſm partẽ, cõtra moueri ſimpl'r, ⁊ moueri ad partẽ ꝯtra moueri ad totũ. De alijs duobus membris ſcilicet de cauſa ⁊ effectu per ſe ⁊ per accidens, ſuperuacanea eſſet hic diſputatio: quandoquidem.2. huius.q.3. ſatis dictum eſt. ¶ Secundo principaliter arguitur contra id quod habetur text.3. videlicet ſolum ſubiectum proprie moueri. Motus eſt fluxus quidam, et moueri nihil aliud videtur eſſe q̃ rem ſucceſſiue ⁊ continuo aliter ſe habere: ſed qualitas que acquiritur aut intenditur, in alteratione ſemper fluit, quatenus habet nouũ ⁊ nouũ gradũ intenſionis: ⁊ pariter quãtitas in augmẽtatione: quatenus ſemper creſcit: ⁊ forma ſubſtantialis in generatione dum ſucceſſiue extenditur per ſubiectum videtur moueri, poſtq̃ procedit ſemper a minori ad maiorem extenſionem: ergo nõ ſolum ſubiectum, ſed terminus ad quem proprie mouetur. ¶ Tertio arguitur aduerſus illud quod ſtatim ſubditur tex.4. motum ſcilicet et mutationẽ q̃ãcunq́ꝫ denominari a termino ad quem. Motus localis non potius denominatur a termino ad quem, q̃ a termino a quo: nam termini ſunt omnino eiuſdem rationis: vt patet cum quis deambulat: et potiſſimũ id patet in motu circulari celi: cuius idẽ eſt terminus a quo ⁊ ad quẽ: primũ enim mobile mouetur ab oriẽte in idẽ oriẽs. ¶ Et confir. creatio denominatã termino a quo: diffinitur eñ qđ ſit productio alicuius ex nihilo: ergo nõ omnis motus ſortitur ſpeciẽ a termino ad quẽ. ¶ Quarto arguitur aduerſus aliud text.6. ꝙ ea que mouent ⁊ mouẽt per accidens ſunt a ſciẽtia pretereũda. Fortuna eſt cauſa per accidẽs: et tamẽ de illa inter alias cauſas eſt ſciẽtia. vt.2. lib. huius viſum eſt: ergo mouentia ⁊ mota per accidẽs nõ ſunt a ſciẽtia phyſica relinquẽda. ¶ Quinto principaliter arguitur aduerſus illud aſſertũ tex.7. ꝙ generatio non eſt motus. In poſtpredicamẽtis diſtinguit Phi. ſex ſpecies motus: inter quas ponit generationẽ ⁊ corruptionẽ: ⁊ lib.3. huius text.6. inter mobilia commemorauit generabile. Sed ratione arguitur ſic. Si generatio non eſſet motus, id eſſet, aut quia generatio non eſt ſucceſſiua (cũ ſucceſſio ſit de ratione motus) aut quia omnis motus eſt inter contraria, ⁊ ſubſtantie nihil eſt contrariũ, vt habetur hic tex.10. neutrum iſtoꝝ eſt verum: ergo generatio eſt motus. Probatur pars prima minoris. Generatio ignis ex ligno (vt ad ſenſum apparet) fit ſucceſſiue: immo et in generatione animalium (vt eſt in doctrina medicorũ) ſucceſſiue forma inducitur in materiam: prius enim cor viuit quam pedes. Quod ſi dicas minimum naturale ſubſtantie in inſtanti produci, vt lib.1. queſtione quarta dictum eſt, eadem ratione ſubſequitur quod neq́ꝫ alteratio ſit proprie motus: nam minimum etiam caloris producitur in inſtanti: aut ſi non datur minimũ (vt ibidem arbitrati ſumus) ſaltem incipit eſſe calor in ſubiecto in inſtanti per vltimum non eſſe. Secunda pars eiuſdem minoris probatur. In genere ſubſtantie eſt oppoſitio priuatiua: que vt habetur.10. meta. text.15. eſt prima contrarietas: omne enim genus diuiditur per duas differentias quodammodo cõtrarias: vt animal per rationale et irrationale: ergo ſubſtantie aliquid eſt contrariũ. Et cõfir.1. hui⁹ tex.67. docuit Ariſt. principia generationis eſſe cõtraria propterea ꝙ priuatio quodammodo contrariatur forme et per conſequẽs terminus a quo, termino ad quẽ (.ſ. non aer, aeri) ergo generatio qua ex non aere generatur aer non deficit a ratione motus ex defectu contrarietatis. ¶ Sexto cõtra id quod inſinuatur text.9. ⁊ explicatur text.10. videlicet nullum eſſe motum niſi a contrario in cõtrariũ, arguitur ſic. Sequeret augmentationẽ non eſſe motũ: nam quãtitati nihil eſt cõtrariũ. vt habet in predicamẽto quãtitatis. Et ratio eſt q2 (vt lib.1.q.5. oſtenſum eſt) inter illas dũtaxat formas eſt contrarietas, que recipiunt magis ⁊ minus: quãtitas vero non recipit magis ⁊ minus cum nõ ſit intẽſibilis. Et eadẽ rõne neq́ꝫ motus localis proprie eſt motus: q2 cum loc⁹ ſit de gñe quãtitatis, nihil eſt ei proprie cõtrariũ. ¶ Et confirmatur, ſequeretur ꝙ motus circularis celi non eſſet proprie motus, q2 nõ eſt inter t'os cõtrarios: immo eſt ab eodem in idem punctũ. Neq́ꝫ motus progreſſiuus animalis eſt inter contraria. ¶ Et ſcđo cõfir. ſequeretur ꝙ illuminatio aeris nõ eſſet motus, tum q2 nõ eſt a contrario in cõtrarium, tum q2 fit in inſtãti. ¶ Septimo ⁊ poſtremo directe ad q̃ſtionẽ arguit. Rarefactio eſt motus ⁊ tamẽ nec eſt motus localis, nec alterationis, neq́ꝫ augmẽti (ſiquidẽ nihil illo motu aut materie accreſcit, aut forme) ergo nõ ſunt tres tantũ mot⁹ ſpecies. ¶ In cõtrariũ eſt authoritas Ariſt. in hoc text.10.

## ¶ Reſponſio quæſtionis huius

tribus diſtinctionibus ⁊ ſeptem cõcluſionibus, que ex priori capitulo Ariſto. colliguntur, cõcluditur. Prima diſtinctio eſt in fronte ſtatim tex.1. *Prima diſtinctio.* Tripliciter aliquid dicitur moueri.ſ. aut ſm accidens aut ſm partem, aut ſimpliciter per ſe primo. Similis diſtinctio aſſcribitur text.2. mouenti: atq́ꝫ adeo ſimilis text.5. t'o motus. ¶ Et licet in cõmentis diſtinctio hec vtcunq́ꝫ fuerit expoſita, ad maiorem nihilominus euidentiã notandũ eſt ꝙ motũ ꝯuenire alicui per ſe ſimpliciter, eſt ꝙ cõueniat illi rõne forme q̃ exprimitur in ſubiecto, aut agente, aut termino, cui attribuit motus. Vt ſi dicas, mobile mouet, alterabile alteratur, augmẽtabile augetur. Hoc eſt enim quod ait eodẽ textu Ph. mobilia ꝑ ſe differre ⁊ denominari ſm motus. Itẽ ex parte agẽtis: vt ſi dicas, calidũ calefacit, edificator edificat, medicus ſanat. Et ex parte termini, vt ſi dicas alteratiõe fit qualitas, calefactione calor, augmentatione quantitas, ⁊c. Per accidens autem motus conuenit forme que accidit ſubiecto, cauſeve, aut termino motus. Vt muſic⁹ ambulat, alterabile augetur, medicus ſanatur. Et ex parte agentis: vt, albũ calefacit, medicus edificat. Et ex parte t'ri: vt, calefactione augetur quãtitas, homo ambulãdo fit ſapiẽs ⁊c. De hmõi cauſis ⁊ effectibus per ſe ⁊ per accidens lib.2.q.3. abunde (vt reor) dictum eſt.

*Secundũ partem.* ¶ Igit circa aliud mẽbrũ diuiſionis de motu ſm partẽ, ſecũdo notãdũ eſt ꝙ rem mouere, aut moueri, aut motum terminare ſm partem, cõtingit dupliciter.ſ. aut ſm partem ſubiectiuã (puta ſpeciem) aut ſm partem quantitatiuam. Primo modo, vt ſi dicas, artifex edificat, mobile alteratur, nam artifex eſt genus ad edificatorem, ⁊ mobile ad alterabile. Et de his predicationibus non loquitur hic Ariſt. quippe quas lib.2. tex.32. decreuerat non eſſe per ſe primo: ſed eſſe cauſas aut effectus vniuerſales. Non enim conuenit artifici: vt ſic, edificare, ſed inquantum eſt talis artifex.ſ. edificator: quia pictor eſt artifex ⁊ non edificat. Nec mobili inquantum mobili cõuenit alterari (vt patet de celo) ſed inquãtum eſt alterabile. Et pariter ex parte t'ri, qđ fit album non fit per ſe primo coloratũ. Immo nec ſimpliciter fit coloratũ: ſiquidẽ iam erat nigrũ: at ſi nõ erat coloratũ, tũc fit mediate coloratũ tanq̃ effectus remot⁹ ⁊ vniuerſalis. ¶ Alio modo aliquid dr̃ moueri, aut mouere aut motum terminare ratione partis quãtitatiue. Vbi pro ſolutione primi argumenti tertio notandũ eſt, ꝙ diſpoſitio aut forma, alia eſt que conuenit rei rõne certe ⁊ determinate partis, vt hoiem eſſe criſpũ aut aquilinũ, aut claudum, aut mãcum. Et hmõi diſpoſitiones per hoc ſolũ ꝙ cõueniant parti ſimpl'r cõueniũt toti. Vnde ſi capillum habẽti cõptũ atq́ꝫ candentem, capillus ipſe mutaretur in criſpũ, totus hõ ſimpl'r mutaretur in criſpũ. Et pariter ſi aq̃lin⁹ naſus mutaret in ſimũ, totus hõ ſimpl'r fieret ſimus. Alia eſt diſpoſitio, vel forma q̃ indeterminate cuicũq́ꝫ parti conuenit: vt albedo, calor ⁊c. Et de his aiũt dialectici ad hoc ꝙ ſcutũ ſit albũ, requiri vt maior eius pars ſm quodlibet ſui ſit alba. Et de iſtis inquit Ariſto. ꝙ id qđ mouetur ſm partẽ nõ mouet ſimpliciter: alias idẽ moueret ſimpl'r ſimul motibus contrarijs, vt ſi ſm vnã partẽ calefieret ⁊ ſm aliã frigefieret: aut ſi hõ vnã manũ eleuaret ſurſum aliãq́ꝫ moueret deorſum. Mouetur ergo ſolũ ſm quid ſurſum, ⁊ ſm quid deorſum. Quod autẽ ambulat ſm pedes ſimpliciter ambulat: quia nõ poteſt ſm aliam partem ambulare. ¶ Attamen iſte diſpoſitiones que poſſunt indifferenter cuilibet parti conuenire: alie ſunt que ſi integre nõ inſint toti non denominant totum, vt ſanitas: licet eñ homo reliquum corpus habeat ſanum, ſi caput habeat infirmũ, totus homo eſt infirmus: q2 ſanitas dicit integrã diſpoſitionẽ corporis. Obidq́ꝫ ſi totũ reſiduũ corporis eſt ſanũ ⁊ vnica pars infirma, q̃n illa pars ſanat totus hõ categorematice ſimpl'r ſanatur: ſicut ſimpliciter totus erat infirmus. At vero q̃n homo habet multas partes infirmas vt pectus ⁊ oculũ ⁊ manum, licet ſanet ſm vnã, non ſimpliciter ſanat. Et ſic intelligit exẽplũ Ariſt. ꝙ qui ſanatur ſm pectus, aut ſm oculũ non ſimpliciter ſanatur. *Ad.1.pnc.* ¶ Atq́ꝫ adeo ſolutum reſtat primum argũ cum prima confirmatione. Et pariter ex.2. notabili diſſoluitur ſecunda. Si eñ qui diſcit artẽ edificatoriam ſciebat aliã artẽ nõ fit ſimpl'r artifex: ſi autẽ nullã ſciebat, fit artifex mediate tanq̃ effectus remotus ⁊ vlis. Et pariter qui fit per ſe theologus, fit ſciẽs, ſi ante nullã habebat ſcientiam. Ignis autẽ ſimpliciter aſcendit ad concauum lune. verſus quãcunq́ꝫ partem illuc moueatur: ſicut qui ab Italia venit Salmãticam ſimpliciter venit in Hiſpaniam tanq̃ ad locum communem. Sed ſi quis veniret Segobia Salmanticam, non ſimpliciter moueretur ab Hiſpania in Hiſpaniam.

## ¶ Poſt hanc diſtinctionẽ ſequũtur tres ꝯcluſiones.

*Prima cõcluſio.* Prima eſt in tex.3. Ex quinq́ꝫ que in motu conſiderantur.ſ. agens, ſubiectum, tempus, terminus a quo, t'rus ad quẽ. Subiectũ tantum eſt quod mouetur. Cuius ratio eſt, ꝙ moueri eſt diſpoſitionem aut formã aut locum mutare,

tare, vt ſucceſſiue ſit ſub vtroq; t̃mino: cum enim lignum mutat̃ de albo in nigrum, albū ſub illa ratione non manet nigrum, ⁊ nigrum non erat ſub albedine, ſed ſolum lignum eſt qđ eſt ſub vtraq; forma. Agens vero inquantum agens, non mouetur per ſe, vt .3. huiꝰ, tex. 17. dictū eſt, licet ꝑ accidēs cōtingat quãq; repati. Nec locꝰ in quo fit motꝰ mouetur ea rōne qua eſt locus, vt lib. 4. tex. 41. dictum eſt. Nec tēpus mouetur: q2 eſt mēſura motꝰ ⁊ motus ipſe nō mouetur, vt text. 11. ſententia eſt Ariſtot. Reſtat ergo concluſio ꝙ ſolum ſubiectū proprie mouetur.

Ad .2. ꝑnc.

¶ Unde ad ſecundum argm̄ cōceſſo ꝙ motus ſit fluxus, negatur, ꝙ qualitas q̄ acq̄ritur moueatur. Nec moueri idē eſt prorſus ꝙ rem aliqualr̃ ſe habere: ſ; eſt aliquid pati, aut recipere aut habere ſe per modū patiētis, aut recipiētis, ⁊ forma, vel ſubſtantialis vel accidentalis q̄ acq̄ritur non patit̃, nec aliquid recipit: ſed eſt illud quo ſubm̄ patit̃. Secus eſt de aīa recipiēte q̄litates ſpūales: que ſaltem dum eſt ſeparata, quodā modo mouetur, licet cū eſt cōiūcta, hō eſt qui intelligit ⁊ amat. Et quantitas in ſacramento altaris, q2 per ſe ſubſiſtit, mouetur ad modum ſubiecti.

2. Conclu.

¶ Scđa cōcluſio eſt in tex. 4. Motus ſortitur ſpeciem a t̃mino ad quē, vt calefactio dr̃, nō q2 eſt a calore, ſed quia eſt ad calorē. Etenim vt ſubſtantie ſortiuntur ſpeciem a forma a qua habent eſſe, ita ⁊ potentie ⁊ habitus ⁊ actus ſortiunt̃ ſpeciem ex obiecto; quod ſe habet vt forma eorum Diffinitio enim propria viſus eſt ꝙ eſt ſenſus percipiendi colorem: auditus, quod eſt ſenſus percipiēdi ſonum ⁊c. Et ita in habitibus: temperantia eſt virtus circa delectabilia tactus: fortitudo eſt virtus circa pericula belli: geometria eſt ſciētia de quantitate continua. Arithmetica de diſcreta ⁊c. Et hec eſt doctrina Philo. 2. de anima text. 33. vbi ait ꝙ obiecta ſunt priora q̄ actus: actꝰ vero priores q̄ habitus: ⁊ habitus q̄ potentie. Priores ſcilicet natura, ⁊ fine, ſunt enim potētie ⁊ habitus propter actus: ⁊ actus propter obiecta. Hac ergo ratione motus denominatur a termino ad quem.

Ad .3. ꝑnc.

¶ Unde ad tertium argumentum negatur ꝙ motus localis non comprehendatur ſub hac concluſione: aſcenſus enim in motibus naturalibus elementorū eſt motus ſurſum ⁊ deſcēſus motus deorſum. In celo vero q2 non ſunt ſpēs diuerſe motus nō ita diſtinguūtur: licet motus planetar̃ dicatur cōtrarius motui primi mobilis: q2 eſt ad orientē: ⁊ motus primi mobilis ad occidentem.

Creatio.

¶ Ad confir. vero negatur ꝙ creatio denominetur a t̃mino a quo: immo ſicut generatio eſt mutatio qua acquiritur ſubſtātia, ita creatio hominis, aut creatio equi, ſi haberet propriū nomen, illud quidē haberet a t̃mino producto. Et ideo creatio celi ⁊ creatio terre differunt ſpecie, q2 t̃mi, ad quos, differunt ſpecie. At q2 nō poſſumus explicare dr̃iam inter gn̄ationē ⁊ creationē, niſi ex parte ſubiecti aut t̃mini a quo, ꝓpterea diffinit̃ creatio ꝙ ſit ꝓductio ex nihilo.

Conſecratio.

¶ Hinc ſequit̃ ꝙ deſitio panis dū cōſecratur, licet deſinat eſſe quo ad materiā ⁊ formam, nō eſt annihilatio: nō ex eo ꝙ reſtent illic accidentia: ſed ex eo ꝙ illa deſitio nō per ſe terminatur ad nihil: ſiquidē ex inſtitutione diuina virtute verborū deſinit panis vt ſuccedat ſubſtātia corporis Chriſti: q̄ ſe h; tāq̄ t̃minus ad quē. Ideoq; proprio noīe dicit̃ tranſſubſtantiatio. At vero res eſt iam theologi.

3. Conclu.

¶ Tertia concluſio eſt in text. 6. De motu per accidens (ſiue ſit ex parte mobilis, ſiue ex parte mouentis, ſiue ex parte t̃mini) nō ꝑtinet ad phyſicū cōſiderare. Nam ſcientia vt habetur .1. poſt. tex. 19. procedit ex principijs que ſunt neceſſarie ⁊ per ſe cauſe concluſionis: cum ergo phyſica tractet de motu, et hic proprie intentio ſit diuidere motum in ſuas ſpecies, ſolus diuidendus eſt motus per ſe: quoniā ſpecies motus per accidēs ſunt indefinite.

Ad q̄rtū.

¶ Ad quartum argumentum, reſpondetur ꝙ quāuis in tracta. de cauſis non fuiſſet diſputandum de omnibus cauſis per accidens (q2 ſunt infinite, ⁊ ideo nō cadūt ſub arte) nihilominus, q2 erat ſolēnis ſentētia phōr, fortunā eſſe cauſam per ſe, neceſſariū fuit tractare de illa, vt demonſtraret̃ eſſe cauſam per accidens. Nulla eſt nunc tamen ſimilis neceſſitas dicendi de motibus, aut mobilibus per accidens.

## ¶ Secunda diſtinctio eſt in text.

Scđa diſ.

7. Quatuor modis mutari quid contingit. ſ. aut de ſubiecto in ſubiectum, aut ex nonſubiecto in nonſubiectum, aut ex nōſubiecto in ſubiectum, aut ex ſubiecto in nonſubiectum. Cui annectit hanc quartam concluſionem.

4. Cōcluſ.

Tres tātum iſtarū ſunt proprie mutationes. Nam ſecūda illa mutatio, que eſt ex nonſubiecto in nōſubiectū, nō eſt per ſe proprie mutatio: eo qđ eiuſmodi t̃mini nō proprie opponunt̃: mutatio vero nō eſt niſi inter terminos oppoſitos aliquo gn̄e oppoſitiōis. Diſtinctio hec: atq; cōcluſio ſatis in cōmentis expoſite ſunt. Nec quicq̄ habēt noue difficultatis.

3. Diſtinct.

¶ Tertia diſtinctio eſt ibidem. Mutatio ſm̄ contradictionem que eſt ex nonſubiecto in ſubiectū, atq; adeo dicit̃ gn̄atio, alia eſt gn̄atio ſimplex (vt cum ex non aere fit aer) ⁊ alia ſm̄ quid: vt cum ex non albo fit album. Diſtinctio hec ſumitur ex diuerſa ratione entis: etenim vt ens ſimpliciter ſolum dicitur de ſubſtantia, accidens vero non eſt ens: ſed entis ens (vt habetur .7. meta. tex. 2.) ita ⁊ productio ſubſtantie ſimpliciter dr̃ gn̄atio: productio vero accidentis, gn̄atio ſm̄ quid.

5. Conclu.

¶ Quinta continuo ſubiungitur cōcluſio. Gn̄atio ſimpliciter non eſt motus. Hanc concluſionem probat Ph. tribus rationibus. Prima eſt quā ſuper text. 8. vberius expoſuimus. Omne qđ ꝓprie mouet̃ eſt ens actu manēs ſub vtroq; t̃mino (nam cum motus ſit accidens, preſupponit ens ſimpliciter in in actu) cum autē ex non aqua. ſ. ex aere, fit aqua neq; aer mouet̃ motu gn̄ationis, q̇ppe qui corrumpit̃: neq; aqua: q2 illa non erat ſub t̃mino a quo: materia autē q̄ manet ſub vtroq; termino nō eſt ens actu. ¶ Hinc infert Ph. ꝙ generatio ſm̄ quid ſ. accidentalis (vt cum ex nonalbo fit album) eſt quidem motus, per accidens tn̄, eo ꝙ nonalbū accidit ligno qđ per ſe mouet̃. Pari ratione ꝓbatur ꝙ corruptio ſimpliciter (vt cum ex aere fit nō aer) non eſt motus: corruptio autem ſm̄ quid vt cum ex albo fit nōalbum, eſt motus per accidēs ratione ſubiecti. ¶ Hinc ergo cōcludit tex. 9. ꝙ ſola mutatio ex ſubiecto in ſubiectum, ⁊ ea quidem accidentalis, vbi ens ſimpliciter in actu ſubijcitur vtriq; termino, eſt motus. Generatio autē retinet nomen mutationis, eo ꝙ res que gn̄atur, eſt, quod non erat: ⁊ pariter corruptio eſt mutatio, eo ꝙ id qđ eſt, nō erit. ¶ Rō ſecūda eadē ferme eſt in eodē tex. 8. Si aliquid moueret̃ motu gn̄ationis,



tionis, maxime, materia q̄ manet ſub vtroq; termino: ſed illa non, quia nihil mouetur niſi qđ eſt in loco (nihil enim mouetur, niſi vel localiter, vel preſuppoſito motu locali quo agens applicatur paſſiui) materia vero cum habeat per ſe quantitatem, niſi ratione totius, non eſt per ſe in loco niſi ratione totius. ¶ Tertia ratio eſt in tex. 10. vbi probat non eſſe motū ad ſubſtantiam, propterea quod ſubſtantie nihil eſt cōtrarium. Ratio ergo eſt hec. Omnis motus eſt a ꝯtrario in contrariū (nam omnis motus eſt inter oppoſita: ⁊ inter oppoſita contradictorie iā oſtēſum eſt nō eſſe ꝓprie motū) gn̄atio autē eſt ꝓductio ſubſtātie: ⁊ ſubſtātie nihil eſt contrariū, ergo generatio nō eſt motus.

6. Conclu.

¶ Et hinc elicitur ſexta cōcluſio. Omnis motus eſt a contrario in cōtrarium. Probatio elicitur ex text. 9. Omnis motus eſt inter terminos oppoſitos: ſed inter terminos cōtradictione oppoſitos (vt ſunt nō album ⁊ album non aer ⁊ aer) non eſt motus, vt dictum eſt: ergo omnis motus eſt inter contraria. Quod Ariſ. ait. de ſubiecto in ſubiectum, vt ex albo, aut medio colore coloratū in nigrum: aut ex nigro in albū, vel medio colore coloratum. Nam medium vt illic dictum eſt quodam modo contrariatur extremis.

Ad q̄ntū.

## ¶ Vnde ad quintū principale argumentum

quantū ad primā attinet partem illius cauſalis. Reſpondetur primo ꝙ licet nonnulli putent eo gn̄ationē nō eſſe motum quia nō eſt ſucceſſiua Ariſto. tn̄ non affert hic hac rōnē, ſed eas quas cōmemorauimus: ob idq; licet qualitas incipiat eſſe in inſtāti, nihilominus alteratio eſt vere motus: q2 id qđ ſubijcit̃ qualitati eſt ens in actu: et ecōuerſo, licet forma ſubſtātialis reciperet magis ⁊ minus eſſetq; intēſibilis ⁊ remiſſibilis ſucceſſiue (vt tertio celi eſt opinio Cōmentatoris de formis elementorū) nihilominꝰ acquiſitio earū nō eſſet motus: q2 tales forme nō aduenirēt enti in actu, ſed materie prime: que nō proprie dicit̃ moueri. ¶ Scđo diſtinguit̃ ꝙ forma ſubſtantialis acquirat̃ ſucceſſiue: acquirit̃. n. de per accidēs ſucceſſiue, nō tn̄ de per ſe. Succeſſio eñ motꝰ alia eſt rōne extenſionis q̄ ꝓuenit ex parte ſubiecti maioris vel minoris: ⁊ hec eſt de ꝑ accidēs, accidit eñ forme ꝙ per maiꝰ aut minꝰ ſubm̄ extendat̃. Et talis ſucceſſio cōuenire pōt gn̄ationi. vt probat argumentū. Alia vero eſt ſucceſſio intrinſeca rōne ipſius motus: q2. ſ. de intrinſeca rōne terminorū eſt habere latitudinē ⁊ diſtātiā, aut mediorū (vt inter albū ⁊ nigrum) aut intēſionis (vt inter minus et magis albū) aut excellētie et defectus (vt inter minorē et maiorē quātitatē) aut locorum: vt eſt in motu locali. Et ideo in motibus alterationis, augmētationis, et localis eſt ſucceſſio. In gn̄atione vero ſubſtātie nō eſt talis ſucceſſio, eo ꝙ cū perfectio ⁊ quidditas ſubſtantie ꝯſiſtat in indiuiſibili, in inſtāti incipit, aut deſinit eſſe. Sed tota ſucceſſio eſt in precedente alteratione qua forma contraria corrūpitur. ¶ Ad ſecundam partē eiuſdē cauſalis reſpondet̃: illam eſſe vnam cauſam cur generatio non eſt motꝰ. Et ideo negatur ſubſtantie aliquid eſſe contrarium eo modo quo hic loquit̃ Ariſt. de cōtrarietate. vt ſtatim patebit.

Cōtrarietas triplr̃.

¶ Igitur pro ſolutione ſexti principalis argumenti notandū eſt: ꝙ tripliciter quantum ad rem pertinet accipitur cōtrarietas. Uno modo proprie: ⁊ eſt oppoſitio duorū extremorum maxime diſtantiū ſub eodē genere: inter què eſt quedā, aut mediorū aut intenſionis latitudo. vt diffinitur ab Ariſt. 5. meta. tex. 15. vt eſt inter albū et nigrū, calidū ⁊ frigidū. Et hec nō eſt ꝓprie, niſi in genere qualitatis: vbi reperit̃ magis ⁊ minus. vt lib. 1. q. 4. dicebamus. Secūdo modo accipitur paulo latius pro oppoſitione duorū extremorū, quibus repugnat eſſe ſimul inter que eſt aliqua latitudo ⁊ diſtantia: ſiue ea ſit ſecundū intenſionem, ſiue ſecundū excellentiam ⁊ defectū, ſiue ſecundum diſtantiā localem. Et hec contrarietas non eſt in genere ſubſtantie: nā ſubſtātie ſunt ſicut numeri quarū eſſe conſiſtit in indiuiſibili: et ideo licet homo. v. g. excedat equū, nō eſt tamen inter illas ſpecies talis latitudo, vt inferior poſſit creſcere ad perfectionē ſuperioris: ſicuti qđ eſt album tranſeūdo per media fit nigrū, ⁊ qualitas intenſa vt vnū veniat ad intenſionē vt octo, ⁊ pedale fit decupedale, ⁊ quod eſt in vno loco fertur in alium. Qua de cauſa, vt dictum eſt, in his tribus ſpeciebus motus eſt ſucceſſio: in gn̄atione vero ſubſtantie, minime. Tertio modo accipit̃ contrarietas pro oppōne inter duas dr̃ias diuidentes idē genus, quarū vna ſemꝑ eſt imperfectior altera, atq; adeo ſe habet vt priuatio alterius. Quā Phi. 10. meta. tex. 15. appellat primā cōtrarietatē: ⁊ eā ait eſſe in vnoquoq; predicamēto, vt in predicamento ſubſtātie, corporeū et incorporeū, ſenſibile ⁊ inſenſibile, rationale ⁊ irrationale: ⁊ in predicamēto ad aliquid, ſimile ⁊ diſſimile ⁊c. Et hoc modo dixit lib. 3. huiꝰ text. 5. oēs terminos motus habere ſe quodāmō vt formā et priuationē. Ut in motu alterationis nigrū (quia eſt imperfectius) eſt priuatio albi: ⁊ in augmentatione minus eſt priuatio maioris: ⁊ in motu locali deorſum eſt priuatio huius qđ eſt ſurſum. ¶ Unde ad argm̄ rn̄detur ꝙ q̄uis quantitati ꝓprie nihil ſit cōtrariū, nihilominus maior ⁊ minor quātitas vt ſunt termini augmenti contrariant̃: et etiā locus ſurſum et deorſum. ¶ Ad confirmationē vero primā rn̄det̃, ꝙ etiā in motu circulari celi eſt contrarietas terminorum partialis motus: puta ab oriente ad occidentem, et inter quecunq; alia puncta diſtātia. Et pariter in motu progreſſiuo animalis locus a quo et locus ad quē contrariantur, q2 diſtāt per aliquam latitudinem. ¶ Ad ſecundam confir. cōceditur ꝙ proprie illuminatio aeris non eſt motus, quia non eſt a contrario in contrarium: ſed a priuatiōe luminis ad lumē: ⁊ vt lib. 4. q. 3. adnotauimꝰ q̄n terminꝰ a quo eſt mera negatio, aut priuatio nihil repugnat mutationē fieri in inſtanti, eo ꝙ nō eſt neceſſaria corruptio forme cōtrarie. Immo ex nō habēte calorē fit habēs calorē in inſtāti: ſiue calor incipiat eſſe in ſubiecto ꝑ primū ſui eſſe: ſiue (qđ magis credo) per vltimū nō eſſe. Nō tn̄ fit ex frigido calidū in inſtāti: nā calidū nō dr̃ q̇cq̇d h; calorē, ſ; qđ h; caloris plꝰ q̄ frigiditatis.

Regula.

¶ Colligit̃ hic tādē regula ex mente Ariſ. ꝙ q̄n ambo t̃mini motꝰ ſunt poſitiui, motus nō pōt fieri in īſtāti: vt ex calido in frigidū, aut ex albo ī rubeū, aut ex certa intēſione caliditatis, ad aliā certā intētionē, aut ex certa extēſione quātitatis ad aliā certā extēſionē, aut ex loco ad locū. Q̄n vero t̃mini explicant̃ cōtradictorie (q2 cōtradictionis nō eſt mediū vt habet̃ tex. 9.) mutatio pōt fieri ī inſtāti: vt ex nō aere fit aer, ex nō illuminato illuminatū ⁊c. De

&c. De motibus ſpiritualibꝰ nihil hic loquimur.

¶ Septima ergo & poſtrema cõcluſio eſt in calce primi capitis: qua rñdetur ad queſtionē. Tres ſunt tantum ſpecies motus, alteratio, augmentatio, & motus localis. Que quidem ex ſupradictis manifeſte ſic colligitur. Mutatio eſt, aut ex non ſubiecto in non ſubiectum, aut ex non ſubiecto in ſubiectum, aut ex ſubiecto in nonſubiectum, aut de ſubiecto in ſubiectum: & prima non eſt proprie mutatio, ſecũda vero & tertia (que ſunt ſm contradictionem) non ſunt proprie motus: ergo ſolum quartũ genus mutationis (quod eſt a contrario in contrarium) eſt proprie motus. Contraria vero (vt in propoſito accipiunt) ſunt in tribus tm̄ generibus. ſ. qualitatis, quantitatis, & loci: ergo, tres iſte tm̄ ſunt ſpecies motus. Alia ratio, atqꝫ adeo potiſſima, adijcitur

Ad.7. queſtione ſtatim ſequenti. ¶ Unde ad ſeptimum principale reſpondetur, ꝙ rarefactio comprehēditur ſub motu augmentationis: quia eſt motus a minori ad maiorem extenſionem quantitatis. Subſequitur continuo, queſtio ſecunda.

Tex. xviij. Relinquitur ſecundũ qualitatē &c.

## Quæſtio ſecunda.

VTRVM AD TRIA TANtum prædicamenta ſit per ſe motus.

A Parte negatiua arguitur primo. Ad quãtitatem nõ eſt per ſe motus: ergo pars negatiua queſtionis vera. Probatur antecedens. Si aliquis eſſet motus ad quantitatem, maxime augumētatio, per augmentationē vero non per ſe primo acquiritur quantitas: ſed ſubſtantia: fit enim augmētatio proprie dicta (vt patet in viuētibus) per additionem materie et forme ex alimento, ad quam additionem conſequitur maior quantitas: ergo augmentatio non eſt motus ad quantitatem. ¶ Secundo principaliter arguitur. Ad qualitatem non eſt per ſe motus: ergo nõ ad tria predicamēta eſt per ſe motus. Probatur antecedēs. Si ad genus qualitatis eſt per ſe motꝰ, ad quãlibet eius ſpeciem eſſet per ſe motus, quia quod per ſe conuenit generi, cuilibet ſpēi conuenit: ꝯñs tñ eſt falſum: qꝛ ad figuram non eſt per ſe motus: motus enim oīs eſt a cõtrario in contrarium (vt. q. prima dicebamꝰ) figure autem nihil eſt cõtrariũ, ſicut nec recipit magis & minus, triãgulus. n. vnus nec eſt magis nec minus triangulus q̃ꝫ alius: neqꝫ eſt qualitas actiua, nec ex actiuis reſultans, vt habeat cõtrarietatem cum alia figura. ¶ Tertio principaliter arguitur. Motus localis eſt per ſe ad locum, vt text. preſenti dicit Ariſt. locus autem eſt de predicamento quantitatis, vt lib. 4. dictum eſt: ergo duo tantum ſunt predicamēta, ad que eſt per ſe motus, puta qualitas & quãtitas. Quod ſi quis dixerit locum accipi in preſentia, pro vbi, qđ eſt vnum ex ſex vltimis predicamentis, tunc aliter arguitur. Predicamentum, vbi, ſolum addit ſuper locum relationē locati ad locum (vbi. n. nihil aliud eſt q̃ꝫ eſſe in loco) ſed ad, vbi, eſt per ſe motus, ergo ad relationem eſt per ſe motus: quod eſt contra Ariſtote. tex. 10. ¶ Quarto ꝑncipalr̄ arguit ꝙ nõ tm̄ ad tria ꝑdicamēta ſit per ſe motus. Ad predicamentum actionis & paſſionis eſt per ſe motus: ergo ad plura q̃ꝫ ad tria. Probatur añs. Actio eſt relatio qua agens denoīatur agere, & paſſio eſt relatio qua paſſum denominatur pati: ſed ex motu. v. g. calefactionis per ſe primo reſultat in agente relatio actionis, & in patiente relatio paſſionis (ſiue ſint res numero diſtincte a fundamentis, ſiue nõ) ergo ad actionem & paſſionē eſt per ſe motus. ¶ Et quinto arguitur. Illius actionis qua quis ſe veſtit per ſe prius terminus eſt veſtitum eſſe, quod eſt de predicamēto habitus: & illius motus quo ſtans ſedet per ſe primus tꝰ̄ius eſt ſedere (quod pertinet ad predicamentum ſitus) ergo ad predicamentum habitus & ad predicamentũ ſitus eſt per ſe motus: & per ꝯñs non ad tria tãtum ꝑdicamenta. ¶ In contrarium eſt authoritas Ariſt. in hoc tex. 18. & in toto cap. 2.

¶ Quæſtio hęc apud Ariſtot. nõ eſt diſtincta a priori: nam cum motus a termino ſortiatur ſpeciem (vt tex. 4. dictũ eſt) idē eſt tres eſſe tm̄ ſpēs motus, & ad tria genera rerũ eſſe per ſe motus. Fecimus tñ queſtiones duas propterea ꝙ apud Scotũ eſt peculiaris difficultas, an ad relationem ſit per ſe motus. Et ideo queſtio duos habebit articulos. In primo enim reſpondebitur ad queſtionem ex ſententia Ariſtot. & in ſecundo diſputabitur an ad relationem ſit per ſe motus. ¶ Et primũ omniũ vanꝰ eſt labor, quo nõnulli vexantur, vt explicent quid ſit ad aliquem terminum eſſe per ſe motum: ſane cum verbum ipſum per ſe ſit manifeſtum. Ad rem enim aliquã eſſe per ſe motũ, aut mutationē, nihil aliud eſt q̃ꝫ eſſe illad qđ per ſe primo & nõ rõne alterius acq̄ritur per motũ: ad illud autē nõ eſt per ſe motus, qđ non per ſe primo ꝓducitur, ſed cõſequitur ad productionē alterius. V. g. ad ſubſtãtiam eſt per ſe primo gñatio: nam qđ per ſe primo fit gñatiōe hoīs eſt homo: intellectus aũt & voluntas & alie paſſiones (ſi realiter diſtinguantur a ſubiecto) non per ſe primo generãtur, ſed conſequũtur ad gñationē hoīs: & me exiſtente albo ſi ethiops albefiat, motus ille per ſe eſt ad albedinē: nõ tñ eſt per ſe primo ad relationē qua fit mihi ſimilis: qꝛ illa conſequitur ad productionē albedinis. Quocirca cum dicitur ꝙ ad rem aliquam (puta qualitatem) eſt per ſe motus, ly per ſe non fertur ſuper ly, motꝰ, ſed ſuper ly, quantitatem. ¶ At vero quidam ex his qui tenēt quãtitatē nõ diſtingui a re quãta, ſed rem quãcũqꝫ (ſiue ſubſtãtia ſit, ſiue accidēs) eſſe ſuã quãtitatē, nõ recipiũt hanc expoſitionē. Aiũt. n. ꝙ augmētatio nõ dr̄ motꝰ ad quãtitatē, idcirco ꝙ per eam acquirat quantitas: nam tunc (inquiunt) & gñatio & alteratio eſſent motus ad quãtitatē, eo ꝙ tam ſubſtantia q̃ꝫ qualitas eſt quantitas. Et ideo augmentatio ex eo (aiunt) eſt motus ad quantitatem, ꝙ virtute illius mutatur rñſio ad interrogationem factam per quantum. ¶ Iſti verũ tñ gratis abijciunt & Ariſto. & modum loquēdi phõrũ. Expreſſe. n. ait Ariſt. tres eſſe ſpecies motꝰ, eũ qui eſt ad quãtitatē, & eum qui eſt ad qualitatem, & eum qui eſt ad locum. Quapropter quãuis quis opinetur quantitatem non diſtingui a re quãta tanq̃ꝫ rem a re, nihilominꝰ: qꝛ diſtinguuntur ratione formali tanq̃ꝫ diuerſa ꝑdicamēta (vt in ꝑdicamētis cap. de quãtitate dicebamꝰ) augmētatio ꝑ ſe ꝑmo eſt motꝰ ad q̃ꝫtitatē: & alteratio ad q̄litatē: nã q̃ꝫuis albedo & calor eſſent quantitas, nihilominꝰ res per hoc qđ calefit, aut albefit non fit maior: quia per alterationē non acquiritur qualitas ea ratione qua eſt quãtitas, ſed ea ratione qua eſt qualitas. Et hoc ipſi inuiti concedunt, dicentes, ꝙ per augmentationem mutatur reſponſio ad interrogationem factã per quantũ. Ratio enim huius eſt ꝙ augmentatio eſt motus a minori ad maius: generatio vero, aut alteratio, nequaq̃ꝫ.

Ad tria tm̄ pre. eſt ꝑ ſe motꝰ. ¶ Hoc prehabito reſpõdetur ad queſtionē vnica cõcluſione affirmatiua. Ad tria tm̄ genera rerũ eſt per ſe motus. ſ. ad quantitatē, qualitatē, & vbi. Cõcluſio eſt in tex. 18. quã cõprobat per totũ caput ſecũdum, quatuor alijs propoſitionibus. Eſt eñ cõcluſio excluſiua cuius negatiuã exponentem. ſ. ꝙ non ad plura q̃ꝫ tria predicamenta ſit per ſe motus, ꝓbat, qꝛ neqꝫ ad ſubſtãtiam, neqꝫ ad relationē, neqꝫ ad actionē & paſſionem eſt per ſe motus. Qđ ad ſubſtantiã nõ ſit per ſe motus, ꝓbat, qꝛ oīs motus eſt a cõtrario in cõtrariũ, ſubſtãtie vero nihil eſt cõtrariũ. Qđ ſuperiori iam queſtione expoſitũ dedimus. Ubi hoc adnotandum eſt ꝙ non negat ad generationem per ſe eſſe mutationē: nã prius & per ſe tꝰ̄us gñationis eſt ſubſtãtia: tametſi gñatio nõ ſit motus. vt ſupradictũ eſt. Hinc ſequit ꝙ ad aliquã rē eſſe per ſe motũ nõ eſt, ꝙ motus ordinet ad illã rem. Alteratio nanqꝫ qua ignis calefacit ſtuppam ad gñationē quidē ignis ſuapte natura ordinat: nõ tñ per ſe primo eſt motus ad ſubſtantiã, ſed ad calorem quem poſtea ꝑ gñationem (que eſt mutatio) cõſequit forma ſubſtãtialis. ¶ Qđ autē ad relationē non eſt per ſe motus, ꝓbat ſic. Ad illam rem non eſt per ſe motus, que aduenire põt ſubiecto, abſqꝫ eius mutatione: relatio vero poteſt aduenire ſine mutatione ſubiecti cui accidit: ergo ad relationē non eſt per ſe motus. Exēplũ eſt ſi cum ego ſum albus, ethiops in India incipiat albefieri: ego enim tunc incipio eſſe ſimilis illi ſine aliqua in me mutatione facta.

Relatio nõ diſtinguit a ſubiecto numero. ¶ Apertiſſimus eſt locus ad reprobandum relationē eſſe rē aliquã diſtinctã a ſubiecto. Nã quod gloſſant Ariſt. intelligere ꝙ ſubiectũ nõ mutat accidēte abſoluto, nihilominꝰ mutat accidēte nouo reſpectiuo, gratis dictũ eſt. Ariſt. nãqꝫ ſimplr̄ ait ſubiectũ nõ mutari per hoc qđ fit ſimile alteri. At ſi ſimilitudo eſſet res diſtincta, expreſſiſſet ꝙ nõ mutat per acquiſitionē accidentis abſoluti: cum aũt ſimpliciter dixit nõ mutari, manifeſte intelligit relationē non eſſe accidēs diſtinctũ: vt albedo, vel calor diſtinguit a ſubiecto. Añ S. Tho. in hoc loco ſimpliciter ait ꝙ cũ aliq̄s acquirit quãtitatē quã ego habeo, ego efficior illi equalis, ſine eo ꝙ res aliqua noua mihi accreſcat. Sed de hoc ſatis diximus in ꝑdicamentis cap. de ad aliq̄d. At quãuis relatio nõ diſtinguat a ſubiecto vt res a re, diſtinguit tñ rõne formali tanq̃ꝫ accidens alterius ꝑdicamenti. Et ideo nõ eſt negandũ quin mihi accidat eſſe ſimilē vel diſſimilē, eq̄lē vel inequalē &c. ¶ Qđ deniqꝫ ad actionē, vel paſſionē nõ ſit per ſe motꝰ (qꝛ in hoc erat plus difficultatis) ꝓbat Ph. ſeptē rõnibꝰ. Prima eſt, qꝛ cum durante motu ſimul debent eſſe tꝰ̄us a quo, & tꝰ̄us ad quē ſub gradibus remiſſis, ſi motus eſſet ab vna mutatione ad aliã, neceſſe eſſet duas mutationes eſſe ſimul, & in fine motus manere mutationem que eſt terminus ad quē: ꝯñs tñ eſt falſum, quia cum quis ſanat nõ eſt neceſſe tũc ſimul aliam mutationem eſſe, neqꝫ in fine manere mutationē aliquã: eo ꝙ põt tunc qđ mouebat ꝑfecte quieſcere. ¶ Et confir. Si motus eſſet ab vna mutatione in aliam, ille deberent eſſe cõtrarie: qm̄ omnis motus eſt a cõtrario in cõtrarium: & cum tꝰ̄i motus debeant eſſe ſimul in gradibꝰ remiſſis, ſequeret ꝙ ſimul eſſent egrotatio & ſanatio: qđ eſt impoſſibile. ¶ Secunda rõ eſt, qꝛ ſi gñationis huiꝰ ignis eſſet alia gñatio, eadē rõne illiꝰ ſcđe eſſet alia: & ſic eſſet proceſſus in infinitũ: & per ꝯñs nulla daretur prima gñatio: & cum oēs ille deberent eſſe eſſentialiter ſubordinate, ſi non daretur prima, nõ eſſet poſſibile venire ad iſtam. ¶ Tertia eſt. Si gñationis eſſet generatio, etiam gñationis eſſet corruptio: qꝛ quicq̄d gñatur corrũpit: ſi aũt gñatio corrũperetur, cũ id qđ corrũpitur partim ſit, & gñatio nõ ſit, niſi in fieri, ſequeret quod aliquid dum fit, ſimul corrũperet. Quod videtur impoſſibile. ¶ Quarta ſi gñationis huius ignis eſſet alia gñatio, neceſſe eſſet ſignare aliam materiã illius gñationis a materia ex qua generatur ignis: que tñ non eſt ſignabilis. ¶ Quinta ratio eſt. Termini motꝰ debent eſſe hoc aliquid, vt hec aqua & hic aer, hoc album & hoc nigrum, motus vero non eſt hoc aliquid ſed via ad hoc aliquid: ergo ad motum non eſt motus. ¶ Sexta ratio eſt ſi mutationis in genere eſt mutatio, etiã in ſpecie, diſciplinationis eſt diſciplinatio, & calefactionis calefactio: attamen diſciplinatio nõ eſt motus ad diſciplinationē, ſed ad ſciētiã: & calefactio nõ eſt motus ad calefactionē: ſed ad calorē: ergo. ¶ Poſtrema ratio eſt. Si motus eſt ad motũ, ita vt motus moueat: cum tres ſint ſpēs motꝰ, ſequit ꝙ quilibet mouebit ꝓmiſcue quolibet motu: ita vt alteratio alteret & augeat & moueat localiter: & augmentatio augeatur, moueatur localr̄ & alteretur: & motus localis localr̄ etiã moueat & alteretur & augeat: qđ eſt abſurdũ. Rationes iſte numeroſius in cõmentis extant expoſite: quas ſatis ꝓinde fuerit hic in ſummã colligere. At vero ꝙ ad, qñ, non ſit per ſe motus, relinquit tanq̃ꝫ notum: qꝛ cum tempus ſit mēſura & duratio motus, ſicut motus nõ eſt ad motũ, ita neqꝫ ad tp̄us. Ad habitum autē & ſitũ, qꝛ includũt relationē, ea ratione nõ eſt motus, qua neqꝫ ad relationē. Et ſic patet exponēs negatiua. ¶ Affirmatiuã vero exponentē. ſ. ad dicta tria predicamenta eſſe per ſe motus (que eſt quarta propoſitio) probat tex. 18. quia in ijs ꝑdicamentis reperitur ꝯtrarietas ſufficiēs ad rõnē motus. Quod. q. 1. iam ſatis interpretati ſumus.

Ad pri. argum. ꝑnc. ¶ Per hæc facilè argumēta duo principalia ſoluũtur. Ad primũ. n. negatur ꝙ per augmētationē per ſe primo acq̄ratur ſubſtantia. Quin immo per ſe primo acq̄ritur quantitas vel extēſio: & pariter per decrementũ per ſe ꝑmo deperdit quãtitas. Eſt. n. duplex augmētatio: vt. 1. de gñatione videbimꝰ, alia ꝓprie dicta, vt augentur viuētia per alimētũ, & alia improprie dicta, vt eſt rarefactio. Hac quidē ſecũda (vt cum cera rareſit, aut coriũ extēditur) nec ſubſtãtia acq̄ritur, nec

nec noua quātitas: ſed prior quantitas extendit: ꝛ ſic ſolum acquiritur noua extēſio, vt illic vidimus. Cæteri alij probabiliter dicāt ꝙ acquirit noua quantitas. Sed vtrūlibet dicat nihil refert ad ſolutionē pñtis argumenti. Augmētatione vero proprie dicta ꝯcedit ꝙ fit adiectio noue partis ſubſtantie: attñ, qꝛ nō producitur nouum ſuppoſitum ſubſtātie, ſed id quod erat minus fit maius, per ſe tꝰus illius motus eſt quātitas. i. eadē ſubſtantia ſub maiori quātitate. In quo differt a gñatione: cuius per ſe tꝰus eſt nouū ſuppoſitum ſubſtātie. Id qđ manifeſtū fit ex modo loquēdi. Cum enim homo generatur, dicim⁹ ꝙ fit homo: cū vero puer adoleſcit, nō dicimus ꝙ fit hō, ſed ꝙ hō fit maior.

Ad ſcđm. ¶Ad ſcđm principale rñdetur ꝙ nō dicit p ſe eſſe motū ad qualitatē, qꝛ ad omnē eius ſpeciem ſit per ſe motus, ſed qꝛ particulariter ad aliquas eius ſpecies eſt per ſe motus: potiſſimū ad paſſiones ꝛ paſſibiles qualitates: deinde ad habitum ꝛ diſpoſitionē. Ad naturalem vero potentiā ꝛ impotētiam nō eſt per ſe motus nec mutatio, ſed ille cōſequunt ad gñationem ſubſtātie. Tꝰus em̄ per ſe gñationis hoīs eſt homo: intellectus vero ꝛ voluntas, ꝛ ſique alie paſſiones realr̄ diſtinguant, cōgenerātur: qꝛ fluūt ex natura hominis. Figura aliqñ producitur per motū localē, vt cū recta virga vertit in circulū. Et illius motus, per ſe primus tꝰus eſt locus partiū: ad quē cōſequit ſitus ꝛ figura. Et pariter cū ſtatua ſculpit per ſe primus tꝰus illius mot⁹ localis eſt ſeparatio partium, quā cōſequitur figura. Et proportionabiliter in pictura ꝛ ſcriptura, atramentum mouet localr̄: cuius motus per ſe prim⁹ terminus eſt, locus, ꝛ ſitus partium: figura vero cōſequitur tanꝗ quid comproductum. Ad tria reliqua argumenta articulo ſequenti reſpondetur.

Artic. 2. An ad relatio. p ſe motus. Scotus.

## ¶In articulo ſecundo circa materiam trium ſequentiū argumentorū diſputare

ſupereſt an ad relationem ſit per ſe motus. Extat enim de hac re ſentētia Scoti. 3. ſent. d. 1. q. 1. ꝛ lib. 4. d. 6. q. 10. ꝛ d. 13. q. 1. ꝛ quol. 11. arti. vlti. que trib⁹ propoſitionibus cōprehenditur. Prima eſt hec. Duplex eſt relatio: alia intrinſecus adueniens, alia extrinſecus adueniens.

Relatio intrin. adue. Relatio intrinſecus adueniens (vt ait quol. citato) eſt illa que ſtatim neceſſario cōſequitur poſitis fundamento ꝛ tꝰo, ita vt nō ſtet hec ambo eſſe, quin ſit relatio, vt paternitas ꝛ ſimilitudo. Non enim ſtat patrem ꝛ filium eſſe quin ſit filiatio: nec ſtat vnū ouū eſſe ſimul cum altero quin ſit vnius ad alterū ſimilitudo.

Relatio extrin. adue. Relatio vero extrinſcus aduenies eſt illa que nō ſtatim poſitis fundamento ꝛ termino neceſſario conſequit, ſed ſtat ambo ſimul eſſe qñ illa relatio nō cōſurgit. Subijciunt exēplum diſcipuli ei⁹ in propinquitate que eſt inter me modo ꝛ baſilicam nr̄i cōuentus: ſtat enim me eſſe ꝛ baſilicam eſſe, qñ nō ſit talis propinquitas, vtpote ſi ego eſſem Rome. ¶Secunda propoſitio eſt hec. Sex vltima p̄dicamenta omnia ſunt relationes extrinſecus aduenientes. Probatio eius eſt huiuſmodi. Predicamenta illa ſunt relationes: ꝛ non ſunt intrinſecus aduenientes: ergo ſunt extrinſecus aduenietes. Maior probatur, qꝛ, vbi. v. g. neqꝫ eſt locatum neqꝫ locus ſed in loco eſſe, puta in gymnaſio vel in foro, vt ait Ph. eſſe autem in loco, preter locū ꝛ locatum, nihil addit, niſi relationem loci ad locatū: ergo, vbi, eſt relatio. Minor vero. ſ. ꝙ non eſt intrinſec⁹ adueniens, patet, qꝛ alias pertineret ad quartum p̄dicamētū. Ergo eſt extrinſecus adueniens. Qđ cōfirmatur ex ipſa etiā diffinitione: nam ſtat me eſſe ꝛ hunc locū eſſe qñ nō ſit talis relatio, vt ſi ego eſſem in alio loco. Eodē modo probat ꝙ p̄dicamentū habitus, puta, eſſe veſtitum, (eſt relatio veſtiti ad veſtem: ꝛ predicamentū actionis eſt relatio agentis ad paſſum: et p̄dicamentū paſſionis, relatio patiētis ad agēs. ¶Tertia propoſitio eſt. Ad relationē intrinſecus aduenientē nō eſt p ſe motus: ad relationē vero extrinſecus aduenientē eſt per ſe motus. Primā partem relinquit tanꝗ notam ex ſententia Ariſ. Secundam vero probat itidē authoritate ipſius hoc mō. Ad vbi, eſt per ſe motus, vt habet tex. 18. ꝛ, vbi, eſt relatio extrinſecus adueniens: ergo ad relationem extrinſecus aduenientem eſt per ſe motus. ¶Eſt preterea in gratiam Scoti veriſimilis ratio. Si ad relationem intrinſecus aduenientem non eſt per ſe motus, eius cauſa eſt, qꝛ conſequitur ſtatim poſito fundamēto ꝛ tꝰo. v. g. qꝛ non ſtat me eſſe album ꝛ alterum hominem incipere albedinē, quin ambo ſimus ſimiles, ſimilitudo non per ſe producitur: ſed cōſequitur ad productionē albedinis: ergo per oppoſitū: cum ſtet me eſſe ꝛ hūc locū eſſe qñ nō eſt hec relatio, id quod primo acquiro per motū quo venio ad hunc locum: eſt hec relatio. Idē dicit lib. 3. loco citato de vnione humanitatis ad verbū: ſtat em̄ humanitatē Chriſti eſſe ꝛ verbū eſſe, qñ non ſit vnio: ergo ꝙ primo acquirit per aſſumptionē humanitatis eſt vnio: que proinde eſt relatio extrinſec⁹ adueniens. Idem dicit de vnionibus forme ad materiam, ꝛ accidentis ad ſubiectum.

## ¶Hanc opinionē tractauimus

in predicamēto ad aliquid, ꝛ in p̄dicamēto actionis: ſꝫ lubet nūc paulo eā p̄ſſius examinare. Etenim, ſi mō cum grauiſſimo authore diſputare liceat, tres potius contrarie propoſitiones (ſalua eius egregia authoritate) veriſimiliores apparent.

Nulla eſt relatio extrin. adue. Prima eſt. Nulla eſt relatio extrinſecus adueniens. Primū omniū neqꝫ Ariſto. eiuſve interpretes, neqꝫ Auicēna, neqꝫ philoſophorꝰ quiſpiā, qui tn̄ de relationibus copioſe dixerunt, hmōi relationum extrinſecus aduenientium vſqꝫ meminit. Quin immo Ariſto. 5. meta. tex. 20. abunde ſe arbitratus eſt vniuerſas relationes ſub tribus membris ambiſſe, vbi tamen non meminit hmōi relationū. ¶Scđo aut relatiōis extrinſecus aduenientis totū eſſe eſt eſſe ad aliud aut nō: ſi non, certe nō eſt relatio potius ꝗ albedo: ſi ſic, ſequit ꝙ eſt ſpēs relationis quarti predicamēti: nā illa diffinitiōe cūctas relationes (que vere eſſent relationes) expreſſit. ¶Et confir. Relationē eſſe intrinſecus aut extrinſecus aduenientem, non variat rationem predicamenti: in predicamēto. n. qualitatis eque ponuntur qualitates omnes et que ab intrinſeco proueniunt naturales potentie ꝛ paſſiones, ꝛ q̄ accidunt ab extrinſeco: ꝛ ideo eſto eſſent relationes extrinſecus aduenientes, ad quartum nihilominus predicamentum pertinerent: ꝛ per ꝯñs ſi ſex vltima p̄dicamenta eſſent relationes, nō vtiqꝫ diſtinguerent a quarto p̄dicamento. ¶Tertio principaliter arguit. Qñ inq̄t relationē extrinſecus aduenientē nō ꝯſequi neceſſario



neceſſario poſitis fundamento ꝛ termino, aut intelligit de fundamento ꝛ termino proximis, aut de remotis: non de remotis: quia hoc etiam conuenit relationibus intrinſecus aduenietibus: fundamentum enim ꝛ terminus remota ſimilitudinis ſunt ſubiecta que denominantur ſimilia (puta duo homines) fundamētum vero propinquū ꝛ terminus ſunt rationes fundandi ꝛ terminandi relationem, vt albedo que eſt in me ꝛ albedo que eſt in alio: atqui (vt manifeſtum eſt) ſtat eſſe me ꝛ alium quando non ſimus ſimiles. Si vero intelligatur de fundamēto ꝛ termino proximis, certe nulla eſſe poteſt relatio, que non ſtatim neceſſario ſequatur poſitis fundamento ꝛ termino proximis: atqꝫ adeo nulla eſt relatio q̄ non ſit intrinſec⁹ adueniens.

Mens Scoti. At vero opinio Scoti in hoc conſiſtit ꝙ cēſet multas eſſe relationes, que preter ſubiectum quod denominant, nullum habēt fundamentum proximū. Et ideo arguitur aduerſus hoc. Primo auth. Ariſ. 5. meta. tex. 20. vbi tria ponit fundamenta omnium relationū, vt in cap. de, ad aliquid, expoſuimus. ¶Et preterea id probatur in inductione facta relationum quas ipſe ponit extrinſecus aduenire. Vnionis forme ſubſtantialis ad materiam fundamētum ꝛ termin⁹ remota ſunt forma ꝛ materia: q̄s fateor eſſe poſſe quādo non ſit relatio vnionis: vtpote ſi ſint ſeparate. At vero fundamentum proximum eſt vnitas ſuppoſiti quod cōſtituunt: quam vnitatē neceſſario conſequitur relatio vnionis. Per generationem enim qua forma vnitur materie, nō primo producit vnio que eſt relatio (vt Scotus exiſtimat) ſed certe ſuppoſitum ſubſtantie: alias nō eſſet generatio. Et quicquid ſit de alijs relationibus, miror ſane ꝙ hmōi vniones, relationes poſuerit extrinſecus aduenietes, ad illaſqꝫ eſſe per ſe motus. Nam tꝰus idem eſt quod finis: ꝛ notiſſimum eſt finē generationis eſſe ſuppoſitū ſubſtātie. ¶Hoc igit hic animaduertendū eſt ꝙ hoc nomē, vnio, eſt equiuocum.

Vnio. Accipitur em̄ pro motu ipſo, aut mutatione qua aliquid vnit alteri: ꝛ tūc tꝰus per ſe primus eſt totū illud reſultans. Accipit etiā pro relatione qua res dr̄ vnita: ꝛ illa cōſequitur ad vnitatē quā faciūt partes tanꝗ ad fundamentū proximū. ¶Et idē prorſus eſt de vnione accidentis ad ſubiectū. Per motū em̄ alterationis qua qualitas producitur in ſubiecto manifeſtum eſt ꝙ nō per ſe primo acquirit relatio vnionis, ſꝫ certe albedo in ſubiecto ſeu albū: qđ tāqꝫ fundamentū proximū cōſequitur ſtatim relatio vnionis: qua accidēs dr̄ vnitū. Idēqꝫ plane conſtat de vnione humanitatis ad verbū: fundamētū. n. ꝛ tꝰus remota ſunt humanitas ꝛ verbū, ſed tn̄ per ſe prim⁹ tꝰus aſſumptionis certe nō eſt relatio vnionis (alias vnio eſſet accidentalis cum tꝰus eſſet accidens) ſed tꝰus eſt vnitas ſuppoſiti diuini ꝛ humani. i. Deū eſſe hoīem: ille. n. eſt aſſumptionis intrinſec⁹ finis: ad quē ꝯſequit relatio, qua humanitas dr̄ vnita. Et ſic nō ſtat fundamētū primū eſſe quin ſit illa relatio: ꝛ p ꝯñs eſt intrinſecus aduenies. ¶Hec omnia confirmant: qꝛ ſi hmōi vniones nō eſſent relationes intrinſecus aduenietes, nō ponerent in quarto predicamento: ꝛ per ꝯñs in nullo ponerētur: qꝛ in ſex vltimis non ponuntur. Et idem apparet de vnione partis integralis ad totum. Cū em̄ aqua vnit aq̄, relatio vnionis nō poteſt eſſe extrinſecus adueniēs: qꝛ cū nō ponat in ſex vltimis, ponit in quarto predicamēto: ergo debet habere fundamētū proximum. Qđ eſſe nō pōt niſi vnitas totius que per ſe eſt tꝰus coniunctionis partium. ¶Idē etiā cōpertū eſt in relationibus illis que ſex vltimis predicamētis importantur. Relationes. n. actionis ꝛ paſſionis intrinſec⁹ ſunt aduenietes (q̄cq̄d Scotus locis citatis in quarto dixerit) nā vt relationes actiui ꝛ paſſiui habent proximum fundamentū potentiā actiuā ꝛ potētiam paſſiuā (vt habetur. 5. meta. tex. 20.) q̄s non ſtat eſſe quin ſit relatio, ita relationes agentis ꝛ patiētis proximū fundamentum eſt motus: eo enim ꝙ motus calefactionis fit ab igne ignis denominatur agens, ꝛ eo ꝙ mot⁹ recipitur in aqua, aqua denominat patiens. Et ſic nō ſtat fundamentum illud proximum eſſe quin cōſurgāt relationes. Nec motus per ſe eſt ad tales relationes, ſed ad calorem: vnde ille reſultāt. Neqꝫ opus eſt fundamentum eſſe in eodē ſubiecto, vbi eſt relatio: ſed ſatis eſt motum fluere ab agente, vt agens habeat relationē actionis. Et hec fuit doctrina Ariſt. 3. huius vt illic ſuper tex. 18. expoſuimus. Vñ idem motus numero eſt fundamētum ambarū relationū actionis ꝛ paſſionis. Et re vera, quicq̄d Scot. dicat in 4. d. 6. q. 10. fundamentum proximum paternitatis nō eſt potētia generandi, nam hec nō ſufficit ad rationē patris, ſed actu genuiſſe: iuxta illud 5. meta. text. 20. pater eſt, qꝛ generat. Sicuti relationis domini ad ſeruum, fundamētum eſt eum emiſſe, aut cepiſſe in bello, quo fundamēto poſito, neceſſario ſequitur relatio: alias eſſet extrinſecus adueniēs: nam ſtat hoīes illos qui ſunt dominus ꝛ ſeruus, eſſe, qñ non ſit illa relatio: ꝛ tunc in nullo p̄dicamēto poneret: qꝛ non in quarto: ꝛ nō videt in quo ſex vltimorum poſſet collocari.

## ¶Secunda concluſio. Sex vltima

predicamenta non ſunt relatiua ſm eſſe, ſed ſm dici. Qđ eſt dicere. Nō ſupponunt formaliter pro relationib⁹, ſed pro abſolutis, quorū naturā exprimere nō poſſumus niſi per ordinē ad aliud extrinſecum a quo fiunt eiuſmodi denominationes. In duob⁹ ergo aliter ſentim⁹ ꝗ Sco. ꝛ in hoc ꝙ hmōi relationes ait eſſe extrinſecus aduenientes, ꝛ in hoc ꝙ ait predicamenta. ſ. actio, vbi ꝛc. ſupponere pro talibus relationibus. Probat cōcluſio. Predicamenta ſunt primo diuerſa, vt habetur. 10. meta. tex. 12. qđ eſt dicere, vnum immediate negat de alio: ergo ſicut hec eſt immediate vera, ſubſtātia aut quātitas non eſt relatio, ita ꝛ hec relatio nō eſt vbi, aut actio, aut paſſio. ¶Secūdo. Actio ꝛ paſſio, vt ſunt generaliſſima predicamentorū, nullo mō ſupponūt pro relatione: ſꝫ pro motu, vt lib. 3. late demonſtrauimus. Calefactio nanqꝫ non eſt relatio, ſed productio caloris: q̄ quidē denominat actio inquantū eſt ab agente, ꝛ paſſio inquātū recipit in patiente. Quapropter toto illic cap. 3. probat Phi. ꝙ idem motus eſt actio ꝛ paſſio. Vnde relationes ille non ſunt actio ꝛ paſſio, ſꝫ relationes actionis, ꝛ paſſionis, vt enim agens ab extrinſeco dicit agens: qꝛ mouet, ita motus dr̄ actio: qꝛ eſt ab agente. Sicuti ſcientia nō eſt relatio, ſed qualitas abſoluta: tāet ſi eius naturam exprimere nequimus: niſi in ordine ad aliud. Eſt enim cognitio rei. ¶Et tertio, vbi, nō eſt relatio. Eſt enim in loco ꝛ locato tres conſio

cõſiderare relationes. In loco eſt vna relatio diſtantie a cẽtro ⁊ polis mundi, ratione cuius locꝰ eſt hic ⁊ immobilis: altera eſt relatio cõtinentie qua cõtinet locatum. Tertia eſt in locato qua cõtinetur a loco. Siue ſint res diſtincte ſiue nõ, nihil refert. Et relatio per quã exprimitur predicamẽtum, vbi, neutra illarum eſt que ſunt in loco, ſed illa que eſt in locato. Eſt enim, vbi, eſſe in loco, puta in gymnaſio, vel in foro vt ait Ph. in predicamentis. In quo ſermone exprimitur relatio, non loci ad locatũ, ſed locati ad locũ. At vero ꝙ, vbi, non ſupponat pro tali relatione, licet per illam exprimat̃, patet, qꝛ eſſe in loco, certe nõ eſt relatio: nam ſuum eſſe, non eſt ſolum eſſe ad aliud: ſicuti eſſe ſimile, aut eſſe equale, aut eſſe duplũ, ſed eſt habere circunſtantem locum, vel potius haberi ab illo: ſicuti eſſe veſtitum, non eſt relatio, ſed habere circũamictam veſtem. Itaqꝫ ſicut rem eſſe albam, eſt habere in ſe formaliter albedinem: ita, vbi, ⁊ habitus, eſt habere res extrinſecas abſolutas, puta locum aut veſtem.

¶Tertia igitur cõcluſio eſt. Ad nullam relationem eſt per ſe motus. In primis Ariſt. hic tex. 10. ⁊ 11. meta. cap. 10. vl̃r ponit cõcluſionem: ⁊ ideo reſtrictio ꝙ intelligat de intrinſe-
Ad.3.pnc. cus aduenientibꝰ, eſt mere voluntaria. ¶Et preterea cõcluſio hec ex ſuperioribus neceſſario ſequitur. Ratio enim cur Scotus aſſerit ad relationem eſſe per ſe motus, eſt (vt diximus) qꝛ exiſtimat eſſe aliquas relationes, que, propter ſubiectum quod denominant, nullum habent proximum fundamentũ qđ acquiratur per motum ad quod cõſequatur relatio. Inde enim elicit ꝙ per motum per ſe primo acquirit̃ relatio, at cũ oſtenſum iam ſit nullam eſſe talem relationem que nõ habeat fundamentũ proximum, ꝯñs eſt ad nullã relationem eſſe per ſe motus: ſed motũ quecũqꝫ eſſe ad fundamentum proximum ad quod conſequitur relatio, vt in relationibus vnionũ, actioniſqꝫ ⁊ paſſionis ⁊ dominij mõſtratum eſt. ¶Sed
Ubi. ad illud de, vbi, in quo Scot. arbitratur de mente Ariſto. eſſe ad relationem per ſe motus, r̃ndet ꝙ motus localis per ſe primo non eſt, niſi ad locum. vt docet Ariſto. text. 10. dicens ꝙ motus localis eſt motus ſ̃m locum. Et ideo dicitur localis, qꝛ per ipſum primo acquiritur locus. Sicuti per motum alterationis acquiritur qualitas. At quia acquirere locũ, ⁊ acquirere eſſe in loco non ſunt duo (ſicut idem eſt acq̃rere albedinẽ ⁊ acq̃rere habere albedinem) ⁊ eſſe in loco eſt, vbi, pro eodẽ ducit Ariſt. ꝙ motus localis ſit ad locum, ⁊ ad, vbi: eſſe tñ in loco (qđ eſt, vbi) iam ꝓbatũ eſt nõ eſſe merã relationem. Sed eſt contineri loco. ¶Et per hoc ſolutũ reſtat tertiũ argm̃ principale. Cõceditur nãqꝫ ꝙ, vbi, ſupra locum ⁊ locatum nihil addit, niſi relationem: non tñ inde ſequitur ꝙ, vbi, ſupponat pro relatione: verum ſolũ ſequitur, ꝙ eſſe in loco (qđ eſt, vbi,) nõ exprimit̃, niſi ꝑ reſpectũ ad locũ. ¶Sed extat argm̃ ꝙ nihilominus illa relatio ſit extrinſecus aduenĩẽs: quippe cũ nõ poſſit ſignari fundamentũ proximũ ⁊ t̃mus eius preter locatum ⁊ locum: ⁊ ſtat hoc locatum eſſe ⁊ hunc locũ eſſe, qñ nõ ſit hec relatio huiꝰ loci ad hũc locatũ: vt puta ſi hoc locatũ eſſet alibi. R̃ndetur nihilominus, ꝙ ſi intelligatur per relationẽ extrinſecus aduenĩẽtem, illã, cuius fundamentũ non eſt ſubiectiue in ſubiecto ipſius relationis: ſed eſt ſibi extrinſecũ, ꝯceditur ꝙ relatio importata per, vbi, nõ cõuenit locato ratione forme abſolute: que ſit in illo, ſicut ſimilitudo cõuenit mihi rõne albedinis que eſt in me: ſed, vbi, cõuenit locato ratione loci quẽ acquirit: ⁊ ideo ad illã nõ eſt per ſe motus: ſed ad locũ. Nihilominꝰ
Ubi eſt relatio intrinſecus adueniens. tñ poteſt dici intrinſecus aduenĩẽs ad hunc ſenſum, ꝙ nõ ſtat me acquiſiſſe hũc locũ quin cõſurgat in me illa relatio q̃ denominor eſſe ĩ hoc loco: ſicut nõ ſtat me acq̃rere albedinẽ quin cõſurgat ſimilitudo qua ſum ſimilis alteri albo. Itaqꝫ me acquiſiſſe hunc locum eſt fundamentum proximũ ad quod neceſſario ſequit̃ relatio. Et idem eſt fundamẽtũ proximũ propinquitatis: eo. n. ꝙ ego acquiſiui hũc locũ nõ ſtat me acquiſiſſe hũc locũ ⁊ Petrum ſcriptorẽ meum acquiſiſſe eum in
quo eſt, quin ſimus propinqui. ¶Ad quartum ar- Ad.4.pn.
gumentum, de actione iam ſatis reſponſum eſt vbi negauimus actionem eſſe relationem, quin immo eſt motus. Calefactio enim eſt motus: qui certe non eſt per ſe ad relationẽ, ſed ad calorẽ, ſʒ eo ꝙ motus eſt ab agente dicit̃ calefactio. Quare illa relatio a qua motus dicitur calefactio, eſt in motu ipſo ⁊ ab illa forſan agens denominatur calefaciens denominatione extrinſeca: niſi aliã velis fingere in agente a qua dicat̃ calefaciens, de quo nihil cõtendo.
¶Ad quintũ de predicamẽ- Ad.5.pnc.
to habitus per idẽ r̃ndetur vt ad tertium. Conceditur nãqꝫ illius motus, quo quis ſe veſtit aut armat, t̃mum eſſe, veſtitum eſſe, ⁊ armatum eſſe, negatur tñ hoc eſſe immediate acq̃rere relationẽ, licet exprimatur per relationẽ: ſed eſt acquirere veſtẽ, aut arma taliter adaptata corpori. ¶Et idẽ dicendũ eſt de ſitu. Cũ enim qui ſedet ſurgit, aut qui ſtabat ſedet, motus eſt per ſe primo ad nouũ locum ſ̃m partes. Dicit enim ſitus ordinem partium inter ſe reſpectu loci.
¶Unde. S. Tho. 5. me- S.Thom.
ta. lect. 15. ponit differentiã inter quatuor poſtrema predicamenta ⁊ reliqua. Alia enim (inquit) precedunt relationem que conſequitur ad illa: vt relatio actionis cõſequitur ad motũ: ⁊ relatio ſimilitudinis ⁊ qualitatis conſequitur ad qualitatem ⁊ ad quantitatem. Hec tamen quatuor predicamenta, nec ſunt relationes, nec precedunt, aut efficiunt relationes: ſed conſequuntur (inquit) ad relationes. Ut, vbi, conſiſtit in relatione ad locum, ⁊ habitus, in relatione ad veſtem. Eo enim ꝙ homo habet hunc ordinem ad hunc locum, eſt in hoc loco, ⁊ eo ꝙ habet hunc ordinem ad veſtem, eſt veſtitus: ⁊ eo ꝙ partes eius habẽt hunc ordinem inter ſe, eſt ſedens, aut cubãs. Ac deniqꝫ ex eo ꝙ ego habeo hunc ordinem ad hũc diem, ſum hodie: quod pertinet ad predicamentum, quando. Atqui de hoc predicamento ſuſtineri nequit importare relationem extrinſecus aduenientem: admiſſa etiam diffinitione Scoti. Quod eſt contra ipſum euidens argumentum. Etenim non ſtat, me eſſe ⁊ hoc tempus eſſe, quin ego ſim hodie. Hec dixerim non certe contendẽdi ſtudio. Sed vt cuiuſcunqꝫ authoritate obſeruata, meum de hac re iudicium exponerem.

Tex. xxxv. Simpliciter autẽ vnum eſſe &c.

## Quæſtio tertia.

¶Utrum



### UTRUM AD UNITATEM motus vnitas tantùm mobilis, termini, & temporis ſit neceſſaria.

A Parte negatiua arguit. Et primo aduerſus id qđ habet̃ text. 31. ſ. illos motus eſſe eiuſdẽ generis, quicũqꝫ ſunt eiuſdem predicamẽti. Sequeretur enim ꝙ iidem motus qui eſſent eiuſdem generis, differrent genere: que cõtradictio apparet. Sequela patet in motu albefactionis ⁊ motu egrotationis. Illi nanqꝫ eſſent tunc eiuſdẽ generis, qꝛ ſunt eiuſdẽ predicamenti qualitatis: ⁊ quod differunt genere, patet: qꝛ albefactio continetur ſub genere colorationis (color enim eſt genus ad multas ſpecies) ſub quo tamen non cõtinetur egrotatio. Scđo principaliter arguit̃ cõtra illud, qđ ſtatim illic inſinuat̃, motus vl'ʒ quoſcunqꝫ eſſe eiuſdẽ ſpẽi, qui ſunt ad t̃mos eiuſdem ſpeciei: eoſqꝫ ſpẽ differre, qui in t̃mos tendũt ſpẽ differẽtes. Aſcẽſus aeris vſqꝫ ad ſuũ locũ naturalem. ſ. concauum ignis, ⁊ aſcenſus ignis vſqꝫ ad ſuũ. ſ. ad concauũ lune, ſunt ad t̃mos differentes ſpẽ: ⁊ tñ eſſe videntur motus eiuſdẽ ſpeciei: qꝛ ambo tẽdũt ſurſum. ¶Qđ ſi dixeris illos differre ſpecie, tũc ſeq̃retur ꝙ aſcẽſus ignis vſqꝫ ad mediã regionem aeris (vbi retineretur) ⁊ aſcenſus eiuſdẽ vſqꝫ ad concauum lune non eſſent eiuſdem ſpeciei: ꝯñs tñ eſt falſum: qꝛ cũ aſcenſus ignis a centro terre vſqꝫ ad cõcauũ lune ſit vnus motus continuus, ſingule portiones ſunt eiuſdẽ ſpeciei cũ toto: motus nãqꝫ differẽtes ſpecie cõtinui eſſe nõ poſſunt: vt habetur tex. 39. Idem argm̃ fit de aſcẽſu lapidis vſqꝫ ad aerẽ ⁊ de aſcenſu vſqꝫ ad ignẽ: ⁊ de motu ab albo vſqꝫ ad fuſcum, ⁊ de motu ab albo vſqꝫ ad nigrum: qui videntur eſſe ad t̃mos differentes ſpecie: ⁊ tñ ſunt eiuſdẽ ſpeciei: eo ꝙ vnꝰ eſt pars alterius. ¶Tertio principaliter arguit̃. Deſcenſus lapidis a cõcauo lune, vſqꝫ ad mediã regionem aeris, ⁊ aſcenſus alterius lapidis proiecti vſqꝫ ad idem pũctum (in quo ambo retineãtur) ſunt motus differẽtes ſpecie (immo ſunt cõtrarij, vt queſtione ſequẽti videbimus) ⁊ tñ ſunt ad eundẽ t̃mum: ergo vnitas ſpecifica t̃mo⁊ nõ ſufficit ad vnitatem ſpecificam motuum. Idem eſt de motibus ab albo in fuſcum, ⁊ a nigro in fuſcũ: et de augmentatione a pedali ad bipedale, ⁊ diminutione a tripedali ad idem bipedale. ¶Quarto principaliter arguitur. Motus rectꝰ ab. a. puncto, ad. b. ⁊ motus circularis inter eadem pũcta habent t̃mos eiuſdem ſpeciei: ⁊ tñ differunt ſpecie. Qđ ſi concedatur, ꝓpter ea: ꝙ ſunt per diuerſa media, tũc ſequit̃ ꝙ dealbatio q̃ eſt a nigro per fuſcũ, ⁊ illa q̃ eſt a nigro per viride, differrent ſpecie: qđ eſt cõtra Ph. tex. 31. vbi ait oẽs dealbationes eſſe eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime. ¶Et ꝯfir. Generatio ⁊ corruptio ſunt mutationes differẽtes ſpecie: non tñ ꝓpter t̃mos ad quos: quia t̃mus ad quẽ corruptionis nihil poſitiuũ eſt: ſed differũt qꝛ vna eſt aſcẽſus ad eſſe, ⁊ alia eſt receſſus ab eodẽ eſſe. ¶Quinto principaliter arguitur. Motus naturalis ignis ſurſum ⁊ motus violentus lapidis ſurſum proiecti differũt ſpecie (quia ſunt cõtrarij vt habetur text. 56.) ⁊ tamen ſunt ad eundẽ t̃mum ſpecificum, puta ſurſum: ergo vnitas ſpecifica motuum non attenditur penes t̃mos, ſed potius penes principiũ motus: qđ in motu naturali eſt intrinſecum, ⁊ in violẽto, extrinſecum. ¶Et cõfir. Motus naturales animaliũ ſpecie differentiũ (vt ambulatio, natatio, volatꝰ) differũt ſpẽ, authore Ariſtot. 10. Ethi. c. 5. ⁊ nõ rõne t̃mo⁊ ad quos vel a q̃bus, qꝛ poſſunt oẽs ad eoſdẽ ⁊ ab eiſdẽ terminis eſſe: ergo vnitas ſpecifica motuũ nõ attendit̃ penes t̃mos. ¶Sexto principal'r arguit̃ de vnitate nũerali ꝯtra illa tria q̃ tex. ꝓſenti. 35. ait Ph. eſſe neceſſaria ad hmõi vnitatem. Si canis ab alto cadẽs in via moreretur, idẽ eſſet motꝰ canis viui ⁊ cadaueris, qꝛ vr̃ eſſe vnꝰ cõtinuꝰ deſcenſus: ⁊ tñ nõ eſſet idẽ ſubm̃. Pariter ſi gutte aque cadentis, vna pars in via reſolueretur in aerẽ, ⁊ alia pars augeret̃ per condẽſationẽ noui aeris ei appoſiti. Deſcenſus eſſet vnus: ⁊ tñ ſubiectũ nõ eſſet vnũ: ergo vnitas ſubiecti nõ eſt neceſſaria ad vnitatem motus. ¶Et cõfir. motus augmentationis (ſi daretur vnus cõtinuus in aĩali, vel arbore) eſſet vnus: ⁊ tñ ſubiectũ non eſſet vnũ: qꝛ ſemper eſſet maius ⁊ maius. Et idem eſſet de motu decrementi. ¶Et ſecũdo confir. qñ lignum ſucceſſiue vertit̃ in ignẽ, nihil vetat quominus ignis cõtinuo creſcat per extenſionẽ forme in maiorẽ materiam. Ut. n. lib. 1. q. 4. dicebamus, illa extẽſio nõ fit per minima: ſed põt eſſe ꝙ in quocũqꝫ inſtãti poſt primũ minimũ, verũ ſit dicere immediate põt hoc forma erit in maiori materia. Tunc ergo motus eſt vnus, qꝛ cõtinuus, ⁊ tñ ignis ſemper erit maior ⁊ maior: ergo ad vnitatẽ motus non requirit̃ vnitas mobilis. ¶Septimo principaliter arguit̃. Unus motus numero eſſe non põt, niſi forma ꝓducta ſit vna numero: nam ſicut vnitas ſpecifica termini facit vnitatem ſpecificam motus, ita et vnitas numeralis facit vnitatem numeralem: ergo non ſufficit vnitas ſpecifica t̃ni vt vult Ariſto. ¶Octauo arguitur ꝙ neqꝫ illa requiratur. Si eſſet neceſſaria vnitas ſpecifica inter partes t̃mi ad quẽ, aut inter partes motus: vt motus eſſet vnꝰ numero, id maxime eſſet: qꝛ vt aſſerit Ariſtot. ea q̃ differũt numero nõ poſſunt eſſe ꝯtinua: hoc tñ eſt falſum: ergo illud nõ requirit̃. Minor patet exẽplis perq̃ plurimis. In primis patet, in virga cuius medietas eſt viridis, medietas vero ſicca, q̃ licet differãt ſpecie, faciunt tñ vnũ. Patet itẽ in aĩali cuius partes differentes ſpecie, vt oſſa carnes ⁊ nerui, faciũt vnũ. Et qñ arbor vna inſeritur alteri differenti ſpecie, ambe tandẽ continuant̃. Itẽ linea circularis ⁊ recta differũt ſpẽ: ⁊ tñ poſſunt eſſe continue, vt patet de chorda ⁊ arcu. ¶Et poſtremo ſpecialiter cõfir. de motibus differentibus ſpẽ qui poſſunt eſſe cõtinui. Si enim lãcea impetu caderet vſqꝫ ad centrũ terre, aſcẽderet in alio hemiſpherio: ⁊ tunc deſcenſus ⁊ aſcẽſus qui differũt ſpẽ, facerẽt vnũ motum continuũ: ergo ratio Ph. nulla eſt. ¶Nono principal'r arguit̃ cõtra vnitatẽ tẽporis. Qñ lapis ſurſum proiectus rurſus cadit, idem eſt tempus aſcenſus ⁊ deſcenſus: nã in illo puncto reflexionis, vbi lapis quieſcit, tẽpus nõ interrũpitur: ſed ſemꝑ cõtinuatur: ⁊ tñ motus nõ eſt vnus nũero. Si r̃ndeas aſcenſum ⁊ deſcẽſum differre ſpẽ, ⁊ ideo nõ poſſe continuari, arguit̃ aliter. Si aqua nũc incipiat calefieri ⁊ interrupto parũper motu ꝑ remotionẽ ignis rurſus ante remiſſionem caloris applicetur et procedat calefactio, tunc mobile eſt idem, ⁊ t̃ni eiuſdẽ ſpẽi, ⁊ tp̃us idẽ: qꝛ nũqꝫ fuit interruptum

(tẽpus

(tēpus em̄ quia eſt mēſura primi mobilis, intercidi non poteſt. vt lib. 4. viſum eſt) ⁊ tamen due ille calefactiones nō faciūt vnū motū, cum interceſſerit quies: ergo vnitas illorū tm̄ū, non ſufficit ad vnitatem numeralem motus. ¶ In contrariū eſt ſententia Ariſto. tex. preſenti. 35.

¶ Secunda pars huius libri (vt in commentis adnotauimus) eſt de vnitate ⁊ diuerſitate motus. De q̄ re. q. hec. 3. mota eſt. ¶ Ubi hoc animaduertendū eſt, ex text. hic. 39. ꝙ cū res duobus modis dicat̄ vna: aut q2 indiuiſibilis eſt, aūt q2 ptes eiꝰ cōtinue ſunt: ⁊ motus nō ſit vnus primo mō, fit vt ea rōne ſit vnꝰ nūero, qua eſt cōtinuus. Rurſus in rebus permanentibus nō eſt magnum negotiū noſſe rationē cōtinui: at quia partes motus nō ſunt ſimul, ſed ſunt in continuo fluxu, operepreciū fuit pluribus verbis explicare huiuſmodi vnitatē. Non enim intellectu facile eſt quomodo pars preterita et futura faciunt

Interpretationes ſex.

vnum motū. ¶ Ad cuius expoſitionē premittit toto. cap. 3. interpretationes illorū ſex aut ſeptē terminorum. Utpote quidnā ſit duas res eſſe ſimul aut ſeorſum, ſe tāgere, mediū habere, cōſequēter ſe habere, contiguas deniqꝫ, aut continuas eſſe. Habent em̄ ſe huiuſmodi termini hoc modo ⁊ ordine. Res vniuerſe corporee (de his nanqꝫ habet̄ in preſentia ſermo) aut ſunt ſimul loco, aut loco ſeparate. De his em̄ que ſunt ſimul aut ſeorſum tēpore, nihil ad preſens. Simul loco ſunt illa, que ſunt in eodē ſimul loco adequato. Qualiter naturaliter duo ſuppoſita corporea eſſe non poſſunt: bene tamē duo angeli: aut ſupernaturaliter duo corpora glorioſa: aut ſecundū antiquos ponentes locū eſſe dimenſiones penetratiue ſe habentes cum locato. Et materia ⁊ forma ligni ſunt ſimul loco. Eorum autem que non ſunt ſimul loco ſecundū ſe tota, aut vltima ſunt ſimul, aut nō. Ultima eſſe ſimul eſt, quod extrema eorū correſpōdeant eidem puncto loci vt in cōmen. expoſitum eſt. Si vero vltima non ſunt ſimul, aut mediat inter illa aliquid eiuſdem generis ⁊ tūc nō ſunt cōſequenter ſe habentia. vt primus et quartus homo in ala militū. Si vero nihil mediat eiuſdē generis, illa ſunt cōſequenter ſe habētia. vt primus et ſecundus ⁊ tertius miles. Preterea illorū quorum vltima ſunt ſimul, aut vnū eſt cōmune extremū quo ambo vniuntur: ⁊ tunc ſunt continua. Si vero duo ſunt illorum extrema actu diuiſa, illa contigua. Et grece dicuntur echomena, quod Boetius improprijſſime vertit, habita, vertiſſet tm̄ ſignificantius, adhibita. i. ſibi adiecta. ¶ Quo fit vt contiguū nō ſit ſuperius ad continuū: licet dicat Ariſto. text. 26. ꝙ continuū eſt quoddā contiguū. i. aliquid addens ſupra contiguum. Hec omnia cum in cōmentis ſint ampliſſime expoſita, non poſſent hic citra tedium repeti.

1. Cōclu.

¶ His præhabitis reſpōſionem Phi. ad queſtionē in duos articulos partimur.

Unitas triplex.

In primo reſpondebitur de vnitate ſpecifica: et in altero de numerali. Primus quinqꝫ cōcluſionibus conſtat. Prima eſt in text. 31. Motus, veluti queuis res alia, tripliciter eſſe poteſt vnus. ſ. genere, ſpecie, ⁊ numero. Genere ſunt idem (vt habetur. 5. meta. tex. 12.) quecunqꝫ ſunt eiuſdē predicamenti. Et ideo omnes alterationes ſunt inter ſe eiuſdem generis, ſicut omnes inter ſe augmētationes, atqꝫ oēs ab inuicē motus locales, vniuerſeqꝫ inter ſe generatiōes. ¶ Unde ad primum principale negatur, motus illos albefactionis ⁊ egrotatiōis differre genere: tm̄, q2 verbū, differt, includit negationē diſtribuentem: ⁊ ideo differre genere infert ꝙ in nullo genere conueniant: tum ſecūdo, quia vt in predicabilibus cap. de genere adnotauimus, licet genus ſubalternum ſit etiam ſpecies ſubalterna, tamen que differūt genere ſubalterno ſimpliciter differūt ſpē. Etenim differre ſpē (vt habetur loco citato. 5. meta.) eſt differre diffinitione: ⁊ genus ſubalternū nō diffinitur quatenus genus: ſed quatenus quedā ſpecies in qua contractū eſt generaliſſimū per differentiam. Qua de cauſa motus eiuſdē generis diſtinguit hic Ph. tex. 31. in motꝰ eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime, ⁊ motus eiuſdem ſpeciei ſubalterne. Ad. 1. ꝓn.

¶ Quid autē requiratur vt motus ſint eiuſdem ſpeciei, aut ſpē differant ſpecialiſſima (nam de hac eſt ſermo) nō conuenit inter neotericos Philoſophos. Alij nanqꝫ ſexcentas multiplicant negatiuas propoſitiones oſtēdentes quid non requiratur: ille vero quia ſine arte ponūtur, ſine numero poſſunt multiplicari. Alij aſſerunt requiſitā eſſe vnitatē ſpecificam terminorum ad quos: alij vero id ſine ratione negant. Albertus deniqꝫ iunior addit exigi preterea vnitatem terminorū a quibus. Quod Itali quidam reprehendunt. Nam cum motus (inquiunt) ſit receſſus a termino a quo, nullam inde ſortitur ſpeciem: ſed a ſolo termino ad quē: ob idqꝫ penes ſolos terminos ad quos, penſanda eſt vnitas ⁊ differentia ſpecifica motuū. Alij rurſus putant neceſſariam eſſe vnitatē principiorū mouentium, alij diſſentiunt. ¶ Ut autē rei veritas liquido conſtet, fundamentū ex diffinitione Ariſto. ſumendum eſt: qui. 5. meta. text. 12. ea (inquit) differunt ſpecie, que differunt diffinitiōe: atqꝫ ea ſunt eiuſdem ſpeciei, que eadem diffinitione cōueniunt. Nam diffinitio explicat quidditatem: quidditas autem ⁊ ſpecies idē ſunt. At vero q̄uis motus in genere diffiniatur, ꝙ ſit actus entis in potentia (vt lib. 3. ſuper tex. 6. expoſuimus) tamen in particulari ſpecies quecūqꝫ diffinitur per terminum ad quem. vt enim illic habetur tex. 4. motus non eſt preter res ad quas eſt motus. i. calefactio nihil aliud eſt q̄ motus ad calorem: ⁊ aſcenſus, motus ſurſum: et augmentatio, motus ad maiorem quantitatem ⁊c. Unde in hoc lib. tex. 4. a termino ad quem docuit Phi. motum et nomen ſortiri et ſpeciem. Id quod. S. Tho. repetit. 1. p. q. 23. arti. 1. ad tertiū: dicens, ꝙ nihil refert id quod fit albū, nigrum fuerit an pallidū. Tametſi Cōmentator. 2. huius. text. 14. dicat ꝙ aliquando in artificialibus motus denominatur a principio a quo. Cuius rationē affert. S. Tho. 1. 2. q. 1. arti. 3. nempe ꝙ quādo motus ſignificatur vt actio, tunc ſortitur nomen a principio a quo. vt medicatio dicitur a medicina a qua procedit: ſed quando ſignificat̄ vt paſſio (queadmodū in propoſito) tunc, q2 vnūquodqꝫ ſortitur ſpeciem ab eo per qđ eſt in actu, et motus tendit in terminum ad quem, tanq̄ in proprium actum, inde ſortitur ſpeciem.

Species motus.

Fundamentū.

¶ Ex hoc fundamēto elicimus

2. Conclu.

quatuor alias cōcluſiones preter principalē que poſita eſt. Secūda ergo cōcluſio huius articuli eſt: ſpēs motuū per ſe primo attendit̄ penes tr̄os ad quos vltimatos. Hec propoſitio (preter rōnē factā) eſt expreſſa hic doctrina Phi. tex. p̄ſenti. 31. Ait em̄ ꝙ oēs dealbationes ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime: q2 oēs albedines ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime: oēs autē diſciplinationes ſunt eiuſdem ſpeciei ſubalterne: q2 diſciplina eſt ſpecies ſubalterna habēs ſub ſe ſpecialiſſimas. Itē ſpēs motuum ⁊ cōtrarietas, penes idem attenditur (nā cōtrarietas quedā diuerſitas motuū eſt) cōtrarietas aūt attenditur penes tr̄os ad quos, vt. q. ſequēti ex cap. 4. mōſtrabimus: ergo. Certe cōcluſio euidētior eſt q̄ vt teſtibꝰ indigeat. Cum em̄ motꝰ ſit via ad tr̄um ⁊ acquiſitio eiꝰ, q̄d aliud eſt motꝰ eſſe eiuſdē ſpeciei: q̄ terminos eſſe eiuſdem ſpeciei. ¶ Unde ad ſcđm principale argm̄ cōceditur tr̄os naturales, ad quos, motus aeris ⁊ motus ignis differre ſpecie, vt habet̄. 1. de celo. tex. 86. negat̄ tm̄ motꝰ illos eſſe eiuſdē ſpeciei. Immo differūt ſpē, queadmodū ⁊ termini. Corporibus. n. ſimplicibꝰ differētibus ſpē motꝰ naturales cōueniunt differentes ſpē, vt habet̄. 3. de celo. text. 51. Tametſi cōparando motus aeris ⁊ ignis ad motus aque ⁊ terre, illi ambo dicant̄ ſurſum, iſti vero deorſum. Et ideo tā ſurſum q̄ deorſum diuidit̄ in ſpēs naturales. ¶ Ad replicā vero negat̄ ꝯñia, cū infert qđ aſcenſus ignis vſqꝫ ad aerē nō ſit eiuſdē ſpēi cū aſcēſu vſqꝫ ad concauū lune. Cōſiderandus eſt em̄ tr̄us vltimus qui eſt per ſe primo ipſius motus: ꝙ autē ignis remoret̄ in aere, vel alibi hoc eſt de per accidens. ¶ Idē rn̄det de deſcēſu lapidis a celo vſqꝫ ad aerē ⁊ de deſcenſu a celo vſqꝫ ad terrā. Et idē prorſus de motu ab albo vſqꝫ ad fuſcū, ⁊ a fuſco vſqꝫ ad nigrum: ſunt em̄ partes cōtinue motus ab albo vſqꝫ ad nigrū: ⁊ ꝑ ꝯñs ſunt eiuſdē ſpēi ⁊ inter ſe ⁊ cum totali motu. ¶ Hinc patet ſolutio argumēti cuiuſdā ciuis noſtri qui faciliima ratione negauit, neceſſariam eſſe vnitatē ſpecificam tr̄orum ad quos, ad vnitatem ſpecificā motuū. Motus em̄ (inquit) lapidis proiecti vſqꝫ ad mediā regionem aeris, ⁊ motus eiuſdē, ſi aſcēderet ad lunam, ſunt eiuſdē ſpeciei: ⁊ tm̄ tr̄i differunt ſpecie. Negatur ꝙ termini vltimati differāt ſpecie, motuum enim naturalium tr̄i vltimati ſunt loca ipſa naturalia, vbi elemēta cōſeruant̄: ob idqꝫ motꝰ aeris nō conſideratur, vt pars motꝰ ignis: nec motus aq̄, vt pars motꝰ terre: tm̄ in motibꝰ violētis ſecꝰ eſt: debet. n. cōſiderari poſtremꝰ terminus latitudinis aſcenſus, puta cōcauū lune ⁊ poſtremus latitudinis deſcenſus, vꝫ cētrū terre. Unde motus lapidis ſurſum, vbicunqꝫ ceſſet, eſt eiuſdē ſpeciei cum quocunqꝫ alio aſcēſu. Et hoc manifeſte ꝓbat̄. Si lapis proiectus aſcenderet vſqꝫ ad lunā, eſſet vnus motus ꝯtinuꝰ: ergo oēs eius partes ſunt eiuſdē ſpeciei: nam qui differunt ſpecie, cōtinui eſſe nō poſſunt, vt habetur tex. 39. Et inde probatur motū aeris ⁊ motum ignis naturales nō eſſe eiuſdem ſpeciei, q2 non poſſunt facere vnum motum continuum.

Ad. 2. ꝓnc.

3. Concluſ.

¶ Tertia concluſio. Quāuis idētitas aut differentia ſpecifica tr̄orū a quibꝰ, non requirat̄ per ſe primo ad vnitatē aut dr̄iam ſpecificā motuū, cōſecutiue tm̄ exigit̄. Probat̄. Motus oīs fit a cōtrario in contrarium, vt tex. 10. ⁊. 18. aſſerit Ariſto. Si ergo tr̄i ad quos ſunt eiuſdē ſpēi, tr̄i etiā a quibꝰ per ſe primi ſunt eiuſdem ſpēi contrarie: ⁊ ſi tr̄i ad quos differūt ſpē, tr̄i etiā a quibꝰ differunt ſpē. Qui ergo reſpectū habēt per ſe ad tr̄os a quibꝰ, ⁊ qui per oppoſitum extremū oīno eos excludunt, vtriqꝫ in cortice tantū rem conſiderant. ¶ Unde ad tertium principale argm̄ (qđ eſt Alberti) cōceditur ꝙ deſcenſus lapidis a cōcauo lune vſqꝫ ad mediū punctum aeris, ⁊ aſcenſus a terra vſqꝫ ad idem pūctū, ſunt diuerſarꝫ ſpecierum: non tamē vt ipſe credit ꝓpter ſolā diuerſitatem terminorū a quibus, ſed propter dr̄iam ſpecificā termini ad quē. Expreſſa enim ſentētia eſt Ph. tex. 52. ꝙ eadem eſt relatio de motu ab extremo ad medium, aut de medio ad extremū, q̄ eſt de extremo ad extremum. Nam medio (inq̄t) vtimur vt duobus contrarijs. Fuſcū enim reſpectu albi eſt quodā modo nigrū: ⁊ reſpectu nigri, quodā mō album. Et idcirco vt motus ab albo in nigrū differt ſpē a motu qui eſt ex nigro in albū, ita motus ab albo in fuſcū (q2 eſt in quodā mō nigrū) differt ſpecie ab illo qui eſt ex nigro i fuſcū, q2 eſt in quodā mō album. Et eadē rōne medium punctum aeris reſpectu centri terre eſt ſurſum, ⁊ reſpectu cōcaui lune eſt deorſum. Et ideo motꝰ lapidis a terra vſqꝫ ad illud punctum, ⁊ motus a cōcauo lune vſqꝫ ad idem punctum ſunt ad tr̄os quodā modo cōtrarios. Eo vel maxime (ꝙ vt ſupra dicebamꝰ) aſcēſus quicunqꝫ lapidis vltimate tēdit in concauū lune: deſcenſus vero, in centrū terre. ¶ Et per hec rn̄detur ad alium doctorē qui ſimili ratione, qua negat vnitatem ſpecificā motuū attendi penes tr̄os ad quos, negat etiam attendi penes tr̄os a quibus: eo ꝙ ſi lapis (inq̄t) vnus caderet a cōcauo lune, alter vero a media regione aeris, motus illi eſſent eiuſdem ſpēi: ⁊ tm̄ termini (inquit) a quibꝰ differunt ſpecie. Negat̄ tm̄ ꝙ tr̄i per ſe ꝓmi differāt ſpē: cōcauū. n. lune eſt tr̄us a quo vtriuſqꝫ motus. Eſt. n. de per accidēs ꝙ cadat a media regione aeris vel ab alio pūcto, queadmodum motus ad album, ſiue incipiat a nigro ſiue a fuſco ſiue a viridi eſt virtualiter ab ab eodē termino a quo per ſe ꝓmo, puta a nigro. ¶ Similis ratio eſt de motu augmētationis a pedali ad bipedale, et de diminutione a tripedali ad bipedale: nam augmentatio eſt motus ad maiorem quantitatem: diminutio vero ad minorē: bipedale autem eſt maior quātitas reſpectu pedalis, et minor reſpectu bipedalis. Et ideo motꝰ illi ſunt ad tr̄os quodam modo contrarios. Par itidē analogia eſt de motu intēſionis ab vno gradu caloris ad gradū vt quatuor ⁊ de motu remiſſionis ab octo vſqꝫ ad quatuor. ¶ Contra hec tm̄ arguitur. Motus augmentationis per ſe eſt ad quātitatem maiorem, ⁊ motus diminutionis ad minorem: ſed maior ⁊ minor quantitas ſunt eiuſdem penitus ſpeciei: ergo illi motus nō differūt ſpecie: ⁊ per ꝯñs non ſunt contrarij: qđ eſt cōtra Ph. vt. q. ſequenti videbimus. Idem fit argm̄ de motu intenſionis, et de motu remiſſionis, eiuſdē qualitatis. Qđ ſi reſpondeatur ꝙ motus augmētationis non eſt ſimpliciter ad quantitatem: ſed ad quantitatem maiorē, ⁊ diminutio ad maiorē: maius autē et minus, dicunt cōtrarietatē, tunc arguitur ꝙ per ſe motus augmentationis ⁊ intēſionis eſt ad relationem: quod ſupra negatū eſt: ſeq̄la tm̄ patet, q2 maius ⁊ minus non opponunt̄, niſi

Ad. 3. ꝓn.

niſi in gñe relatiõis. Ad hoc tñ negatur ſequela:
quod enim per ſe primo acquiritur augmẽtatio-
ne, non eſt relatio, ſed quantitas. Simpliciter. n.
augmentatio eſt acquiſitio quãtitatis, ⁊ diminu
tio eſt perditio eiuſdẽ: ꝯſequit tñ vt addita quãti
tate, totũ reſultans ſit maius q̃ prius: ⁊ dẽpta, ſit
minus. Et idem eſt de intenſione, qua acquiritur
grad⁹ qualitatis, ⁊ de remiſſione, qua perditur.

4. Conclu. ¶ Quarta cõcluſio ad vnitatem
ſpecificam motuum (saltẽ in motu locali) conſe-
quutiue etiã requiritur vnitas formalis ſpatij.
Formalis (inq̃) q: deſcenſus lapidis a cõcauo lu
ne per ignẽ ⁊ aerem ⁊ aquã eiuſdem ſpeciei eſt: li
cet media ſint res diſtincte ſpecie. Sed nomine,
formalis, intelligo formam ⁊ figuram vie. ſ. q̃ ſi
vnus motus ſit per lineam rectam, alius nõ fiat
per curuam. Concluſio eſt Ph. tex. 32. Et ne videa
mur contradicere ſecunde concluſioni, qua dixi
mus reſpiciendũ eſſe tantum ad trũm ad quem,
ratio huius concluſionis eſt: q: qñ res mouetur
ab. a. in. b. per circulũ, terminus per ſe illius mo-
tus non eſt. b. quia q̃ primum declinat a linea re
cta iam declinat ab intentione illi⁹, ⁊ de per acci
dens eſt, ꝙ illuc reuertatur. Et ſic iſta differentia
quodã modo reducitur ad terminum ad quẽ: qui
quodã modo non eſt per ſe idem in motu circula
Dubita-tio. ri, ⁊ recto. ¶ At diſceptatio eſt hic, an idem ſit de
motu alterationis: an vʒ dealbationis motus a
nigro in album per fuſcum ⁊ motus a nigro in al
bum per viride ſint eiuſdẽ ſpeciei. Burleus nãq̃
tenet differre ſpecie, ea ratione, qua motus loca
lis circularis ⁊ rectus. Paulus vero ſuper tex. 33.
quem alij Itali ſequuntur cõtra dicit Burleo: di
cens, rationem non eſſe vnam de motu locali et
motu alterationis. Nam in motu alterationis, ꝑ
quodcunq̃ medium diſcedatur ab albo, fit parti
cipatio nigri: ⁊ ideo trũs per ſe intentus in quo-
cunq̃ tali motu eſt nigrũ: ſed in motu locali non
quomodocunq̃ diſcedatur ab. a. tenditur per ſe
in. b. ſed ſolum qñ diſceſſio eſt per lineam rectam
in. b. qñ enim per lineam circularẽ vel obliquã,
iam motus tendit in alium finẽ: ſed per accidẽs
reuertitur ad illud punctũ. Hec ſolutio vr̃ ꝓpri⁹
accedere ad mẽtẽ Phi. Nam ſm Burle. non oẽs
dealbationes a nigro in album ſunt eiuſdem ſpe
ciei: ⁊ tñ Ph. peculiariter de motu circulari ⁊ re-
cto dixit non eſſe eiuſdem ſpeciei: dealbationes
vero omnes ſine exceptione appellauit eiuſdem
ſpeciei ſpecialiſſime. Et ſi eſſet in illis exceptio ſi-
cut in motu locali, non tacitus id pteriſſet. ¶ Se-
quitur tñ tunc ex iſta opinione ꝙ oẽs motus ab
albo in quodcunq̃ mediũ verſus nigrũ ⁊ omnis
a quocunq̃ medio verſus nigrum ſunt eiuſdem
ſpeciei: quia omnes ſunt ab albo in quodam mo
do nigrum: aut a quodã modo albo in nigrum: ⁊
oẽs a nigro verſus album ſunt alterius ſpeciei ⁊
contrarij prioribus. Immo vero omnes altera-
tiones a quocunq̃ medio in aliud mediũ, qñ ter-
minus a quo plus participat de albedine ⁊ ter-
minus ad quem plus de nigredine, erunt eiuſdẽ
ſpeciei: ⁊ e conuerſo ſe habentes erunt illis con-
Ad. 4. trarij. ¶ Per hec ſolutũ reſtat quartum principa
le argumentum. Ad confirmationem vero reſpõ
detur ꝙ hic loquimur proprie de motu: de q̃ eſt⁹
ſpecie: generatio vero ⁊ corruptio ſunt mutatio-
nes: que ꝓinde vt ꝓbat argm̃ differunt ſpẽ, eo ꝙ
ſe habẽt vt acquiſitio ⁊ deperditio eiuſdem trĩ.

¶ Quinta concluſio. Ad vnita- 5. Conclu.
tem ſpecificam motus nõ requiritur vnitas mo-
toris ſpecifica neq̃ aliud quiduis, q̃ ea que di-
cta ſunt. Patet manifeſte. Contra illos, qui abſq̃
vlla ratione dicunt vnitatem ſpecificã attẽdi, nõ
penes trõs ad quos vel a quibus, ſed penes mo-
torem. Patet inq̃ primo inductione: q: deſcẽſus
ferri ⁊ deſcenſus lapidis eſt eiuſdem ſpeciei: ⁊ ta
men motores differunt ſpecie: q: mouentur a ge
nerantibus differentibus ſpecie. Et lapis proie-
ctus, ſiue proijciatur ab homine manu vel fun-
da, vel catapulta, vel ab elephãte, eiuſdẽ ſpeciei
eſt. ¶ Probatur preterea rõne, q: motor nõ eſt de
diffinitione motus: ⁊ per ꝯñs nec eſt de eſ⁹ quid-
ditate, neq̃ ab illo ſortitur ſpeciem. Neq̃ Ariſto.
loquens de vnitate motus meminit hic de moto
re. ¶ Et cõfir. quia calor productus a ſole ⁊ produ
ctus ab igne ſunt eiuſdem ſpeciei: immo ⁊ forte
mus productus per generationem ⁊ productus
ex putrefactione: ergo motor non mutat ſpeciẽ
motus: nec ſemper principiũ motus. ¶ Ad quin- Ad. 5. prĩc.
tum igitur argumentũ varia eſt reſpõſio docto-
rũ. Qui enim ex parte motoris non cẽſent ſpeciẽ
motum, dicũnt motũ naturalẽ atq̃ violentũ eſſe
eiuſdẽ ſpeciei: illi vero quos modo referebamus
dicunt contra, motũ omnẽ naturalem ſpecie dif-
ferre a motu violento. Atqui philoſophũ atten-
te legerit facile diluet hanc litem. Etenim tex. 56.
poſtq̃ tractauerat de cõtrarietate motus ex parte
finis, ſubijcit aliam cõtrarietem inter motũ na- Contrarietas du-plex.
turalem ⁊ violẽtum. Unde hanc elicimus diſtin-
ctionem ſpeciei ⁊ contrietatis motus. Una enim
eſt que conuenit motui ea tñ ratione qua eſt mo
tus: ⁊ hec ſolum attenditur ex parte trõrum ad
quos, vt dictum eſt. Qua ratiõe motus natura-
lis ⁊ violentus ſi tendãt in eundẽ trũm ſunt eiuſ-
dem ſpeciei, vt motus ignis ſurſum ⁊ motus lapi
dis ſurſum proiecti: q: vt ait S. Tho. de potentia.
q. 6. art. 8. motus nõ ſortitur ſpeciem a principio:
ab illo tamẽ ſortitur vt ſit naturalis, vel violẽt⁹.
Sed alio modo motus accipitur ſm ſuas quali-
tates, vt ꝙ ſit naturalis, vel violentus, aut ꝙ ſit
triſtis vel ſuauis: que ſunt accidentia motus. Et
iſto modo naturalis motus ⁊ violentus differũt
ſpecie: q: ſunt cõtrarij vt habetur text. 56. Sicut
homo albus ⁊ homo niger. ¶ Pari mõ reſpondet
ad confir. Motus nanq̃ naturales vt ambulatio
hominum, natatio piſcium, volatus auium dif-
ferunt, non in ratione motus propter terminos:
ſed quia illorum potentie ſunt proprie paſſiones
que fluunt ex eſſentijs ſpecie differentibus.

¶ Subſequitur in articulo ſecun Arti. 2. De vnitate numerali.
do, vt de vnitate motus numerali dicam⁹. Id qd̃
duab⁹ ꝯcluſiõib⁹ expedit Phi. Prima eſt ꝓncipa
1. Conclu. lis in text. preſenti. 35. Ut motus ſit vnus numero
neceſſarium eſt vt ⁊ mobile ſit vnum ⁊ trĩ atq̃ vie
ſint eiuſdem ſpeciei, ⁊ preterea vt tẽpus motus
ſit vnũ. ¶ Ubi adnotandum eſt ꝙ cum ſuperius
tex. 3. quinq̃ dixiſſet conſideranda eſſe in motu. ſ.
motorem, mobile, tẽpus ⁊ duos trõs: immo cõſi-
ratur etiã ⁊ locus. Tria hic tñ conſiderat ad vni-
tatem motus: nam motor non per ſe ſemper pti-
net (vt dictũ eſt) ad ſpeciẽ mot⁹, trũs vero a quo
nõ pertinet per ſe primo vt articulo primo dictũ
eſt. Neq̃ locus niſi quatenus in motu locali per-
tinet ad figuram vie. ſ. circularẽ aut rectã. ¶ Se-
cundo notandũ eſt ꝙ motus dupliciter cõſidera
tur. Uno mõ generaliter in quãtũ accidens: et ex
hac parte requirit vnitatẽ ſubiecti. Accidẽs eñ
non eſt vnũ numero a quocũq̃ alio diſtinctũ, niſi
rõne ſubiecti. Propterea. n. albedo mea eſt vna
nũero: q: recipit in me qui ſum vn⁹ nũero, ⁊ albe-
do mea ⁊ albedo Petri differũt numero, q: eſt in
duob⁹ ſubiectis diſtinctis numero. Quo circa ſi
formica vna veheret granũ tritici vſq̃ ad certũ
punctum, et inde vlterius veheretur ab alia ſine
media quiete, motus grani eſſet vnus ⁊ cõtinu⁹:
q: eſt vnũ ſubiectum: motus tñ ſecunde formice
ali⁹ eſſet numero a motu prime, nec poſſent eſſe
continui, q: ſubiecta differunt numero: eſſent tñ
cõtigui, q: eodẽ inſtanti quo vna deſinit moueri
per primum non eſſe altera incipit per vltimum
nõ eſſe. ¶ Scdo conſideratur motus ſpecial'r ſub
rõne motus ⁊ iſto mõ vt mot⁹ ſit cõtinuus requi-
rit vt partes ſint eiuſdẽ ſpẽi, ⁊ q: ſpecies mot⁹ at-
tẽditur penes trõs ad quos: requirit vt trũs par-
tium motus q̃ debẽt cõtinuari ſint eiuſdẽ ſpeciei.
Et preterea ſi ſit motus localis ꝙ ſit per idẽ ſpa-
tium formale, q: circularis motus ⁊ rectus non
ſunt eiuſdẽ ſpeciei. Unde vtrunq̃ comprehendit
cũ ait ꝙ requirit, vnũ eſſe id, in quo eſt mot⁹. Qd̃
aũt requirat talis vnitas ſpecifica ad ꝯtinuitatẽ
probat ſecũda cõcluſione q̃ eſt in text. 39. ea enim
(inquit) q̃ ſpecie differũt, continua eſſe non poſ-
ſunt. Rõ eſt q: cõtinua ſunt quorum vltima ſunt
vnũ: rerũ aũt differentiũ ſpecie non põt eſſe vn⁹
cõis trũs quo vniantur, vt ambulatio ⁊ linea cõ-
tinua eſſe nõ poſſunt: eo ꝙ trũs linee eſt punctũ,
trũs vero ambulationis eſt inſtans. ¶ Tertio re-
quirit vnitas temporis. Rõ eſt, q: vt in principio
queſtionis dicebamus idẽ eſt, motũ eſſe vnũ nu-
mero, et eſſe vnum cõtinuum: motus autẽ nõ in-
Unitas tẽporis. terſecat, niſi per mediã quietẽ. Requiritur ergo
vnitas tẽporis que ſit menſura totius motus: ad
hunc ſenſum, ꝙ a principio vſq̃ ad finem motus
nullũ det inſtans tẽporis quo nõ ſit verum dice-
re immediate ante hoc erat pars motus, ⁊ imme
diate poſt hoc erit pars motus: nam tunc ſi mo-
bile eſt idẽ, ⁊ partes mot⁹ ſunt eiuſdẽ ſpeciei, mo
tus erit cõtinuus: ⁊ per ꝯñs vnus numero. Si ve
ro aut mobile nõ eſt idẽ (vt in exemplo poſito de
duabus formicis) aut motus nõ ſunt eiuſdẽ ſpe-
ciei, erũt quidem motus contigui non autẽ con-
tinui. ¶ Itaq̃ hoc eſt adnotandũ ꝙ tam in motu
cõtinuo q̃ in cõtiguis requirit vnitas tẽporis (vt
docet Ph. tex. 40.) vʒ ꝙ in eodẽ inſtãti temporis
immediate ante fuerit vnus motus ⁊ immediate
poſt ſit alius, niſi ꝙ ſi motus ſint eiuſdẽ ſpeciei et
ſubiectum ſit idem, motus erunt continui, ſin mi
nus erunt cõtigui. Ut ſi eodem inſtanti quo quis
deſinit ambulare incipiat febricitari. ¶ Hinc ſe-
quitur ꝙ idem eſt motum quiete interrumpi, ⁊ ꝙ
non ſit vnũ tẽpus, vt expreſſe ait Ph. tex. 41. nam
cũ motus ceſſat, dabit inſtãs tẽporis quo nõ erit
verũ dicere immediate ante hac fuit mot⁹ ⁊ im-
mediate poſt hac erit. ¶ Quod ſi quis interroga-
uerit, vtrum vt motus ſit continuus ⁊ vnus nu-
mero neceſſaria ſit vnitas ſpatij materialis. Ph.
Nõ requiritur vnũ ſpatium. reſpondet text. 23. negatiue. Si eñ (inquit) citha-
redus poſt primã chordã ſonet vltimam ſine me-
dijs, erit vnus ſonus, licet ſpatia non ſint conti-
nua. Cui nos exẽplum adiecimus, ꝙ ſi quis trãſit
torrentẽ per lapides parũ diſtãtes, cõtinuũ facit
motũ, licet lapides nõ ſint cõtinui, neq̃ terra vel
aer qui intereſt cõtinuet illis. Et cũ quis deãbu-
lat per pauimentũ quadrato lapide ſtratum, cõ-
tinuũ motũ facit: licet lapides non ſint continui.
Id qd̃ manifeſte conſtat in deſcenſu lapidis a ce
lo vſq̃ ad terram: qui certe eſt vnus mot⁹, q̃uis
elementa ꝑ que trãſit nõ ſint continua. Atqui rõ
huius eſt, ꝙ continua ſunt illa quorũ vltima ſunt
vnum: partes vero motus nõ cõtinuãt per pũcta
vel lineas quibus cõtinuantur partes magnitu-
dinis ſpatij, ſed per mutata eſſe que ſunt alteri⁹
generis: ſcilicet per hoc quod mobile aliter ⁊ ali
ter ſe habet in diuerſis partibus ſpatij.

¶ Igitur ad ſextũ principale ar- Ad. 6.
gumentũ idẽ eſt labor rñdendi tenẽtibus motũ
eſſe accidens diſtinctũ a mobili tanq̃ res a re, et
tenẽtib⁹ qd̃ ſolũ diſtinguat realr̃. i. q̃dditatiue ⁊ immo formaliter
ꝑdicamẽtaliter, vt lib. 3. q. 2. diſputauimus: ⁊ tenẽ
tibus accidens ſubiectari in toto compoſito, et
tenẽtibus ſubiectari in materia prima: de quo di
ſputauimus. 1. de gñatione. Nam in opinione S.
Tho. accidentia oĩa corporalia ſubiectantur in
toto cõpoſito: ⁊ ideo ſi mot⁹ diſtinguat tanq̃ alia
res, manifeſtũ eſt ꝙ in cane ⁊ eius cadauere non
eſt idem motus: ſiquidẽ, nec eſt idem ſubictum.
Alias idẽ accidens migraret de ſubiecto in ſub-
iectum: qd̃ eſt impoſſibile. Et idẽ eſt licet motus
nõ diſtiguat tanq̃ alia res, q: neg arĩ nihilomin⁹
nõ põt quin ſit accidens: immo tũc cũ motus ſit
eadẽ res que eſt mobile, cum mobile non ſit idẽ,
euidentius eſt ꝙ non ſit idem motus q̃ ſm aliã
opinionem. Illi autẽ qui tenent accidẽtia ſubie-
ctari in materia prima forſan dicerent manere
eundẽ motũ, q: manet eadẽ materia. At tñ tueri
hoc nõ poſſint: nam licet accidẽtia que ordinant
⁊ diſponunt ad introductionem forme ſubſtan-
tialis, vt calor, poſſent quodã modo defendere ꝙ
ſubiectant in materia prima, ⁊ forſan qualitates
ſecũde vt albedo, tñ alia accidentia vt moueri lo
caliter, ſedere, ⁊ ſimilia, nulla eſt apparentia vt
conueniant, niſi toti cõpoſito, ⁊ ideo in omni opi
nione caſus canis viui ⁊ caſus cadaueris ſunt q̃-
dem motus cõtigui propter vnitatẽ tẽporis, non
tñ cõtinui ꝓpter diuerſitatẽ mobilis. Et idem di
cendũ de gutta ſi notabiliter mutet, vt phyſice
nõ maneat eadẽ. ¶ Sed multo minoris eſt ꝓbabi
litatis, id qd̃ nõnulli cõcedunt: nẽpe cum nauis
onuſta in mari mouet, eundẽ eſſe numero motũ
in aggregato ex mercib⁹, hoĩb⁹, ⁊ naui. Etenĩ cũ
ſubiecta ſint adeo diuerſa, neſcio cur motus non
ſint in illis numero diuerſi: ſicut alia accidẽtia.
Neq̃ in hoĩe ⁊ eius veſtib⁹ qñ ambulat, eſt idem
motus. Tñ etſi cũ de hoc nõ eſt diſputatio, appel-
lat vulgo vnus mot⁹, eo ꝙ ſimul ſunt ab eodem
in eundẽq̃ terminũ, ⁊ per eandẽ lineam. ¶ Ad pri
mã cõfirmationẽ rñdetur, ꝙ in motu augmenta-
tionis ⁊ pariter diminutionis, manet idẽ mobile
phyſice: nam augmẽtatio eſt motus quo eadem
res mouetur ad maiorẽ quãtitatẽ. Et hoc eſt qd̃
docet Ph. tex. 36. ⁊ infra, ꝯtra Heracli. ꝙ nõ requi
ritur tãta vnitas mobilis vt nullatenus ſit varia
tum, queadmodũ, angelus, ſed ſatis eſt ꝙ ſit vnũ
ſicut dicimus vnũ hominẽ Petrũ, puerũ, ⁊ adul-
tũ, vnde ſi infans ſine media quiete ſemper ado-

leſceret nō eſſet defectus mobilis, quo minus eſſet vnus motus: nā eſt idem mobile qñ Petrꝰ habet duos annos ⁊ qñ habet duodecim. ¶ Ad ſecūdam vero cōfirmationē (vbi latet fallacia) admiſſo ꝙ ſine media quiete poſſit cōtinuo extendi forma ignis per materiam ligni, negatur nihilominus ꝙ ſit vnus motus: ſed eſt vna mutatio. Nam ignis nō eſt qui moueť qñ generať: neqꝫ eſt ſubiectū illius mutationis: ſꝫ materia que recipit formā. Et q2 illa non eſt ens actu, illa gñatio non eſt motus: ſed mutatio, vt ſuper textū octauū expoſitum eſt. Illa tñ materia eadē numero manet per

Ad.7. totam continuam mutationem. ¶ Ad ſeptimum reſpōdetur, ꝙ quāuis ad vnitatē numeralem motus requiratur vnitas numeralis tῑ, illa tñ ſatis exprimiť cū dī ꝙ requiritur vt partes ſint eiuſdē ſpeciei. Nā (vt modo dicebamus) ſi partes motꝰ ſunt eiuſdem ſpeciei, ⁊ mobile eſt idem, ⁊ tēpus vnum, ille facient vnum continuum, ⁊ per ꝯñs etiam terminus vltimus erit vnus numero.

Ad.8. Utrū diſferentia ſpē ſint cōtinua.

¶ In octauo veruntamen argumento pluſculum difficultatis eſt. Nihilominus rñdetur eam eſſe rationē, vt ad cōtinuationē motus requiratur vnitas ſpecifica partiū: q2 vlꝫ ea que ſpecie differunt, continua eſſe nequeunt: vt paulo ante dicebamus. Unde ad primam inſtantiam de virga cuius medietas eſt viridis, medietas vero ſicca, licet varie atqꝫ diuerſe a diuerſis reſpondeatur, penſatis tamen omnibus, negať partes illas eſſe continuas: nam ꝙ forme nō ſint continue, omnibus eſt in confeſſo, forma enim que noua aduenit parti que ſiccatur nihil cauſe eſſe pōt vt cōtinuetur cū forma partis viridis. Immo virgā exiccari, eſt formā eius corrūpi: et idcirco per ſe manet diſcōtinua pars illa que nōdum eſt corrupta. Qđ ſi forme non cōtinuantur, ſequiť ꝙ nec cetera accidētia: id maxime in via S. Tho. tenentis accidentia ſubiectari in toto cōpoſito. Tunc enim corrupta medietate virge corrūpuntur ⁊ oīa eius accidentia: atqꝫ adeo quantitas. Unde ſequitur ꝙ quantitas partis viridis nō cōtinuatur quantitati partis ſicce. Et cū nec materia nec forma nec cōpoſitum continentur, niſi rōne quātitatis, ſequiť illas partes non eſſe continuas. ¶ Sed arguiť etiam ſi teneať quātitatē ſubiectari in materia. In corruptione fit reſolutio vſqꝫ ad materiā primā: ergo cum pars ſicca corrūpitur, ſimul cum forma ſubſtantiali corrumpuntur oīa eius accidētia: ⁊ per ꝯñs quantitas. Qđ ſi noua adueniat, certū eſt non cōtinuari cum quantitate partis viridis. ¶ Illi ſoli qui aſtruunt formā corporeitatis perpetuā in materia, poſſent vtcūqꝫ dicere ꝙ manet quantitas eadem continuans formā corporeitatis, ⁊ materiā ⁊ non continuando alias formas. Sed iſtam formā corporeitatis arbitror ſatis nos impugnaſſe lib. 1. q. 7. Et preterea ſi vna ſit quantitas in hmōi virga, hoc ſatis eſt vt forma viridis ⁊ forma ſicca cōtinuentur: nam in compoſito vna eſt dūtaxat quantitas, qua materia ⁊ forme oēs, tam ſubſtantiales qꝫ accidentales continuantur. ¶ Quod autem ille forme continuentur eſt contra Ph. non ſolū hic ſed. 5. etiā meta. text. 12. vbi ait. Quecūqꝫ ſunt vnum numero eſſe eiuſdem ſpeciei. ¶ Arguitur preterea in quacunqꝫ opinione de quātitate, ſiue diſtinguatur ſiue non. Corruptio non fit, niſi per ſeparationem: cernimus enim dum lignum cōburitur, partes que cōuertuntur in ignē ſeparari a ligno: ſiquidem per cōbuſtionē minuitur, cineres ſeparari a prunis: ergo eadē ratione in omni corruptione fit ſeparatio partis corrupte a non corrupta: nam per ea que ſunt magis manifeſta iudicare debemus de occultis. Et qui putant partes viridem ⁊ ſiccam eſſe continuas, ſolo vtuntur fallaci teſtimonio ſenſus: qđ tñ certo iudicio intellectus ex natura rerū deberent corrigere. Id vel maxime, qđ ſenſu etiā experimur duas tabulas adeo ſe inuicē glutine cōtinere, vt facilius tabulā frangas, qꝫ vbi conglutinantur, ſeparentur. Et ita eſt certe ꝙ in confinio partis viridis ⁊ ſicce, humore naturali cōtineně. Immo vero ſi in illo pūcto aliqua arte dimoueātur, experientia mōſtrabit eſſe duas diſtinctas ſuperficies quaſi conglutinatas. ¶ Maius profecto multo, ſi ſenſui credas, eſt argumētū de animali dum moritur: vt cum anima hominis (quod verū eſſe credo) priꝰ deſinit informare pedes qꝫ pectus, aut cū mēbrum aliqđ paralyſi areſcit: tunc clarū eſt mēbrum mortuū alterius eſſe ſpēi, qꝫ viuum: ⁊ tñ difficile eſt creditu, non eſſe continua. Nihilominꝰ tñ dicēdum eſt nō eſſe cōtinua: licet propter affinitatē humor vtriuſqꝫ partis ſe inuicē cōtineant: niſi tāta eſſet putrefactio vt diſſolutio ſequereť. ¶ Ad ſecundā inſtantiā de partibus hominis viui heterogeneis rñdetur, ꝙ oſſa, carnes, ⁊ nerui, differūt ſpē, non quidē perfecta, ſed imperfecta q̄ ordinatur ad cōpoſitionem totius. Non enim eſt in homine, niſi vnica forma ſubſtātialis que dat oſſi eſſe oſſis, ⁊ carni eſſe carnis, et neruo eſſe nerui propter diuerſam raritatem et denſitatē, ceteraſqꝫ varias diſpoſitiones. Qđ ſi quis obijciat verbū S. Tho. 1. p. q. 11. arti. 2. ad ſecundū argm̄, vbi ait ꝙ in heterogeneis forma totius non eſt in ſingulis partibus, videat quā ipſe ſubijcit expoſitionem. Nihil em̄ aliud vult, niſi ꝙ nō quelibet pars integralis hominis eſt hō: os enim nō eſt hō: ſicut in homogeneis q̄libet pars aque eſt aqua. Cum ergo partes hominis nō differant ſpecie perfecta rōne forme ſubſtātialis, nihil obſtat quominus vniri poſſint. Et ideo natura fecit neruū medium eſſe inter duritiem oſſis ⁊ mollitiē carnis, vt per illū caro ⁊ os continuarētur. Quanqꝫ non ſit neceſſariū, vt vbicūqꝫ os veſtitur carne, illic ſit cōtinuatio. ¶ De arbore alteri inſita etiā negatur ꝙ fiat ex ambabꝰ vna continua: ſed ramus inſitus vtitur trunco cui inſeritur tanqꝫ via per quā recipit humorē ⁊ alimentū terre. Et ideo in illo cōfinio humores illi adeo cōglutinantur vt nodo quodam contineant ramū inſitum, ⁊ ſenſui appareat eſſe continuum trunco. Secus eſt ſi rami eſſent eiuſdem ſpeciei: tunc enim poſſet forſan fieri continuatio per alimentū. Qua arte (ſi modo fabula non eſt) pretendūt chirurgi abciſum hominis naſum ex muſculis brachij supplere. ¶ Ad aliam inſtantiam de linea circulari ⁊ recta que ſunt continue, reſpondetur ꝙ linea circularis ⁊ recta non differūt ſpecie in ratione quātitatis: ſed ratione figure: quapropter nihil prohibet quin poſſint eſſe ꝯtinue: ſed ſi motus fieret per arcum ⁊ reuerteretur per chordam, credo ſecundum Phi. non eſſet vnus motus continuus: quia motus illi differunt ſpecie: ſed neceſſario mobile quieſceret in puncto

quo



quo incipit moueri per chordam: ſicut lapis proiectus ſurſum, in puncto reflexionis. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ ex illis duobus motibus quos ſuper text. 44. bina figura deſcripſimus, ille qui per lineam angularem fieret, in quolibet angulo frangeretur quiete: ſicut pila lateraliter ad parietē repercuſſa verſus oppoſitam partem motuum rumperetur repercuſſione parietis. Si tamē motus fieret ad modum ſerpentis faciendo plures orbes, motus eſſet cōtinuus: quia vbi non eſt angulus nō eſt neceſſe motum quiete rumpi. ¶ Ad poſtremam confirmationem de lancea cadente vſqꝫ ad centrum terre, primum omnium minor plurimos qui putant, ſi graue caderet naturali motu vſqꝫ ad cētrum, impetum illum efficere vt aſcenderet verſus aliud hemiſpherium: non cōſiderantes graue motu naturali nihil aliud appetere, qꝫ cētrum: ⁊ ideo ſuapte ipſa natura, qua mouetur, cum mobile veniret ad centrum, illic quieſceret. Sicut ignis quantacunqꝫ velocitate aſcenderet, quieſceret in ſuo loco naturali, licet ſuperius nullum eſſet celum. Et preterea impetus non eſt cauſa alterius motus, niſi vbi eſt repercuſſio. Ob idqꝫ ſi in centro eſſet planities dura, fieret repercuſſio verſus nos: veluti pila a pauimento repercuſſa ſurſum reſidit. Si tamen in centro non ſit repercutiens, nihil eſt cauſe cur tranſeat in alterum hemiſpheriū. ¶ Si vero fiat argumentum ꝙ circum centrum ſit aer ⁊ iaciať violenter ſagitta a parte noſtra verſus aliud hemiſpherium per centrum, tunc conceditur ꝙ deſcenſus ⁊ aſcenſus facient vnum motum continuum: licet partes quodam modo ſpecie differant. Neqꝫ id crediderim menti Ariſt. contrarie. Nam illi ambo motus fiunt per lineam rectā cōtinuam. Ariſt. vero ſolum negaſſet aſcēſum ⁊ deſcenſum naturalem, aut violentum ⁊ naturalem eiuſdem mobilis aut duos violentos, quorum alter ſit, e regione alterius, facere vnum continuū motum. ¶ Ad nonum principale bene reſpōſum eſt, ꝙ aſcenſus ⁊ deſcenſus differūt ſpecie, ⁊ ideo non continuātur. Tametſi negatur preterea idē eſſe tempus aſcenſus ⁊ deſcenſus ad ſenſum iam expoſitum. In puncto nanqꝫ reflexionis vbi graue proiectum incipit deſcēdere, non ſolum quieſcit per inſtās, ſed per morulā tēporis: eo ꝙ impetus qñ iā nō ſufficit ſurſum moueri, ſufficit nihilominꝰ tantiſp retinere graue. Et ideo nō eſt idē inſtans tpis, continuans tēpꝰ adequatū aſcēſus cum adequato tempore deſcenſus. ¶ Similiter reſpondetur ad replicā. Et enim qñ aliquid incipit moueri ⁊ ceſſante motu, iterū poſt quietē mouetur, licet tempus menſurans ambos motus ⁊ mediam quietem ſit continuum, tamen tempus adequatū prioris motus ⁊ adequatum ſecundi motus non continuantur immediate eodem inſtanti. In quo ſenſu (vt expoſitū eſt) exigitur vnitas temporis ad numeralē vnitatem motus.

Textus. xlviij. Relinquitur igitur qui eſt in contraria &c.

## Quæſtio quarta.

VTRVM MOTVS ILLI ſint contrarij, qui ſunt in terminos contrarios.

A Parte negatiua arguiť primo contra id quod habetur text. ſtatim. 47. ſ. corruptionē vnius termini, ⁊ generationem contrarij nō eſſe duos motus, ſed vnum ſub diuerſis rationibus. Qñ aqua frigida caleſit remiſſio frigoris et intenſio caloris ſunt duo motus realiter diſtinſtincti: nam (vt lib. 3. q. 2. determinatum eſt) intenſio caloris eſt calor ipſe prout eſt in fieri: remiſſio vero frigoris eſt frigus qđ remittitur: ergo corruptio ſm quid frigoris ⁊ gñatio caloris non ſunt idem motus. Et eadē rōne non eſt idē motus qui eſt ex ſanitate ⁊ qui eſt in egritudinē. ¶ Et ꝯfir. Ut 1. de gene. videbimus, ſex ſunt ſpēs motus (includendo mutationem). ſ. motus localis, alteratio, augmētatio, ⁊ diminutio, corruptio, ⁊ gñatio: ergo corruptio ⁊ gñatio ſunt diſtincti motus. ¶ Et cōfir. 2. Qñ ex aere generatur aqua illic ſunt due mutationes diſtincte, dum ex aere fit non aer, et ex non aqua fit aqua: ergo ſunt diſtincti motus. ¶ Scđo principaliter arguiť, ſi motus eſſent contrarij, cōtrarietas eor deberet attendi penes cōtrarietatē tῑorū vel ad quos vel a quibꝰ: neutrū iſtor, ergo. Probať minor aſcēſus lapidis vſqꝫ ad certū pūctū aeris, ⁊ deſcēſus a celo vſqꝫ ad idem punctū ſunt ꝯtrarij, ⁊ tñ tῑus ad quē eſt idē, ergo. Itē deſcēſus ab illo pūcto vſqꝫ ad terrā, ⁊ aſcenſus ab eodē vſqꝫ in celum ſunt ꝯtrarij: ⁊ tñ tῑus a quo eſt idem. ¶ Qđ ſi rñdeas id ipſum punctum fungi vice duorū cōtrariorū, q2 eſt ſurſum reſpectu terre, ⁊ deorſum reſpectu celi, tunc ſeq̄retur ꝙ aſcēſus itidē naturalis aeris vſqꝫ ad ſuū locum naturalē, ⁊ deſcenſus eiuſdē a celo vſqꝫ ad eundē locū eſſent eadē rōne cōtrarij: ꝯñs tñ eſt falſum, nā ambo ſunt ei naturales ⁊ tñ vni elemēto nō videnť cōuenire duo motꝰ cōtrarij: q2 vt hř. 1. de celo, vni corpori ſimplici tm̄ cōpetit vnꝰ motꝰ ſimplex. ¶ Et cōfir. Augmētatio ⁊ diminutio quātitatis ſunt motꝰ cōtrarij: ⁊ tñ tῑi nō ſunt contrarij, q2 quātitati nihil eſt contrariū. ¶ Tertio principalr̄ arguiť. Motibus non cōpetunt proprietates cōtrariorum: contraria enim cōpatiunť ſe in gradibus remiſſis, ⁊ per mutuā actionem ſubiecto ſe eodem expellunt: motꝰ vero ſurſum ⁊ motꝰ deorſum nō poſſunt quoquo mō eſſe ſimul: ſicuti neqꝫ motꝰ ſanationis ⁊ motus egrotationis: neqꝫ motus augmētationis ⁊ motus diminutionis: neqꝫ motus calefactionis, ⁊ frigefactionis: neqꝫ vnus motus expellit alium, ſed vnico motu expellitur vna forma, ⁊ introducitur alia: ergo cōtrarietas nō cōuenit motibꝰ, ſꝫ eor tῑis. ¶ Et poſtremo hec omnia confirmantur. Uni vnum tantum contrarium eſt, vt. 1. de celo, ⁊. 10. meta. ſententia eſt: ergo ſi motus. v. g. calefactionis contrariať motui frigefactionis, non cōtrariatur quieti ſub frigiditate, ⁊ ſi quies ꝯtrariatur motui, quies vna nō contrariatur alteri: cuius contrariū affirmatur text. 54. ¶ In cōtrariū eſt ſentētia Ph. in text. preſenti. 58. vbi ait motus inuicem eſſe contrarios.

Motꝰ ſpē diſ. in triplici dñia.

¶ Inter motus ſpecie differētes, alij ſunt ad inuicē ordinati, alij vero impertinentes: ſed alij ſunt cōtrarij. Eſt. n. dñia ſpecifica motuū veluti genus ad hmōi ſpecies. Motus alterationis ordinať ad gñationē: ⁊ qñqꝫ ad augmentationem: ⁊ aliquando per calefactionem res ſit

 nigra,

nigra,⁊ per frigefactionẽ fit alba, vt patet in car-
bone ⁊ niue. Impertinẽtes vero ſunt, q̃ nec ſequũ-
tur nec cõtrariantur, vt motus naturalis aeris ⁊
motus ignis: ſanatio ⁊ albefactio ⁊ diſciplinatio
⁊c. Alij ſunt cõtrarij de quibus Ph. 5. ⁊ 6. cap. di-
ſputat, ⁊ qͦ preſens mouetur. Quibus autẽ que-
ſtio prima nota eſt, ⁊ hec eſt facilima. Nã vt ſpe-
cies motus, ita ⁊ ↄtrarietas penes t̃ros ad quos
attenditur. Eo vel maxime qͦ in cõmentis adeo
cõtrarietas motuũ expoſita eſt, vt nõ fuiſſet opꝰ
noua qõne, niſi vt eorum epilogum de more face-
remus. ¶ Sed eſt preterea notandum, ꝙ ↄtrarie-
tas accidit ⁊ inter motum, et motum: ⁊ inter mo-
tum ⁊ quietẽ: ac deniq; inter quietẽ ⁊ quietẽ. ¶ Et
tertio rurſus notandũ (vt paulo ante de ſpẽ mo-
tus dicebamus) ꝙ motus dupl'r cõſiderari põt:
nẽpe aut in ratione motus: ⁊ ex hac parte cõtra-
rietas attẽditur penes t̃ros ad quos. Alio mõ cõ-
ſiderat̃ vt res alia quecũq;: et ex hac parte motꝰ
cõtrariant̃ ſm q̃litates quas habẽt ↄtrarias: aut
rõne ꝑncipiorꝶ, aut aliũde: queadmodũ motꝰ na-
turales cõtrariant̃ violentis. ¶ Preterea quarto
ex ſuperioribꝰ memorandũ eſt, ꝙ aliter cẽſet̃ con-
trarietas mutationũ que non ſunt vere motus,
puta vbi t̃ri explicant̃ cõtradictorie: ⁊ aliter con-
trarietas motuũ, vbi ambo t̃ri exprimunt̃ poſiti-
ue cõtrarie. ¶ Quinto ad hec cõſiderandũ eſt ꝙ
mediũ inter duo cõtraria eſt vtriq; quodam mõ
contrariũ: ⁊ ideo exercet vices duorũ cõtrariorꝶ.
¶ Sexto deniq; ex tex. 46. animaduertendum eſt
quinq; modis poſſe contrarietatem motuum ex-
cogitari. Vʒ aut reſpectu eiuſdẽ t̃ri: qui eſt t̃rus
a quo vnius motus ⁊ ad quẽ alterius: aut penes
cõtrarietatem t̃rorꝶ tantũ a quibus: aut penes cõ-
trarietatẽ duntaxat t̃rorꝶ ad quos: aut penes con-
trarietatẽ inter t̃rum ad quẽ vnius et t̃rum a q̃
alterius: aut deniq; penes ambas contrarieta-
tes. ſ. ⁊ t̃rorũ a quibus ⁊ t̃rorũ ad quos. ¶ Hinc pa-
lam fit, ꝙ non eſt hic mẽtio de cõtrarietate termi-
norũ, vt quidã abſq; vlla probabilitate opinant̃.
Nam cõtrarietas formal'r nõ eſt, niſi in rebus: et
inde t̃ri ſunt contrarij, quia ſignificantes res cõ-
trarias. Quis enĩ in re phyſica, vbi de rebus agi-
tur. ſ. cũ de contrarietate ſanitatis ⁊ egritudinis,
motuumve ſanationis et egrotationis diſputa-
tur: vel cum audierit contraria contrarijs cura-
ri, aut contraria non poſſe eſſe ſimul ⁊c. quis inq̃
audeat terminis hec aſſcribere.

Conclu. 1. ¶ His ceù fundamentis ſuppoſi-
tis, ſententia Ph. decẽ concluſionibus ſummat̃.
Prima eſt in tex. 47. Cõtrarietas nullatenus attẽ-
ditur quarto mõ. Probat̃. Motꝰ quorꝶ t̃rus a quo
vnius ⁊ t̃rus ad quem alterius ſunt cõtrarij, ſunt
realiter idem, ſola ratione differentes: ergo non
ſunt contrarij. Conſequentia eſt nota: q2 motus
cõtrarij ſibi inuicẽ repugnãt: ⁊ añs per ſe patet.
Idẽ enĩ motus eſt ex ſanitate, qui eſt in egritudi-
nem, vt cum itur Thebis Athenas, idem eſt rece-
dere Thebis, quod accedere Athenas. Tametſi
ratione differant: eo ꝙ recedere dicit reſpectum
ad t̃rum a quo, ⁊ accedere dicit reſpectum ad ter-
minum ad quem. Quin immo lib. 6. text. 40. dicit
Ph. ꝙ prius natura in intẽtione motoris eſt acq̃-
rere terminum ad quem, q̃ʒ relinquere t̃rum a q̃.
Etenim quia qui tendit Athenas, relinquit The-
bas. Equa ratione idem eſt moueri in nigrum,
quod recedere ab albo. Niſi ꝙ reſpectu nigredi-
nis eſt generatio: et reſpectu albedinis, corru-
ptio: iuxta illud. 1. de gene. tex. 17. Corruptio vniꝰ
eſt gñatio alterius. ¶ At vero argumentum pro-
fecto primũ a parte negatiua q̃ſtionis moleſtum
eſt aduerſus probationẽ huius ↄcluſionis, qua-
tenus aſſumit deperditionẽ vnius forme, ⁊ acqui-
ſitionẽ ↄtrarie eſſe realiter vnicũ motum. Adeo,
vt non ſolũ Buridanũ coegerit in contrariã ſen-
tentiam, verum ⁊ Pau. Vene. alioſq; Italos du-
bios de hac re fecerit. Et certe habet magnam
probabilitatẽ. Nam perditio frigiditatis eſt via
ab eſſe ad non eſſe: acquiſitio vero caloris eſt via
a nõ eſſe ad eſſe. Et in motibus anime vr̃ aliam eſ-
ſe corruptionẽ diſſenſus, ⁊ aliam acquiſitionem
aſſenſus. Vnde gloſſant Phum, ꝙ ſolum intelli-
gat acquiſitionẽ albedinis, ⁊ deperditionẽ nigre-
dinis eſſe idem ſubiecto: q2. ſ. ſimul cõcurrunt in
eodẽ ſubiecto. ¶ Vtrũ gloſſa hec textui non cõpe-
tit. Ariſto. enim nunq̃ʒ diceret ꝙ albedo ⁊ vt dul-
cedo lactis ſunt eadem res, licet ſint in eodẽ ſub-
iecto. Qñ enim dicit aliqua eſſe idẽ ⁊ ratione di-
uerſa, ſemp ſignificat idẽtitatem realem inter il-
la: ſicut dixit lib. 1. de materia ⁊ priuatione. ¶ Et
preterea in cõmuni mõ concipiendi, qñ aqua ca-
leſit, nullus diceret ꝙ mouetur, niſi vnico motu:
quia. ſ. mutatur de frigida in calidam. Item per
motum localem debemus de alijs iudicare: ſed
in motu locali receſſus a t̃ro a quo, ⁊ acceſſus ad
terminũ ad quẽ non ſunt duo, ſed vnicus motus:
ergo neq; in alijs. ¶ Paulus fatet̃ opinionem hãc
eſſe Ariſto. ⁊ Cõmenta. Et eſt preterea S. Thom.
de veritate. q. 28. art. 1. vbi expreſſe ait eundẽ mo-
tum eſſe quo album abijcitur ⁊ nigrum acquiri-
tur. Solutio vero Pauli ⁊ aliorum ad argumen-
tum in contrariũ eſt, ꝙ ſunt duo motus materia-
liter. i. due forme, quarũ vna expellitur ⁊ alia in-
troducitur: ſed tñ eſt vnus motus formaliter. i.
vnus fluxus. At ſemper eſt ſub nube quomodo
deperditio et acquiſitio ſunt vnus fluxus. ¶ Igi- Rñſio.
tur (ni fallor) dicendum eſt, ꝙ motus nec ſolũ di-
cit acquiſitionem nec ſolam deperditionem, ſed
amplectitur vtrunq;. ſ. receſſum ab vno ⁊ acceſ-
ſum ad aliud. Hoc eſt enim quod docuit Ph. lib.
5. tex. 9. ⁊ quod hic tex. 40. ⁊ ſepe repetit. ſ. ꝙ motꝰ
eſt a quodam in quiddam. i. inter duos poſiti-
uos terminos. Vnde ad formam argumenti ne-
gatur ꝙ deperditio frigiditatis, et acquiſitio ca-
loris ſint duo motus: ſʒ ſunt vnus includẽs duas
mutationes. Mutatio enim (vt ex principio lib. 5.
conſtat) eſt quando exprimitur contradictorie
terminis affirmato et negato: motꝰ vero, quãdo
exprimitur contrarie vtroq; termino affirmato.
Deperditio ergo frigiditatis, que eſt ab eſſe ad
non eſſe, eſt alia mutatio, q̃ʒ acquiſitio caloris,
que eſt a non eſſe ad eſſe: quia materialiter (vt
probat argumentum) ſunt due qualitates: ſed ta-
men deperditio qualitatis, quando exprimitur
per motum, non eſt ab eſſe frigidi ad non eſſe fri-
gidũ, ſed ad eſſe calidũ: q2 deperditio illa termi-
natur ad calorẽ: et pariter acquiſitio caloris non
proficiſcitur a nõ eſſe caloris, ſed ab eſſe frigidi.
Debent. n. termini explicari in concreto, potius
q̃ʒ in abſtracto. Eſt ergo vnus motus a frigido in
calidũ, includẽs duas mutationes. Sicut elõga-
ri a Thebis eſt accedere Athenas: ⁊ elongatũ eſ-
ſe a Thebis, eſt perueniſſe Athenas, vt habetur
expreſſe



expreſſe lib. 6. tex. 40. ¶ Et per hec patet reſponſio
ad confirmationem vtrãq;. Corruptio enim ⁊ ge-
neratio ponunt̃ diuerſe ſpẽs, nõ quidem motus,
ſed mutationis: q2 corruptio eſt ab eſſe ad non eſ-
ſe: generatio vero, a non eſſe ad eſſe. At, q2 natu-
raliter corruptio trahitur ad rem de nouo geni-
tam, ait Phi. ꝙ corruptio vniꝰ eſt generatio al-
terius. ¶ Eadem ſolutio eſt ad quoddã argumen-
tũ, quo nõnulli exiſtimãt conuincere deperditio-
nem frigiditatis aliũ eſſe motũ ab acquiſitione
caloris. Nam põt (inquiũt) eſſe vnus motus ſine
alio. Primo ſupernaturaliter põt Deus remitte-
re ⁊ corrũpere frigiditatẽ ſucceſſiue, vbi nullus
producatur calor: ⁊ rurſus producere calorem,
vbi nulla corrũpatur frigiditas. Itẽ qñ mixtum
conficitur immediate ex elementis, qualitates
ſecunde (vt albedo et dulcedo) producuntur in
mixto, non per corruptionem contrarij, q2 nigre-
do nulla eſt in elementis. Et pariter ſi mixtum re-
ſoluatur immediate in elementa, corrũpũtur di-
cte qualitates ⁊ non per productionem contra-
rij. Reſpondetur (inq̃) ꝙ huiuſmodi deperditio-
nes ⁊ acquiſitiones non ſunt motus: cum perdi-
tio vnius non terminetur in acquiſitionẽ cõtra-
rij: ſed ſunt mutationes inter eſſe ⁊ non eſſe.

Conclu. 2. ¶ Secunda concluſio eſt in eodẽ
tex. 47. qua reſpondetur ad queſtionẽ. Cõtrarie-
tas motuũ non attenditur per ſe primo, iuxta ſe-
cundũ modũ, penes contrarietatẽ t̃rorũ a quibꝰ,
ſed iuxta tertium, penes contrarietatem t̃rorum
ad quos: cõſequutiue tñ penes contrarietatẽ ter-
minorum a quibus. Priores duas partes probat
tribus rationibus. Prima: q2 nonnunq̃ʒ motus a
terminis contrarijs tendit in eundẽ terminum
(vt motus ab albo in fuſcũ, ⁊ a nigro in fuſcũ) qui
per ↄñs, vident̃ nõ eſſe contrarij. Hanc veruntã-
men argumentationis gratia refert: quam infe-
rius text. 52. diſſoluit. ¶ Secunda ratio eſt huiuſ-
modi. Rerũ cõtrarietas attẽditur penes formas
quibus ſunt in actu: nam potẽtia calidũ, ⁊ poten-
tia frigidum non contrariãtur, cum ſimul ſint in
eodẽ. Sed actu calidum, ⁊ actu frigidum contra-
ria ſunt: at actus motuũ proprij, ſunt termini ad
quos (ſimul enĩ acquiritur motꝰ ⁊ t̃rus) ergo pe-
nes illos attẽdit̃ ꝑ ſe primo ↄtrarietas. Tertia rõ
eodẽ tẽdit: nã cũ ſpecies motꝰ attẽdat̃ penes ter-
minũ ad quẽ, contrarietas vero ſit proprie inter
duas ſpecies, penes eoſdem t̃ros attenditur con-
trarietas. ¶ Tertiã partem concluſionis inſinuat
tex. 48. vbi ait ꝙ forſitã idem ſunt motus in con-
traria (qui eſt primꝰ modus) ⁊ ex cõtrarijs in con-
traria qui eſt quintꝰ. Si enĩ termini ad quos ſunt
cõtrarij, conſequitur vt termini a quibus ſaltem
per ſe primi, ſint contrarij. Vnde idem ſunt mo-
tus in ſanitatem ⁊ in egritudinẽ, qui ſunt ex egri-
tudine in ſanitatem, ⁊ ex ſanitate in egritudinẽ.
Dixerim, per ſe primi, quia motus qui eſt ex fu-
ſco in album, ⁊ motus qui eſt ex fuſco in nigrum,
quãuis formaliter non videantur eſſe ex termi-
nis contrarijs, ſunt tamen ex contrarijs, vt con-
cluſione quinta patebit.

Conclu. 3. ¶ Hinc ſequitur cõcluſio tertia
que eſt in tex. 51. Quando termini a quibꝰ nõ ex-
primuntur poſitiue, tunc, q2 non eſt motus, ſed
mutatio, cõtrarietas attenditur, iuxta tertiũ mo-
dum, penes ſolos terminos ad quos: ⁊ hoc mo-
do contrariantur motus ex non albo in album, ⁊
ex non nigro in nigrum. Qͦ ſi arguas eoſdem eſ-
ſe motus ex non albo in album ⁊ ex non nigro in
nigrũ, qui ſunt ex nigro vel medio colore colora-
to in albũ, ⁊ ex albo vel medio colore colorato in
nigrum: ergo ſicut iſti ſecundi ſunt ex cõtrarijs
in contraria, ita ⁊ primi. Reſpõdetur ꝙ non ſunt
idem: nam non album ⁊ nigrum, licet quandoq;
ſint idem, tamen ratione differunt. Qua de cau-
ſa non album negatiue ſupponit pro angelo, pro
quo non ſupponit nigrum: et ſi accipiatur priua-
tiue: de ſe nihil dicit, niſi priuationem albedinis
cum aptitudine ad illam. Et ideo termini a qui-
bus in primis motibus, vt non ſunt poſitiui, ita
nec ſunt contrarij. ¶ Quarta concluſio eſt in eo- Cõclu. 4.
dem tex. 51. Mutationes inter t̃ros quorũ non eſt
medium, ſolum cõtrariantur, iuxta primum mo-
dum, penes eundẽ terminũ, qui vnius eſt termi-
nus ad quẽ, ⁊ alterius eſt, terminus a quo, vt ge-
neratio aeris, ⁊ corruptio eiuſdẽ. Ratio eſt, q2 ter-
minus ad quẽ corruptionis eſt nõ eſſe: qui pro-
prie nulli ↄtrariat̃. Vñ contrarietas hic ſumit̃ ex
modo diuerſo ipſius motus: q2 vnꝰ eſt acceſſus,
⁊ alius receſſus. ¶ Quinta concluſio. Contrarie- 5. Concluſ.
tas motuum qui ſunt, vel ab extremis ad media,
vel a medijs, ad extrema, attẽdit̃ per ſe primo pe-
nes contrarietatẽ terminorum ad quos, ⁊ conſe-
cutiue, penes cõtrarietatem terminorum a qui-
bus: inſtar motuum, qui ſunt a cõtrarijs in cõtra-
ria. Imo eodem modo cenſetur. Concluſio eſt in
tex. 52. quam hac ratione probat. Medium vtriq;
extremorum, eſt quodã modo contrarium: vt fu-
ſcum, eſt album reſpectu nigri, ⁊ nigrum, reſpe-
ctu albi. Quare motus ab albo in fuſcum, ⁊ a ni-
gro in fuſcum, vt ſunt a terminis contrarijs, ita
ſunt ⁊ ad terminos quodã modo contrarios. Eſt
enim fuſcũ, quodã modo contrarium ſibi. Et ea-
dẽ ratione motus a fuſco in album, ⁊ motus a fu-
ſco in nigrũ, ſunt cõtrarij. Et vt ſunt ad t̃ros con-
trarios, ita quodã modo ſunt ⁊ a terminis cõtra-
rijs. Et per hec reſpõdet eodem text. Ph. rationi
prime, quam pro ſecunda concluſione formaue-
rat. Reſpondet (inquam) ꝙ motus ab albo in fu-
ſcum, ⁊ motus a nigro in fuſcum, non ſolum ſunt
contrarij ratione terminorum a quibus, vt ratio
pretendebat, ſed propter contrarietatem termi-
norum ad quos. ¶ Et cõfirmatur. Huius motus,
qui eſt ab albo in fuſcum, terminus ad quem, vl-
timus eſt nigrum: ⁊ eius motus qui eſt a nigro
in fuſcũ, vltimus t̃rus, eſt album: ergo motus illi
in terminos finaliter tendunt formaliter cõtra-
rios. Et eadem ratione huius motus, qui eſt a fu-
ſco in album, terminꝰ a quo primus eſt nigrum,
⁊ motus qui eſt a fuſco in nigrũ, terminus a quo
primus eſt album: ergo queadmodũ motus ab
albo in nigrũ contrarius eſt motui, qui eſt a ni-
gro in album, ita motus ab albo in fuſcum, con-
trarius eſt motui a nigro in fuſcum. Immo vero
motus quilibet a medio colore, ad alium mediũ,
ſi terminus a quo participat plus de albedine,
q̃ʒ terminus ad quem, contrarius eſt motui, vbi
terminus a quo participat plus de nigredine.
¶ Eadem analogia dicitur de motibus intenſio-
nis ⁊ remiſſionis. Intẽſio nãq; ab vno gradu ad
duos, contraria eſt remiſſioni, a tribus ad duos
quoniam duo reſpectu vnius eſt maior gradus:

⁊ reſpectu triũ, eſt minor. Et idem eſt de augmẽto ⁊ decremento quantitatis. Inſtar eorum que de differentia ſpecifica dicta ſunt. ¶ Ad eandẽ normam exigenda eſt contrarietas motuum, ſecundum locum. Cum enim concauum lune, ⁊ centrũ terre ſint extreme differentie totius latitudinis motuum rectorum, qui conueniunt elemẽtis: vt lib. 4. text. 42. viſum eſt, omnes motus recti, ſiue naturales, ſiue violenti, qui tendunt verſus concauũ lune, vndecunq; incipiãt, ⁊ quocũq; terminentur, contrarij ſunt eis, qui tendunt in centrũ. Etenim ſi motus a celo, in centrum contrarius eſt ei, qui a cẽtro eſt vſq; ad celum, quelibet pars vnius cuilibet alterius eſt contraria. ¶ Quo fit vt deſcenſus terre per noſtrum hemiſpheriũ cõtrarius ſit aſcẽſui ignis, per aliud hemiſpheriũ. Ex quo ſequitur ꝙ ſtat lapidem aſcẽdere, ⁊ ignẽ eque velociter ſimul aſcendere, ⁊ tamen ſemper equaliter diſtare. Ut ſi quando lapis incipit deſcendere a cõcauo lune, vbi eſt zenith noſtrum, ignis incipiat a centro terre aſcendere per alterum hemiſpherium, verſus zenith antipodum. ¶ Motꝰ vero circularis ⁊ rectꝰ, nullo modo ſunt contrarij, vt deſcenſus per chordam, ⁊ aſcenſus, per arcum: quia aſcenſus ille, non eſt ſimpliciter aſcenſus, cum non recta tendat in celum. Unde (vt Ariſto. docet. 1. de celo) motus circularis, nulli motui eſt contrarius. Niſi quodam modo ſm partes: vt motus planetarum ab oriente in occidentem contrarius ſit motui primi mobilis, ab oriente in occidentem. Sed de hoc alias. ¶ Reſurgit hinc verũtamen argumentum, ꝙ ſi aſcenſus per arcum, ⁊ deſcenſus per chordã, non ſunt contrarij, eo ꝙ fiunt per diuerſa media, neq; dealbatio que fit a nigro per rubeum, ⁊ denigratio que fit ab albo per aliud medium: ſcilicet per viride, erunt contrarie, cuius contrarium iam mõ dicebamꝰ. Huic tñ q̃ſtione prima reſpõſum eſt, non eſſe parẽ rationẽ: q: in motu locali linea cirlaris nõ tẽdit per ſe in eundẽ tr̃um, quo tendit linea recta: ⁊ ideo nec ſi ambo ſint aſcenſus, ſunt eiuſdem ſpeciei, nec proinde aſcenſus ⁊ deſcenſus, ſunt contrarij. In alteratione vero quicũq; motus proficiſcitur ab albo, quacũq; procedat, pergit per ſe in nigrum: ⁊ ideo oẽs ſunt eiuſdem ſpeciei: atq; adeo cõtrarij illis: qui a nigro proficiſcuntur in album.
Ad. 2. p̃nc. ¶ Ex his manifeſta eſt ſolutio ſecũdi argumenti principalis. Aſcẽſus enim lapidis vſq; ad aerem, ⁊ deſcenſus eiuſdẽ vſq; ad idem punctũ ad tr̃os ſunt contrarios. Nõ ſolum q: illud punctum reſpectu terre eſt ſurſum, ⁊ reſpectu celi deorſum, ſed quia tr̃us vltimus illius aſcenſus eſt concauum lune, ⁊ terminus vltimꝰ deſcenſus eſt centrũ terre. ¶ At vero replica non nihil habet difficultatis, an idem iudiciũ ſit de aſcẽſu aeris a terra vſq; ad ſuũ locum naturalẽ, ⁊ de deſcẽſu a celo vſq; ad eundẽ locum. Cui nõ ab re forte reſpondendũ arbitror ſub diſtinctione. Nempe ꝙ ſi motus accipiatur in genere ſub ratione motus, illi ſunt ex forma ſua cõtrarij: quippe cũ ſint aſcẽſus ⁊ deſcenſus. Si tñ accipiantur particulariter quatenus motus ſunt naturales aeris, non ſunt cõtrarij, cum ſint ad eundẽ tr̃um naturalẽ, ⁊ ab eodẽ principio intrinſeco. Et ad argumẽtũ r̃ndet, ꝙ licet pũctũ in conuexo aeris reſpectu terre ſit ſurſum ⁊ reſpectu ignis deorſum ad regulãdũ motꝰ terre ⁊ ignis tam naturales q̃ violentos, tñ reſpectu aeris: q: eſt eius locus naturalis, vndecunq; illuc aer feratur, non cẽſent motus cõtrarij reſpectu aeris: ſed tñ motus violenti aeris quorũ alter eſt verſus celũ ⁊ alter verſus terrã cõtrarij quidẽ ſunt: q: termini ad quos ſunt cõtrarij. Immo ⁊ tr̃i a quibus: nam cum illi motus ſint violenti, tr̃us a quo per ſe primus nõ eſt locus naturalis aeris, ſed tr̃us aſcẽſus eſt cẽtrum terre ⁊ terminus deſcẽſus cõcauum lune. ¶ Hinc ſequitur ꝙ deſcenſus aeris a celo vſq; ad aerem cõtrarius eſt eius deſcẽſui inde vſq; ad cẽtrũ terre. Et hoc eſt teſtimonium q̃d nõ eſt cõtrarius aſcẽſui eiuſdẽ a centro terre: alias idẽ motꝰ eſſet cõtrarius duobus motibus cõtrarijs. ¶ Ad confirmationẽ negatur, ꝙ augmẽtatio ⁊ diminutio non ſunt termini contrarij: iam eñ ſupra. q. 1. dictum eſt q̃ñ contrarietas ſufficiens ad rõnẽ motus reperit̃ in quãtitate. Qñ inter excellentiã quantitatis (que eſt tr̃us ad quem augmẽtationis) ⁊ defectum eiuſdẽ (que eſt terminus ad quẽ diminutionis) eſt contrarietas ſufficiens ad cõtrarietatem motus. Et eadem eſt ratio de maiori ⁊ de minori gradu, qui ſunt termini ad quos in intenſione ⁊ remiſſione qualitatis.

## ¶ Sexta concluſio eſt in tex. 54. Conclu. 6.

Motus omnis cõtrarius eſt quieti: non illi q̃ eſt ſub tr̃o ad quẽ, ſed illi potius que eſt ſub termino a quo, vt motus ſurſum, cõtrarius eſt quieti que eſt deorſum: ⁊ motꝰ calefactionis, cõtrarius eſt quieti que eſt ſub frigiditate. Probatur. Motus contrariatur quieti, ⁊ non quieti alterius generis, ergo vel illi que eſt in tr̃o ad quẽ, vel illi que eſt in tr̃o a quo: non illi: ergo huic. Maior patet: Motus ⁊ quies opponunt̃ priuatiue: Nam quies eſt neceſſario a motu: que eñ non ſunt apta moueri, ea non proprie quieſcunt, vt text. 20. docuit Ph. hanc autẽ priuatiuã oppoſitionẽ vocat hic Ph. contrarietatẽ. Q̃d ergo non opponat̃ quieti alterius generis (vt q̃d motus dealbationis nõ opponatur quieti in ſanitate) patet q: contraria debent eſſe eiuſdẽ gñis: tenebre enim, que ſunt priuatio luminis, non opponunt̃ viſui. Q̃d autẽ nõ opponat̃ q̃eti ſub tr̃o ad quẽ (vt ꝙ calefactio nõ ↄtrariet̃ huic q̃d eſt calidũ eſſe) patet q: ↄtraria non ſimul acquirũtur, ſed q̃ñ vnũ acquiritur alterum deperditur: at vero motus ⁊ terminus ad quem ſimul acquiruntur: idem enim eſt calefactionẽ fieri ⁊ calidum fieri. Colligitur ergo vt motus contrariet̃ quieti ſub termino a quo: que expellitur per motum. Nihilominus tamen negandũ non eſt quodã modo etiã cõtrariari quieti ſub tr̃o ad quẽ, ea rõne qua ſimul eſſe repugnãt motus ⁊ hmõi quies. ¶ Septima concluſio eſt in eodem tex. Quies ſub termino a quo, contrariatur quieti ſub termino ad quem, vt frigidum calido. Hec per ſe nota eſt, poſtq̃ penes hanc contrarietatem attenditur contrarietas motuum. Conclu. 7.
Sed probat nihilominꝰ aliter a permutata proportione. Sicut calefactio opponitur quieti ſub frigiditate, ita frigefactio quieti ſub caliditate: ergo ſicut calefactio opponit̃ frigefactioni, ita ⁊ eſſe frigidum huic quod eſt eſſe calidum. Nam ſi ſicut ſe habent ſex ad tria, ſe habent quatuor ad duo: ſicut ſe habent ſex ad quatuor, ſe habent tria ad duo. ¶ Octaua concluſio eſt in tex. 62. Maior contrarietas eſt inter duos motus, q̃ inter Conclu. 8.
motum ⁊ quietem. Patet, quia motus contrarij ſub nullo gradu poſſunt eſſe ſimul: motꝰ vero calefactionis ſimul eſt cum frigiditate ſub gradu
Conclu. 9. remiſſio. ¶ Nona concluſio in text. 52. ⁊ in ſequentibus. Motus omnis violentus contrarius eſt motui omni naturali, ſiue eiuſdem rei ſiue alterius: ⁊ pariter quies naturalis cõtraria eſt quieti violente: vt habetur tex. 60. Probatur, nam preter contrarietatem motuum, que illis conuenit inquãtum ſunt motus (.ſ. ex parte terminorum) accidit illis iſta contrarietas ex qualitate principiorum: quia naturalis eſt a principio intrinſeco, violẽta vero a principio extrinſeco. Unde motus violentus lapidis ſurſum, contrariatur motui naturali ignis: ⁊ motus naturalis terre, motui violento ignis deorſum: ⁊ quies violenta terre ſurſum, cõtrariatur quieti naturali terre deor
Cõcluſ. 10. ſum. ¶ Cetera in commentis late patent, ſi modo ex dictis hanc decimam concluſionem elicuerimus. Unum opponitur multis: atq; adeo multis modis ⁊ rationibus: ſiue motum motibus cõferas: ſiue motum quietibus: ſiue quietem quietibus. Exempli gratia. Motus naturalis ignis cõtrariatur primum motui naturali terre, per ſecũdam concluſionem: mox eadem ratione violẽto motui deorſum eiuſdem ignis: deinde motui violento terre ſurſum, per nonam cõcluſionem: preterea quieti in centro terre, per ſextã: immo quodam modo quieti in concauo. Et pariter motus naturalis terre contrariatur ſuo violento, ⁊ violento igni: ⁊ quieti in cõcauo lune. Rurſus quies ſub frigiditate cõtrariatur motui calefactionis ⁊ quieti ſub calore ⁊c.
Ad. 3. p̃nc. ¶ Unde ad tertium principale argumentum reſpondetur, ꝙ compati ſe in gradibus remiſſis, non eſt conditio que conuenit qualitatibus contrarijs, eo ſolum ꝙ ſunt contrarie: ſed quia ſunt contraria intenſibilia ⁊ remiſſibilia. Et ideo quãuis motus calefactionis ⁊ frigefactionis non ſe compatiantur, nihil minꝰ habent de ratione contrarietatis. Quin vero (vt in octaua concluſione ex tex. 62. dicebamus) propterea motus calefactionis magis contrariatur motui frigefactionis q̃ quieti ſub frigiditate, q: ille motus compatitur ſecum frigiditatẽ remiſſam, non tamen alium motum.
Ad cõfir. ¶ Ad confirmationem reſpondetur, ꝙ vnum ſub vna ratione ⁊ vno modo non contrariatur, niſi vni: ſub diuerſis vero nihil vetat contrariari pluribus, vt motus ignis, quatenus eſt ſurſum, contrariatur omnibus motibus qui fiũt deorſum: licet illi deorſum poſſint alia ratione eſſe contrarij: vt motus violentus eiuſdem ignis et naturalis terre, eo quod vnus eſt a principio extrinſeco, ⁊ alter a principio intrinſeco.



Finis quinti Phyſicorum.

# Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper ſextum Phyſicorum Ariſtotelis Quæſtiones.

Textus.j.Impoſsibile eſt &c.

## Quæſtio prima.

VTRVM CONTINVVM componatur ex indiuiſibilibus.

IN ſex partes in initio cōmētorum, ſextum hūc librum partiti ſumꝰ. In quarum prima, in duobus.ſ.prioribus capitulis, nihil aliud Phi. demonſtrare perſeuerat q̃ꝫ ꝙ continuum impoſſibile eſt ex indiuiſibilibus componi: ſed omne eſſe diuiſibile in ſemper diuiſibilia. De quo proinde primam hanc ſummouimus queſtionem. Pro cuius parte affirmatiua arguitur primo. Idem eſt punctum in continuo, quod eſt in numero vnitas, vt habetur.1. Top. cap.14. ſed numerus componitur ex vnitatibus, quia (vt eſt.1. de anima. textu.68.) additione ſubtractioneq; vnitatis variatᷓ numerus: ergo ⁊ continuum componitᷓ ex punctis: ſed tam punctum q̃ꝫ vnitas eſt indiuiſibile, vt habetur.5. meta.text.12. ergo continuum componitur ex indiuiſibilibus. ¶ Secūdo principaliter arguitur. Poſſibile eſt cōtinuum in omnē ſuam partem eſſe diuiſum: ergo continuum componitur ex indiuiſibilibus. Cōſequētia eſt manifeſta: nam teſte hic Ariſto.tex.3. vnūquodq; reſoluitᷓ in ea ex quibus componitur: ⁊ ſi continuū ſit diuiſum in omnē ſuam partem, neceſſe eſt partes illas eſſe iam tunc indiuiſibiles. Sed probatur antecedens. Deꝰ intuitiue cognoſcit ſingula pūcta atq; adeo ſingulas partes ⁊ partium particulas continui: ergo quēadmodum ipſe cognoſcit, poteſt ꝑ ſuā abſolutā potentiam diuidere per partes proportionales hore (vt dicunt) prius in duas medietates, mox in quatuor quartas, deinde in octo octauas ⁊c. Siquidem nulla eſt apparētior repugnātia, vt re ſint diuiſe, q̃ꝫ intuitu diuino. ¶ Et confir. Si ignis poneretur in cētro terre, quia nulla eſt tunc maior ratio cur hac q̃ꝫ illac aſcendat, diuideretur in omnem partem vt ſpherice per omnes lineas aſcendat. Item ſi vniforme vitrum planū ponatur ſuper planiſſimum lapidē, magnaq; itidem planiſſima moles deſuper cadat, in omnem ſuam partem vitrum contereret. Item ſi aqua, qua vitrum vndiq; obtruſum plenum eſt, congeletᷓ, tunc vitrum in omnem ſuam partē erit comminutum: ergo. ¶ Alia ſunt alius gn̄is argumēta, que Greg. ⁊ ſophiſte cōfarciūt. Tertio ergo principaliter arguitᷓ. Signato primo pūcto. A. extrinſece terminatiuo linee, aut inter. A. ⁊ quodlibet punctū eiuſdē linee mediat pūctū, aut nō. Primū nō eſt dictu ꝓbabile: nā ante qđlibet pūctū intrinſecum huiꝰ linee nullū eſſe vr̄ prer. A. ⁊ ꝑ ꝯn̄s inter A. ⁊ qđlibet aliud nullū mediabitᷓ. Si vero inter A. ⁊ qđlibet nullū mediat, ꝯn̄s eſſe vr̄, vt ſint duo pūcta immediata. Vn̄ ilico ſubſequitᷓ cōtinuū ex pūctis cōponi. ¶ Atqui acutius ſit argm̄, ſi dicas. Inter. A. ⁊ oīa collectiue intrinſeca puncta nullū mediat: ergo dantᷓ duo imediate: ⁊ ꝑ ꝯn̄s cōtinuū componitᷓ ex indiuiſibilibus. ¶ Quarto ſi libet, alio mō arguere quis poterit. Si oīs pars cōtinui eſſet diuiſibilis, ſequeretᷓ qđ quacūq; parte cōtinui daretᷓ pars minor: que tn̄ neq; eſſet minor quacūq;, nec quacūq; minor. Et ꝓbatur. Hec reducitᷓ ad copulatiuā cuius vtraq; pars eſt vera. Prima nāq; pars manifeſta eſt, q: quacūq; parte cōtinui medietas eius eſt minor: ⁊ ſcđa etiā pars probatur: q: nulla eſt pars minor ſua medietate: ⁊ per ꝯn̄s nulla eſt pars quacunq; minor. Et ſimile eſt argumentum ꝙ quacunq; parte continui aliqua eſt maior: que tn̄ non eſt quacunq; maior.

¶ Duo ſunt termini in titulo q̄ſtionis: videlicet, continuum, ⁊, indiuiſibile. Continua (vt lib.5.text.26. prehabitum eſt) ſunt illa, quorum vltima ſunt vnum, vt lignum, lapis ⁊c. Indiuiſibile multis modis dicitur: vno modo vt non dicat negationem partium: ſed potentie naturalis, ad hoc vt diuidatur. Quēadmodum celum poteſt, vt incorruptibile, ita dici indiuiſibile. Et minimū naturale diceretur etiam hoc modo indiuiſibile in partes ſeorſum per ſe exiſtentes. Quēadmodum Anaxagoras forte, et Democritus ponebant ſuas atomos indiuiſibiles. Et hoc modo nō accipitur hic indiuiſibile. Alio modo accipitur vt dicat negationem partiū. Et hoc dupliciter, vno modo, vt dicit, quid ſpirituale et ſeparatum a materia, vt eſt angelus: vel eſto ſit in materia tanq̃ actus eius, non tamē habet poſitionem in cōtinuo, vt anima rationalis que eſt tota in qualibet parte. Vnde qui arguit cōtra cōcluſionem ꝙ propoſitio mētalis cōponitᷓ ex indiuiſibilibꝰ ⁊ homo ex materia ⁊ ex indiuiſibili forma, nihil ad rem affert: quia neq; oratio eſt continuum, neq; anima dr̄ continuari materie quā informat: q: non vniuntur ꝑ in extenſionem vt loco ſituq; diſtent. Et alio mō accipitur pro illo qđ eſt principiū quātitatis habens poſitionem in continuo. Vt pūcta quibus partes quantitatis cōtinuantur, aut terminātur. Et hoc mō accipitur in preſentia. Neq; vero hic locus eſt, neq; nobis eſt animus diſputādi an dentur iſta indiuiſibilia in rei veritate diſtincta: nempe an ſuꝑficies diſtinguatᷓ a corpore, aut linea a ſuperficie, aut pūctū a linea. Arbitror me nāq; pro rei ſatis dignitate de hoc dixiſſe in predicamentis. cap. de quantitate. Vbi probabilius exiſtimauimus res eſſe diſtinctas. Eis veruntamen qui in contraria fuerint opinione, loquēdū nihilominꝰ eſt hic claritatis

Indiuiſibile multiciter.



gratia, ac ſi eſſent res diſtincte. ¶ Eſt preterea cōſiderandum ꝙ predeceſſores Ariſto. multi crediderunt rē componi ex indiuiſibilibus vt Zeno, ac ſubinde Stoici: eratq; ſuo tempore opinio celebris. Qua de cauſa plus forte iuſto prolixus fuit Ph. in extirpanda hac opinione. Adeo vt ferme totum lib.6. in hoc loco conſtituerit.

Cōcluſio. ¶ Sunt ergo in duobꝰ primis capitulis (que prima pars ſunt huius libri) tres cōcluſiones. Prima eſt negatiua queſtionis in tex.1. Impoſſibile eſt continuū ex indiuiſibilibus eſſe. vt lineam ex punctis. Hāc cōcluſionē probat Ph. ferme duobus totis capitulis ſex ratiōibus. Quibus alias nos quatuor adhibere poſſumus: vt ſint oēs numero decem. Et rationes quidē Ph. in cōmentis ſunt ſatis expoſite: ſed nō erit abs re eas in ſummam redigere.

Ratio.1. ¶ Prima eſt in eodē tex. ex diffinitione cōtinui que eſt a priori. Continua ſunt quorū vltima ſunt vnum: ſed indiuiſibile non habet vltimum (quia vltimum dicit reſpectū ad aliam partem, que non eſt vltima) ergo indiuiſibilia cōtinua eſſe non poſſunt. Palam ſignificat hic Ph. punctum indiuiſibile, eſſe vltimum terminū linee. Nam qui tenentᷓ quantitatem non diſtingui a re quanta, nō dant vltimum alicuius continui, quod ſecundum ſe totū ſit vltimū: quia quacūq; parte vltima data, adhuc medietas illius prima, non eſt vltima. Ph. tamē vult hic ꝙ detur vnum vltimum ſecundū ſe totum diſtinctū ab illo quod non eſt vltimū. Et id non poteſt eſſe, niſi aut punctum in linea aut linea in ſuperficie, aut ſuperficies in corpore. Non ꝙ punctū ſit pars linee: ſed ꝙ ſit vltimus terminus linee. Eadē rōne progreditur. Ph. probare ꝙ indiuiſibilia non poſſunt eſſe contigua: quia non habent vltima que ſint ſimul.

Ratio.2. ¶ Secūda ratio ⁊ quidē ſubtilis eſt in text.2. Continua nō debent ſe tangere ſecundū ſe tota: ſed ſolum ſecundum eorū vltima: at indiuiſibilia non poſſunt ſe tangere ſecundum vltima, ſed ſecundum ſe tota: ergo, continua eſſe non poſſunt. Maior exponitur ſic. Si medietas mea ſuperior tangeret inferiorem ſecundum ſe totam, tunc penetratiue ſe haberent: et per conſequens nō occuparent maiorem locum, quam ſola medietas. Neq; proinde facerent continuū neq; vnum maius: ſed haberent ſe quantū ad hoc, ſicut materia et forma lapidis. Et ſi tres quarte ſuperiores penetratiue ſe haberēt cū intima quarta, nō occuparēt niſi locū vnius quarte: ergo vt omnes quarte faciāt vnū cōtinuū, requiritᷓ vt non ſe tangant ſecundū ſe totas: ſed ſecundū vltima. vt loco ⁊ ſitu diſtarent: indiuiſibilia vero quia nō habent vltima, non poſſunt ſe tangere, niſi ſecundū ſe tota: ⁊ per cōſequens hinc colligitur illud celebratum dictū ꝙ indiuiſibile vnum additū alteri non facit maius: neq; ſunt continua.

Indiuiſi. additū, indi. non facit. ma.

Ratio.3. ¶ Tertia ratio eſt in text.3. ex diffinitione ſecunda continui, que eſt a poſteriori. Vnūquodq; reſoluitur in ea ex quibus componitur: ergo ſi continuū componeretur ex diuiſibilibus, reſolueretur in indiuiſibilia: quod eſt contra diffinitionem cōtinui: qua habetur continuum eſſe id quod eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia.

Ratio.4. ¶ Quartam rationem adijcere poſſumus, ꝙ ſi continuū ex indiuiſibilibus eſſet cōpoſitum, ſequeretur ꝙ duo mobilia, alterū tardiſſimum, ⁊ alterum velociſſimum, in eodem adequate tempore tranſirent equales magnitudines: contra veritatem quā Ph. hic demonſtrat tex.11. et tribus ſequentibus. Probatur ſequela. Deſignentur magnitudines. A. ⁊. B. quarū vtraq; ex decē (.v.g.) indiuiſibilibus componitur. Et incipiat. C. velociſſimum mobile moueri ſuꝑ. A. D. vero tardiſſimum, ſuper. B. in eodem inſtanti: et arguitur ſic. In ea mēſura temporis qua. C. tranſit primū indiuiſibile ipſius. A. aut. D. trāſit primum pariter indiuiſibile ipſius. B. vel nō. Si ſic, eadem ratione quo tempore. C. tranſit ſecundum indiuiſibile, et. D. ſimul tranſibit ſecūdum: atq; adeo in eodem adequato tempore tranſibunt omnia decem: quod eſt intentum. Si vero reſpondeas quod tempore quo. C. tranſit primū indiuiſibile. D. non tranſit totum primum, ſequitur, ꝙ tranſibit medietatem: ⁊ per conſequens illud non erat indiuiſibile. ¶ Et pari modo (vt ſit quintum argumentum) deduceretur illud incōueniens, quod Zeno cōminiſcebatur vt tex.78. vidimus.ſ. ꝙ velociſſimū inſequens tardiſſimū nunq̃ poterit illud pertingere. Nam ponamus D. tardiſſimum incipere a ſecunda parte indiuiſibili. A. magnitudinis. C. vero velociſſimū ſimul incipiat a prima: tunc cū eodem tēpore adequato quo. C. tranſit vnam partem indiuiſibilem. D tranſeat tantam: quia nō poteſt minorē, ſemper. D. preibit ipſi. C. ¶ Sextum argumentum colligitur ex tex.23. Detur magnitudo cōſtans ex tribus indiuiſibilibus. Si mobile velox tranſit in. A. tēpore totam magnitudinem, mobile in duplo tardius debet in eodem tempore tranſire medietatem totius.ſ. primum diuiſibile ⁊ medietatem ſecundi: ⁊ per cōſequens indiuiſibile diuideretur. Argumentum facit Ariſtote. de tempore. Si aliquod mobile trāſit tria illa indiuiſibilia in certo tempore (quod ſubinde tempus neceſſe eſt cōſtare ex totidē indiuiſibilibus) ſequitᷓ quod mobile in ſubſeſquialtero minus velox in eodem tēpore debet tranſire duo indiuiſibilia (que ſe habēt in ſubſeſquialtero ad tria) et per conſequens vnū indiuiſibile tranſibit in medietate illius temporis ⁊ cū tēpus cōſtet ex tribꝰ indiuiſibilibus correſpōdentibus tribꝰ partibus motus p̄oris mobilis, ſequitᷓ qđ medietas tp̄is cōſtat ex primo diuiſibili, et medietate ſcđi. Atq; adeo indiuiſibile diuiditᷓ. Alia alius gn̄is argumēta accumulārᷓ.2. ſent.diſt.2. Scotus quidē.q.9. Grego. vero.q.2. Ad quorū intelligentiā preſupponendū eſt, qđ licet in rei veritate infinita indiuiſibilia non occupēt maiorē locū, q̃ꝫ vnū (vt ſecūdo argumento monſtratū eſt) tn̄ tenentes continuū cōponi ex indiuiſibilibus neceſſe habēt dicere cōtrariū. Nā ſi duo pūcta (vt ipſi fatentᷓ) occupēt maiorē locū q̃ꝫ vnū, infinita occuparēt infinitum. Et ideo ſecundū illos nullum cōtinuū finitū cōponitur ex indiuiſibilibus infinitis: ſed id qđ maius eſt cōponitᷓ ex pluribus: ⁊ id qđ minꝰ, ex paucioribꝰ. Tūc infert Scotus, et bene, ꝙ ſi continuū cōponeretur ex indiuiſibilibꝰ tot idiuiſibilia eſſent in minori circulo, quot in maiori: qđ data opiniōe implicat ꝯtradictionem. Prolixius ille deducit: ſed facile cōmonſtratur in hac ſubiecta figura. Nam quecunq; due recte linee, quantūcunq; propinquiſſime ducantur a centro vſq; ad circunferētiam externi circuli, neceſſe

Sco. Grego.



eſt vt quẽadmodum in maiori circulo terminantur ad duo diſtincta puncta, ita circunferentiam minoris circuli interſecent in duobus diſtinctis punctis. Quoniam ſi illic concurrerent in idem punctum, tunc ab illo puncto vſqȝ ad centrũ non eſſent due, ſed vnica linea: atqȝ adeo linee ducte a centro vſqȝ ad circunferentiam maioris circuli non eſſent recte, ſed frangerentur in circunferentia minoris circuli, vt apparet in hac figura. Cuius tamen demonſtrationes ſunt apud Euclidem: ergo quantocunqȝ plures linee duxeris a centro vſqȝ ad circuferentiam exterioris circuli, tot omnino puncta numerabis in circunferẽtia minoris circuli, quot in circũferẽtia maioris: ⁊ pͦ cõñs ſtãdo in oppoſitiõe, minor circulꝰ eſſet equalis maiori. ¶Scdm corollarium Scoti eſt, ꝙ ſi cõtinuũ cõponeret̃ ex indiuiſibilibus, ſequeret̃ diametrum quadrati eſſe equalem coſte: cũ tamẽ ad ſenſum pateat eſſe maiorem: ⁊ Ariſto. ſepe dicat eſſe incõmenſurabilem coſte: vt primo poſteriorum explicuimus. Sequela tamẽ patet in hac figura. Si eñ a quouis puncto vnius coſte ad punctum e regiõe alterius rectã duxeris, tot puncta enumerabis adequate in coſta, quot in diametro: atqȝ adeo ex tot punctis conſtat: ⁊ pͦ conſequens diametrus ⁊ coſta ſunt equales.



¶Tertium corollarium adijciamus ex Greg. Sequeretur ſi continuũ cõſtaret ex indiuiſibilibus, ꝙ cõſtituto ſuper aliquam baſim triangulo, linea recta parallela cũ baſi, propinquior angulo ſuperiori, deſcripta inter latera trianguli eſſet maior baſi: quod eſt contra ſenſum. Nam eſſet prolixum afferre demonſtrationes Euclidis lib. 1. Et ꝙ ſequatur, patet in hac figura. Sit eñ linea. A B. baſis huius trianguli, conſtans ex tribus punctis: ⁊ alia duo latera cõcurrentia in puncto. C. habeant ſingula quinqȝ puncta. Deſcribatur ꝙ linea inter puncta, D E. quam neceſſe eſt ad minus habere duo puncta poſtq̃ȝ eſt diuiſibilis: ſiquidem, D E, ſunt puncta diſtãtia. Mox deſcribatur inferius parallela inter puncta. F G. que poſtq̃ȝ eſt maior q̃ȝ ſuperior, ad minus habebit tria puncta. Rurſus deſcribatur alia inferior inter puncta, H I, Que cum ſit maior ſuperiori, habebit ad minus quatuor puncta: ⁊ per cõſequẽs erit maior q̃ȝ. A B. quam ſuppoſitũ eſt ex tribus tantum indiuiſibilibus eſſe compoſitam. Conſequens tamen implicat contradictionẽ.




¶Alia huius generis multiplicant, ſed omnia nos poſſumus ad hoc vnũ reducere, ꝙ datis duabꝰ quibuſcũqȝ lineis inequalibus: quãtuncũqȝ vna ſit maxima, alia vero minima, tot ſunt indiuiſibilia in vna, quot in alia: ⁊ per cõſequens, ſecundũ tenẽnentes continuũ componi ex indiuiſibilibus, ſequit̃ eas eſſe equales: vt patet in hac figura. Nam ſignato centro. A. ſub minori linea, quotcũqȝ linee ducantur ab illo vſqȝ ad lineã. D E. tot puncta numerantur in linea. B C. quot in linea. D E.




¶Poſtremum deniqȝ ac decimũ argumentum eſt, ꝙ ſi continuũ componeretur ex indiuiſibilibus, nullatenus eſſet poſſibilis rarefactio, ſine additione noue materie: neqȝ condenſatio, ſine deperditione. Quoniã ſi detur continuũ conſtans ex tribus indiuiſibilibus, et rare fiat: neceſſe eſt vt occupet maiorem locũ: ⁊ per conſequens vel additur quartum indiuiſibile per additionẽ noue materie (quod eſt intentum) vel aliquod illorũ indiuiſibilium efficitur maius: quod nõ eſt intelligibile. Eodem modo ſi debet condenſari, vel debet deperdi aliquod illorum triũ indiuiſibiliũ (quod eſt intentum) vel indiuiſibile fieri minus: quod eſt impoſſibile.

¶ Igitur ad primum principale argumentum, negatur ꝙ perinde omnino ſe habeat punctũ in quantitate, ac ſe habet in numero vnitas: ſed in hoc ſolum vbiqȝ cõparantur ab Ariſto. ꝙ ⁊ vnitas, ⁊ punctum, ſunt ſuo modo indiuiſibilia: ⁊ quẽadmodum vnitas eſt principiũ numeri, ita ad punctũ principiũ quãtitatis. Differunt tamẽ, ꝙ punctum habet poſitionẽ in cõtinuo: vnitas vero, nõ, vt habetur. 1. poſte. text. 42. et. 5. meta. tex. 12. Nam in cõtinuo ſunt puncta ante ⁊ retro, prius ⁊ poſterius: numerus autẽ, quia deſignat quãtitatẽ diſcretã, nõ dicit vnitates habentes ordinẽ. Et eadẽ ratione numerus cõſtat ex vnitatibus ſeorſum diuiſis: vt quinarius ex quinqȝ vnitatibus. Quarũ quelibet dicitur indiuiſibilis in ratione numeri. Unus enim homo, vt pars binarij, nõ eſt amplius diuiſibilis, licet diuidatur in ratione quãtitatis cõtinue. vt in cap. de quantitate explicatũ eſt. Cõtinuum autẽ nõ componitur ex punctis, ſed ex quãtitatibus cõtinuatis per puncta. Quo circa nullus poteſt eſſe numerus ex infinitis vnitatibus: quodlibet autem cõtinuum, habet infinita pũcta. ¶Ad ſcdm argumẽtum ſolus Grego. eſt qui reſpondet cõcedendo continuũ poſſe eſſe diuiſum in omnem ſuam partem, in. 1. ſent. diſt. 35. ad ſeptimũ argumentũ: et in ſecundo diſt. 2. q. 2. Non ſolum propter argumẽtum factum. Sed adijcit duo alia. Primũ. Potentie ad diuiſiones continui. ſ. in duas medietates, in quatuor quartas ⁊c. nullum habent inter ſe neceſſarium ordinẽ, aut dependentiã, vt prius ſit neceſſarium diuidere in duas, q̃ȝ in quatuor: ergo poterit Deus ſimul diuidere in oẽs. ¶Item quia alias ſequeretur oẽs ſingulares alicuiꝰ vniuerſalis eſſe poſſibiles, ⁊ tamen vniuerſalẽ ipſam eſſe impoſſibilem. vt patet in his. Poſſibile eſt cõtinuũ in duas partes eſſe diuiſum, ⁊ poſſibile eſt in tres eſſe diuiſum, ⁊c. quia oẽs ſunt poſſibiles. Et tamen hec eſt impoſſibilis, poſſibile eſt continuum in omnem ſuam partẽ eſſe diuiſum. ¶Hãc tamen opinionem, profecto intelligere nũqȝ potui. In primis expreſſe eſt contra Ariſt. tex. hic. 3. Nam dato caſu ꝙ cõtinuum ſit in omnẽ ſuã partẽ diuiſum, intelligere aliud nequeo, q̃ȝ ꝙ partes ille eſſent indiuiſibles. Nam ſi aliqua eſt diuiſibilis, non eſt facta diuiſio in omnem partem. Quod ſi partes ſunt indiuiſibiles, continuũ componitur ex indiuiſibilibus. vt infert Phi. ¶Reſponſio tamen Gregorij eſt hec, ꝙ indiuiſibile accipitur dupliciter: vno modo, vt neget partes in actu ſimul et potentia: quẽadmodum angelus: vel punctũ eſt indiuiſibile: quia nec actu diuidit̃ in partes, nec

*Ad. 2. pn. Grego.*



nec diuidi poteſt: ſiquidem nullas habere poteſt partes, neqȝ eſſe alterius pars. Et iſto modo fieri nõ valet diuiſio continui vſqȝ ad indiuiſibilia. Alio mõ accipitur indiuiſibile, pro eo quod habuit quidẽ partes vnitas, ſed modo iam ſunt oẽs actu diuiſe: taliter vt nulle ſint vnite, que poſſent diuidi. Et iſto mõ diuiſio cõtinui per potentiã diuinã, põt pcedere vſqȝ ad indiuiſibilia. ¶Sed cõtra ſolutionẽ manifeſte arguitur. Facta illa miraculoſa diuiſione, capio vnã particulã. A. et quero vel illa actu cõſtat, ex partibus vnitas integralibus (nam de his loquimur) vel nõ. Si ſic, nõ eſt cõpleta ⁊ exhauſta tota diuiſio cõtinui. Si nõ habet actu partes, profecto non video quomõ differat a puncto. Nam dicere ꝙ illa particula fuit aliquãdo pars alterius ⁊ põt iterũ vniri ⁊ rurſus diuidi, pũctum vero minime, eſt petere principiũ. Quoniã ſicuti punctum propterea ꝙ nullas habet actu partes, additũ alteri nõ facit maius, eadem ratione, nec illa particula addita alteri faciet maius. Quia re vera ſi nõ habet actu partes non eſt quanta: ⁊ per cõſequens, neqȝ eſſe, poteſt aut potuit pars continui. Quo circa Maio. 2. d. 2. q. 5. tenẽs cõtinuũ poſſe diuidi in omnẽ ſuam partem, cõſequẽter cõcedit componi ex indiuiſibilibus: nõ ſolũ cõtra Ariſtotelẽ: ſed cõtra omnẽ intellectũ. ¶Unde ad ſecundũ principale, concedit̃ ꝙ Deus cognoſcit ſingula pũcta, ⁊ ſingulas partes cõtinui. Nõ tamẽ cognoſcit vltimam, qꝛ nulla eſt talis. Et eadẽ rõne neqȝ cognoſcit vltimas ad quas terminat̃ diuiſio cõtinui. Nã ille eſſent indiuiſibiles: ⁊ tñ nulle ſunt tales in continuo. Ob idqȝ negat̃, ꝙ nõ ſit maior repugnantia ſingulas partes cõtinui eſſe actu in re diuiſas, q̃ȝ in intuitu diuino. Equidẽ ex reali diuiſione, ſequitur aliquam partẽ eſſe non quantã: ⁊ tñ ex hoc ꝙ Deus cognoſcat ſingulas, nihil tale ſequit̃. Quin immo cognoſcendo ſingulas, cognoſcit nõ poſſe taliter diuidi. Nã qualis eſt earũ natura, taliter cognoſcunt̃ a Deo. ¶Hinc ſequit̃ ſolutio primi argumenti Grego. nõ eñ repugnantia diuiſionis cõtinui in omnẽ ſuã partẽ, prouenit ex ordine, vt neceſſario ſit prius diuidere in duas, deinde in quatuor ⁊c. ſed ex eo ꝙ daret̃ pars nõ quanta. ¶Ad ſecundũ (qd̃ ſophiſma eſt) negat̃ ꝙ detur vniuerſalis impoſſibilis, cuius ſingulares ſint neceſſarie. Quin immo ſi ly, partẽ (ſaltẽ in ſingulari) antepo nat̃ ad ly, poſſibile, in rigore hec eſt vera, in omnẽ ſuã partẽ, cõtinuũ poſſibile eſt eſſe diuiſum, vt cõſtat per deſcendẽtes ſub ly, partẽ: ſed tamẽ negamus illam, ſi dicas in plurali, in oẽs ſuas ptes ⁊c. qꝛ habebit tũc vnã falſam demõſtrando oẽs collectiue. Et maxime ſi ly, partes, poſtponat̃ ad ly poſſibile. ſ. poſſibile eſt cõtinuũ in oẽs ſuas ptes eſſe diuiſum. Et tunc nõ admittit̃ inductio ſub ly, partes. Sed hec ex dialecticis cõſtãt. ¶Ad aliud quod tangit̃ in argumẽto, ſatis rñſum eſt lib. 3. q. 4. de infinito. vbi cõmõſtrauimus cõtradictionẽ implicare ſectionẽ illam hore per partes proportionales: alias daret̃ vltima. Aliaqȝ id genꝰ multa explicita illic ſunt, que in hãc queſtionẽ cõpetunt. ¶Ad primã confirmationẽ lib. 4. q. 2. rñſum eſt. Et ad alias duas lib. eodẽ. q. 3. Neqȝ alioꝛſum hic enarrate ſunt, q̃ȝ vt ſolutiones ille in memoriã reuocent̃. ¶Solet fieri argumentũ aliud ꝙ cũ lignũ cõburit̃, ſingule ptes ſeparant̃ ab illo ſucceſſiue p cõbuſtionẽ: cõſeruentur ergo a Deo eo mõ quo ſeparant̃: ⁊ tũc continuũ erit diuiſum in omnẽ ſuã partẽ. Hominitamẽ pͦ hoc nullũ argumẽtum eſt, tũ quia ſeparationes ille nõ ſunt ſeorſum ſingularum partiũ: tum quia nõ prius natura ſit ſeparatio, q̃ȝ cõuerſio in ignẽ: quinetiã ſeparatio eſt conuerſio. ¶Ad tertiũ principale argumentum, ſophiſte ſunt, quibus reſpondere incũbit. Conceditur nãqȝ, ꝙ inter. A. punctũ ⁊ quodlibet ſubſequens mediat punctũ. vt patet inductione ſub termino diſtributo: quocũqȝ eñ demõſtrato, inter illud ⁊. A. mediat punctũ. Et ideo negat̃ ꝙ ante quodlibet nullũ ſit preter. A. Tametſi nullũ ſignari poterit, qd̃ mediet inter. A. et quodlibet aliud. Non tñ inde ſequit̃ duo eſſe puncta immediata, vt dialecticis cõpertũ eſt. Si aũt dicas collectiue, inter. A. et omnia ſubſequẽtia nullũ mediat, conceditur: negatur tamẽ cõſequentia, qua colligis, aliqua eſſe puncta immediata: quia totius collectionis ſequẽtis nõ datur proximũ pũctum, verſus. A. Quẽadmodũ ſi ſecundum duorum corporum (que ſunt contigua) diuidas per partes proportionales, verſus primum, tunc inter primum et omnes partes proportionales alterius nihil mediat: ⁊ tamen nulla deſignari poteſt pars alterius, que ſit priori corpori immediata: cum nulla ſit vltima. ¶Ad quartum deniqȝ, quod itidem ſophiſma eſt, cõceditur vtraqȝ copulatiua. vt argũ (quod dialecticum eſt) patefacit.

*Maioris.* — *Ad argumẽta Gregorij.* — *Ad cõfirmatiões.* — *Ad. 3. pn.* — *Ad. 4. pn.*

¶ Secunda cõcluſio. Ariſtote. in in text. 4. eſt hec. Eadẽ eſt ratio magnitudinis et temporis et motus, vt eorum aliquod, nullũ ve, ex indiuiſibilibus ſit compoſitum. Nam tria hec, tres ſunt ſpecies cõtinui. Et ꝙ motus diuidatur ad diuiſionem magnitudinis, per quã ſit motus, probat text. 6. Qm̃ cuilibet parti magnitudinis correſpondet pars motus. Extenditur enim motus a preterito in futurum, ſecundum extenſionem magnitudinis. vt lib. 4. tex. 99. dictũ eſt. Unde tex. 7. probat, impoſſibile eſſe magnitudinem cõponi ex indiuiſibilibus. Nã tũc non eſſet prius rem aliquã moueri per partem magnitudinis, q̃ȝ motam eſſe: quia moueri dicit ſucceſſionem, que in indiuiſibili eſſe non poteſt. Et per conſequens motus cõponeretur ex mutatis eſſe indiuiſibilibus, ſicut magnitudo ex pũctis. A tex. 10. vſqȝ ad. 17. probat idẽ de tẽpore: nẽpe ꝙ ſicut magnitudo et motus, ita ⁊ tempus ſit cõtinuum diuiſibile in ſemp diuiſibilia, atqȝ adeo non conſtet ex indiuiſibilibus inſtantibus. ¶Ante cuius probationẽ premittit nonnullas regulas velocitatis motus. Quarum nullam nos mentionem hic facere cogitamus vſqȝ ad librum proximum. Nam cũ illic Ph. ponat ſeptem regulas eiuſmodi proportionum, cõmodum eſſe duximus omnium proportionum farraginem illuc conijcere: ne de re eadem pluribus in locis dicamus. Tertiam cõcluſionem ſubijcit in tex. 18. quam probat vſqȝ ad. 23. Que eſt hec. Eadẽ eſt ratio finiti, ⁊ infiniti, in his tribus ſcilicet magnitudine, tẽpore, et motu. Nẽpe ꝙ ſi magnitudo per quam ſit motus eſt finita, tunc et motus eſt finita, tunc ⁊ motus et tempus erunt pariter finita: ꝙ ſi magnitudo fuerit infinita, et motus pariter ⁊ tempus erunt infinita. Horum omnium demonſtrationes ſunt in commentis explicate, verſanturqȝ in proportionibus de velocitate motꝰ: de q̃bus libro ſequẽti agẽdũ eſt.

*Conclu. 2.* — *Cõclu. 3.*

¶Ter.

Tex.xxxiij. Motus autem eſt diuiſibilis. &c.

## ¶ Quæſtio ſecunda.

VTRVM MOTVS DIVIDAtur ad diuiſiones & mobilis & temporis.

SEcundum membrũ ſexti libri fecimus tertium et quartum caput: in quorũ primo premittit Philoſophus tres cõcluſiones ⁊ in altero ſubdit diuiſionẽ continui. Ambos autem ſub vna hac queſtione ſecunda complexi ſumus. Arguitur ergo primo, contra id quod habetur text. 24. ſ. nũc temporis eſſe indiuiſibile. Sequeretur enim ꝙ accidens eſſet ſine ſubiecto: nam indiuiſibile, non ſubiectatur in ſubiecto diuiſibili: nec videtur in quo ſubiecto indiuiſibili ſubiectetur inſtans: quia maxime in puncto, pũctum autem nullius ſubiectũ eſt cũ ſit accidẽs, ⁊ vnũ accidẽs, nõ ſit alterius ſubiectũ. ¶ Et confirmatur. Si darentur inſtãtia indiuiſibilia ſequeretur duo triaq̄ inſtantia eſſe immediata: quod ſtatim text. 26. omnino negat. Phi. propterea ꝙ alias tẽpus cõponeretur ex indiuiſibilibus. Sequela tamẽ probatur argumento vulgari. Deus põt creare tres angelos vnũ deinceps immediate poſt alium. ſ. vnum in inſtãti preſenti aliũq; immediate ante, et alium immediate poſt hac: angeli vero, cũ ſint indiuiſibiles, creari non poſſunt, niſi in inſtanti: ergo ſignabile eſt inſtans immediate ante hoc, et inſtans immediate poſt hoc. — Tres angeli. ¶ Secũdo principaliter arguitur, cõtra id quod habetur text. 26. videlicet in inſtanti non fieri motum. In quocũq̄ inſtanti temporis quo actio aliqua, aut motus fit, affirmamus motum ipſum fieri (dicimus eñ nunc celum moueri, equũ currere, petrum legere ⁊c) ergo motus fit in inſtanti. ¶ Et confirmatur. Forma ſpiritualis que in inſtãti producitur poteſt eodem inſtanti quo producitur augeri: ergo in inſtãti fit motus. Accidens patet quia qua ratiõe poteſt produci vnus gradus, poteſt ſimul produci alius ⁊ intendi. ¶ Tertio principaliter arguitur cõtra id quod ſequitur in text. 30. ſ. ꝙ in inſtanti non eſt quies. Inter motum ⁊ quietem nullum videtur eſſe medium: ergo ſi in inſtanti non eſt motus, reſtat vt ſit quies. ¶ Et confirmatur. Omne quieſcens quieſcit vſq; ad inſtans initiatiuum motus: quod cum ſit vltimum non eſſe motus, eſt vltimum eſſe quietis: et per conſequẽs in illo inſtanti eſt quies. Equum argumentũ eſt de inſtanti terminatiuo motus: quod cum ſit primũ non eſſe motus, eſt primum, eſſe quietis. ¶ Quarto principaliter arguitur, directe a parte negatiua prime partis queſtionis. Aut motum diuidi ad diuiſionem mobilis eſt ꝙ prior pars mobilis prius moueatur, q̄ ſecũda: et hoc non: quia cum pedale mouetur, ſimul oẽs partes incipiunt moueri. Aut eſt ꝙ tranſeuntis per aliquod ſignum fixum (vt per limen oſtij) prius trãſit prima pars q̄ ſecunda: ⁊ hec diuiſio non eſt ad diuiſionẽ mobilis: ſed tẽporis, ſecundũ quam prius tranſitur prima pars ſpatij, q̄ ſecunda. Aut eſt ꝙ accidens quod eſt motus extendatur per totũ ſubiectum, ſicut albedo: hoc autẽ videtur falſum: tum quia (vt lib. 3. q. 2. diſputabamus) motus non eſt accidens diſtinctum: tum etiam quia eſto diſtingueretur, eſſet accidens ſucceſſiuũ, cuius partes eſſe non poſſunt ſimul: eſt autem intellectu difficile, quomodo partes ſint ſucceſſiue, ⁊ tamen ſint extenſe per totum mobile, quod eſt ens permanẽs. ¶ Et cõfirmat ſi pfecte ſphericũ moueret per planũ, ſolũ tangeret in pũcto indiuiſibili: ergo motus illius eſſet pariter indiuiſibilis ad diuiſionẽ ſubiecti. ¶ Quinto demũ arguit aduerſus ſcdam partẽ qõnis. Si mot⁹ diuideret ad diuiſionẽ tpis, id maxime eſſet (vt ait Phi. text. 36.) quia motus maior eſt in tempore maiori, minor autẽ in minori: ſed hoc non: ergo probatur minor. Eodem tempore quo mobile tardum percurrit cubitale ſpatium, mobile velocius pertranſibit maius ſpatium: ergo motus tardior, qui eſt minor q̄ velocior (cũ ſit per minus ſpatium) nõ eſt in minori tẽpore, q̄ velocior, ſed in equali. Quin immo ꝓ hoc eſt velocior: quia in eodem tẽpore eſt maior. Eſt enim tantus motus, quantum eſt ſpatium. ¶ In contrarium eſt ſententia Ariſto.

## ¶ Summa duorum capitulorũ,

que in hac queſtione examinamus, in quatuor concluſionibus cõſiſtit. Conclu. 1. Prima eſt in tex. 24. Nũc temporis quod per ſe primo eſt preſens, eſt indiuiſibile. Per ſe inquam primo. i. quod nõ eſt preſens, ratione alterius, ſed ſecundũ ſe totũ: ad hũc ſenſum ꝙ nihil eius eſt preteritum aut futurum. Nam ⁊ hora, ⁊ dies, ⁊ menſis ſunt preſentes, non per ſe primo, ſed ratione inſtantis quo partes cõtinuantur. Ad cuius probationẽ oſtendit primo Ph. tex. 26. idem eſſe nunc quod eſt terminus preteriti tẽporis, ⁊ quod eſt terminus futuri. Nam ſi eſſent duo, aut eſſent immediata ⁊ ſic duo indiuiſibilia eſſent immediata in eodem continuo: aut mediaret tempus: ⁊ tunc illud eſſet diuiſibile in partem preteritã ⁊ partẽ futurã: ⁊ per cõſequens nec primũ nũc eſſet terminus totius tẽporis preteriti (cum poſt illud eſſet tẽpus preteritũ) nec ſecundum eſſet terminus totius futuri, cũ ante illud eſſet tẽpus futurum. ¶ Suppoſito autẽ ꝙ ſit idem nunc probat illud eſſe indiuiſibile, tribus rationibus. Primo, quia ſi eſſet diuiſibile, diuideretur in partẽ preteritã ⁊ futurã: ⁊ ſic pars termini preteriti eſſet futura, et pars termini futuri, eſſet preterita. Quod eſt repugnantia. vt in cõmento patet. ¶ Et hinc naſcitur ſecunda ratio, quod ſi nunc quod eſt terminus preteriti ⁊ futuri, eſſet diuiſibile in preteritum ⁊ futurũ, nõ eſſet per ſe primo preſens ſecundum ſe totum. ¶ Et tertia ratio eſt, ꝙ neq; maneret inuariabiliter: quia preteritũ ⁊ futurũ, dicit varietatẽ: nunc autẽ dicit quid inuariabile. ¶ At vero circa materiã primi argumenti nõ eſt animus in preſentia diſputare, an inſtantia diſtinguantur realiter a ſubiecto, necne. Ad. 1. ꝓn. Satis eñ lib. 4. q. 4. de hoc me arbitror dixiſſe. Et credo equidẽ non diſtingui. Non quidem propter hoc argumentũ: ad quod facile reſpondetur, a realibus ꝙ illa indiuiſibilia non ſunt per ſe in ſubiecto, ſed per accidens ratione quantitatis cuius ſunt continuatiua. Nec ꝓpter alia que fiunt ſcilicet ꝙ ſimul res produceretur et corrũperetur: quia de re indiuiſibili non eſſet magnum inconueniens. Neq; hoc eſſet contra Ariſto. 5. hui⁹ text. 14. Nam vt illic adnotauimus ſolum negat eſſe poſſibile, vt idẽ motus ſit. v. g. intenſio ⁊ remiſſio eiuſdem qualitatis: vel augmẽtum, ⁊ decrementũ eiuſdẽ quantitatis: vel generatio ⁊ corruptio eiuſdẽ ſubſtantie. Quod tamen idem inſtans ſit primũ et vltimũ eſſe, non negat. Sed tamẽ quia credo nec tẽpus a motu nec motum a mobili diſtingui tanq̄ res diuerſas, ſed ſola ratione predicamentali vt illic ⁊ lib. 3. q. 2. contendebamus oſtendere, credo neq; inſtantia neq; mutata eſſe diſtingui, niſi ratione, a mobili. Ut illic explicatũ eſt. Nihilominus claritatis cauſa loquendum eſt de illis ac ſi eſſent res diſtincte. Itaq; ratio illa mobilis, qua nunc eſt in hac parte ſpatij ⁊ immediate ante hac erat in priori, ⁊ immediate poſt hoc erit in poſteriori, eſt inſtans cõtinuatiuũ. Et ſuo modo dicatur de initiatiuo et terminatiuo. ¶ Unde cõfirmatio argumenti eandẽ vim habet in omni opinione. Ad. cõfir. Cui Grego. 1. ſenten. diſt. 17. q. 2. arti. 2. concedit ꝙ poteſt vnus angelus creari in inſtanti preſenti ⁊ alius in inſtanti indiuiſibili immediate poſt hoc: dummodo ly in inſtanti, non ſtet determinate pro aliquo ſingulari, ſed confuſe. vt aiunt ſummuliſte. Angeli imediati. Itaq; vt concedũt ꝙ immediate poſt hoc erit inſtans, et tamen nullũ inſtans erit immediate poſt hoc, ita dicunt de illo angelo. Et idem dicunt de angelo immediate ante hac creato. ¶ Nihilominus eſt hic concluſio. Implicat contradictionẽ angelũ creari immediate poſt hoc inſtans: ⁊ tamen creari in inſtanti, aut in aliqua indiuiſibili menſura. Probatur: quia cũ non ſit creatus, niſi vnus et in inſtãti indiuiſibili, neceſſe eſt illud inſtãs eſſe ſignabile ⁊ eſſe cognitũ deo qui in illo creauit angelum: ⁊ per conſequens illud inſtans eſt immediate poſt hoc. Secus eſt ſi admitteretur Deũ poſt hac in quolibet inſtanti creare vnũ angelũ. Nam tũc immediate poſt hoc eſſet angelus ⁊ nullus eſſet ſignabilis, q eſſet immediate poſt hoc. At vero ꝙ ſignetur angelus creandus immediate poſt hoc in inſtanti, ⁊ nõ ſignetur tale inſtans immediatũ, non eſt intelligibile. Sed tamẽ addiderim forte non repugnare ꝙ Deus creet immediate poſt hoc angelũ taliter vt nunc nõ ſit ⁊ immediate poſt hoc erit: quoniã non repugnat vt Deus nunc nõ concurrat et immediate poſt hoc cõcurrat. Alias deberes dicere ꝙ cõcurſus Dei dependeat a tempore debeatq; expectare tranſitum tẽporis, vt in inſtãti futuro producat angelum: quod videtur abſurdum. Attamẽ tũc nõ eſſet ſignabile vel inſtans, vel menſura adequata creationis: ſed neceſſario deberet durare talis angelus per aliquod tempus noſtrum, quod eſt immediatum huic inſtanti. De preterito vero nõ eſſet ita poſſibile: nam ſi crearetur in inſtanti: et tantum duraſſet per illud, daretur inſtãs immediatum huic preſenti: ſi vero duraret per tẽpus, tũc in medietate illius temporis verſus nos nõ crearetur, ſed eſſet creatus. Et ſic non crearetur immediate ante hoc.

## ¶ Secunda concluſio eſt in tex.

Cõclu. 2. 29. Motus nõ fit in inſtanti. Probatur. Ubicunq; eſt motus, eſſe poteſt et velocior et tardior: ſed in inſtanti id fieri nequit: nã velocius id mouetur, quod in minori tẽpore idẽ ſpatium pertranſit: inſtanti autẽ non eſt dabile minus: ergo in illo non fit motus. ¶ Unde ad ſecundũ argumentũ reſpõdetur, ꝙ quando dicit Ariſto. motũ non eſſe in inſtanti, intelligit per ſe primo. Ad. 2. ꝓn. Nam per aliud. i. ratione mutati eſſe. quod nunc eſt continuatiuum partium motus, non eſt dubium quin motus ſit. Sicut dies eſt nunc ratione inſtantis cõtinuantis partes temporis. ¶ Ad cõfirmationem reſpõdetur, ꝙ q̄uis qualitas ſpiritualis poſſit ſimul produci in inſtanti ſecundum ſe totam, nihilominus ꝙ in eodẽ inſtanti producatur vnus gradus ⁊ addatur alius, vt in eodẽ inſtãti ſit ⁊ remiſſior ⁊ intenſior, non eſt poſſibile: quia id non poteſt fieri, niſi per motum. Ad cõfir. Quo circa non eſt Phyſicum id quod aliquãdo audiui: nempe ꝙ in primo inſtanti conuerſionis peccatoris datur vnus gradus gratie a ſolo Deo ſine merito de condigno ⁊ in eodem inſtanti intenditur ratiõe meriti. Sed hoc non eſt preſentis loci examinari.

## ¶ Tertia concluſio eſt in tex. 30.

Cõclu. 3. Ad. 3. ꝓn. Quies non eſt in inſtanti. Que probatur tribus rationibus. Prima eſt reſponſio tertij argumenti principalis. Quies et motus non opponuntur cõtradictorie, ſed priuatiue: eſt enim quies carẽtia motus in ſubiecto loco ⁊ tẽpore vbi eſt aptitudo ad motum. Et ideo ſicut inter viſum ⁊ cecitatẽ eſt mediũ (quia lapis neq; videt neq; eſt cecus) ita in inſtanti vbi nulla eſt aptitudo ad motum, non eſt quies. Unde quies non diffinitur negatiue, vt quicquid non mouet quieſcat, ſed quieſcit illud quod nõ mouet, eſt tamẽ aptum tali tẽpore et modo moueri. vt eodẽ textu habet. ¶ Circa materiã autẽ confirmationis notanda eſt diffinitio quietis in tex. 32. Diffinitio quietis. Id enim (inquit) quieſcit, quod ſimiliter ſe habet nunc et prius. Atq; illa eſt tertia ratio cur quies nõ ſit in inſtãti: quippe in quo eſſe non poſſunt illa duo. ſ. nunc ⁊ prius. Ad cõfir. Et ꝑ hoc reſpondetur ad primam partem confirmatiõis. Conceditur enim ꝙ in inſtanti initiatiuo motus mobile quieſcit: non ex eo ſolũ, quia tunc nõ mouetur, ſed quia ſimiliter. i. in eodem loco eſt tunc quo erat prius: et ideo quieſcit tanq̄ in termino quietis. Uerũtamẽ nemo decipiatur (cum facile quiſq; decipi poteſt) inferens idẽ eſſe de inſtãti, extrinſece terminãte deſitionẽ motus, videlicet ꝙ tunc res quieſcat, propterea quia tunc nõ mouetur ⁊ ſimiliter ſe habet ſicut ſe habebit poſterius. Conſulto eñ Ariſt. diffiniuit quietẽ per reſpectũ ad preteritũ, ⁊ non ad futurũ. Uſu nãq; loquendi hominũ eum qui modo eſt vbi hactenus fuit quieſcere cenſemus: attamen in primo inſtãti quo res eſt vbi deinceps erit, nondũ iudicatur quieſcere: quia habitudo futura nõ facit vt in inſtanti preterito res quieſcat. Quare negat equã eſſe rationem de inſtãti terminatiuo ⁊ que eſt de initiatiuo. Et ideo in tex. 31. inter exponendam ſecundã rationem diximus ꝙ q̄uis quies finiatur per vltimũ ſui eſſe, non tamẽ incipit per primum ſui eſſe: ſed per vltimũ non eſſe ita vt illud inſtãs quod eſt primum non eſſe motus, eſt item vltimũ non eſſe quietis: nam tunc res non quieſcit ⁊ immediate poſt illud quieſcet. ¶ Aliam concluſionem adhibet eodem text. 32. Nẽpe ꝙ omne quod mouet eſt diuiſibile. Quã inferius text. 86. latius ꝓbat. Et ideo vſq; ad q̄ſtionẽ ſequentẽ reponat.

## ¶ Quarta concluſio qua reſpõ-

Cõclu. 4. detur ad queſtionẽ, ſequit in tex. 33. Motus dupliciter diuiditur, ſcilicet ⁊ ad diuiſionem mobilis, et ad

ꝛ ad diuiſionem temporis. Prima pars probatur tribus rationibus. Prima eſt. Motus (vt modo dicebamus) non eſt, niſi in ſubiecto diuiſibili: ergo eſt accidens materiale, atqꝫ adeo extenſum per totum. Secũda atqꝫ tertia ferme recidunt in primam. Videlicet motus totius mobilis nõ eſt motus alicuius partis: ergo neceſſe eſt vt motus habeat partes extenſas quibus moueantur partes mobilis: ſicut totum mouetur toto motu. Ac ſi dicas. Tota albedo petri non eſt in ſola facie: ergo neceſſe eſt albedinem habere partes, vt alia caput ſit albũ et alia pedes. ¶ Secũdũ partem concluſionis probat in text. 36. per hoc ꝙ motus diuiditur queadmodum ꝛ tempus. vt ſi totus motus quo tranſitur totũ ſpatium durat integram horã, medietas motus qua trãſitur medietas ſpatij durat medietatẽ hore. Reliqua in commentis ſunt manifeſta. ¶ Vnde ad quartũ princi-

Ad. 4. pn. cipale argumentũ in cõmento. 33. reſponſum eſt, ꝙ motum diuidi ad diuiſionem mobilis neqꝫ eſt ꝙ prior pars mobilis prius incipiat moueri qꝫ poſterior, nec ꝙ prius tranſeat per ſignum fixum: ſed eſt ꝙ totus motus extendatur per totum mobile. Et quãuis motus non ſit res diſtincta, nihilominus eſt accidens, vt ſepe dicere ſolemus: nã accidit mobili moueri: ꝛ cũ ad motũ totius ſequatur motus partium, ad hunc ſenſum motus extẽditur per mobile. Credentes vero motum eſſe rẽ diſtinctam fateor negotium habent explicandi quomodo habeat partes extenſas per totum, et nihilominus partes ſucceſſiuas que non ſunt ſimul. Nã dicere ꝙ ſunt diuerſe partes ille que diuiduntur ad diuiſionem mobilis, ꝛ ille que diuidũtur ad diuiſionem temporis, certe eſt falſum. Quoniã tunc motus eſſet in duabus ſpeciebus quantitatis. Item ille re vera partes, que extenduntur per totum mobile, ſunt que non durãt niſi per inſtans, atqꝫ adeo ille ipſe ſunt ſucceſſiue. Et ita reſpondere debent fautores illius opinionis: nempe ꝙ illud accidens, cuius aliqua pars eſt in vna parte mobilis, et alia in alia, diuiditur

Ad cõfir. ad diuiſionem tẽporis, ſecundum eaſdẽ partes: alia tamen ratione, quia. ſ. alie preceſſerũt, ꝛ alie ſunt future, ꝛ continuantur per mutatũ eſſe. ¶ Ad cõfirmationẽ reſpõdetur, ꝙ quis perfecte ſphericum moueatur per planũ, motus tamẽ nõ ſubiectatur in puncto tangente mobile: ſed in tota

Ad. 5. ſphera, que mouetur per ſe: punctũ nãqꝫ ſolũ, per accidẽs mouet ratione totius. ¶ Ad quintũ principale argumentum, rñdetur ꝙ non diffinit neqꝫ cognoſcitur motũ diuidi ad diuiſionẽ tẽporis cõparando diuerſos motus diuerſorũ mobiliũ ad tẽpus: ſed cõparando totũ motũ vnius mobilis, ad totũ tẽpus, et partẽ eiuſdẽ motus, ad partem eiuſdẽ tẽporis: vt paulo ante dicebamus. Cũ hoc tamen ſtat motũ vnũ eo eſſe velociorẽ altero, ꝙ cum ambo ſint equales in quantitate. i. per equalia ſpatia durantes, fiat in minori tempore.

Text. xlvj. Quod igitur circa finem mutationis. &c.

## ¶ Quæſtio tertia.

### VTRVM DETVR PRIMVM aut vltimum eſſe motus.

QVinto, ſextoq; capitulis cõtinet pars tertia hui⁹ libri, vbi diſputatur de ordine partiũ motus. De quo proinde mota eſt tertia hec queſtio. Arguitur ergo primo aduerſus id quod habetur text. preſenti. 46. nempe ꝙ datur primũ mutatũ eſſe, in termino ad quem. Si poneret graue in concauo lune, et Deus annihilaret omnia media vſqꝫ ad terrã, per vltimũ ſui eſſe, ita vt nũc ſit plenum, ꝛ immediate poſt hoc ſit vacuũ, graue illud quod nunc eſt in cõcauo lune, immediate poſt hoc erit in terra, quia mouebitur ſine reſiſtentia: ergo non dabitur primũ mutatũ eſſe: nã primum mutatũ eſſe (vt in cõmentis exponebamus:) eſt primum eſſe in termino ad quẽ: ꝛ tamẽ in hac mutatione, cũ inſtans preſens ſit vltimũ eſſe in termino a quo, non dabitur primũ inſtans eſſe: in termino ad quẽ: alias duo inſtantia eſſent immediata. ¶ Secundo principaliter arguit contra id quod in eodem textu ſubiungitur. ſ. ꝙ motus non incipit per primũ ſui eſſe, ſed per vltimũ non eſſe. Si mulier pregnans ambularet, ꝛ in medio motu animaret fetus per primũ ſui eſſe: fetus inciperet moueri ꝑ primũ ſui eſſe: nã illo inſtãti: moueret ad motũ matris: ꝛ antea non mouebat. Et ſi hõ cadẽs ab alto ĩ media via exhalaret aĩaꝫ, ita vt cadauer inciperet eſſe ꝑ primũ ſui eſſe, tunc illud eſſet primũ inſtãs motus cadaueris, nã eſt inſtãs mediũ tp̃is, quo durat motus, cui⁹ prima medietate mouebat hõ, ꝛ ſcd̃a cadauer: ergo motus incipit per primũ ſui eſſe. Eodẽ mõ impugnatur id quod habetur tex. 52. ſ. ꝙ ante omne moueri, precedit mutatum eſſe: nam ſi res incipit moueri per primum ſui eſſe, ante illud nullum preceſſit mutatum eſſe. ¶ Tertio igitur principaliter arguit, contra id quod habet text. 55. ſ. ante quodlibet mutatum eſſe precedere moueri. In prima creatione mundi res omnes mutate ſunt, de non eſſe: ad eſſe ꝛ tñ ante illud mutatũ, nõ ꝓceſſit moueri. Idem eſt de productionibus rerum indiuiſibilium, puta intellectionum ꝛ volitionũ, que in inſtanti producuntur. ¶ Quod ſi reſponderis intelligendũ illud eſſe, de his que per motum fiũt. Arguitur ſic. Sint duo lapides plani cõtigui. A. et. B. et mobile ſit ſuper. A. taliter vt vltima linea terminatiua mobilis, ſit ſuper lineam terminatiuam ipſius. A. et incipiat moueri per. B. Tũc arguitur ſic. Immediate poſt hoc linea terminatiua mobilis erit ſuper lineam initiatiuã. B. ergo tunc iam mobile erit mutatum: ꝛ tamẽ ante illud mutatum eſſe, nullus preceſſit motus: quia linea terminatiua. A. ꝛ linea terminatiua. B. erant cõtigue immediate, inter quas proinde nõ intercedebat ſpatium per quod fieret motus. ¶ Quarto principaliter arguitur ad partem affirmatiuam queſtionis. Si motus non inciperet per primum ſui eſſe, ſed per vltimũ nõ eſſe, ſequeretur, ꝙ multe res permanentes, inciperent per vltimum nõ eſſe: conſequens tamen eſt falſum: eſt eñ vulgata inter Philoſophos differentia, inter res ſucceſſiuas et permanentes, ꝙ ſucceſſiue incipiunt per vltimum nõ eſſe, premanẽtes vero, per primũ ſui eſſe. Quod autẽ ſequatur, patet. Primo lumẽ produceretur per vltimũ non eſſe: nam ſi detur candela que poteſt illuminare vſqꝫ ad certam lineam excluſiue. ſ. in qua primũ eſt nõ gradus luminis, ꝛ incipiat moueri verſus illam, incipiet lumen eſſe vltra illã per vltimũ non eſſe: ꝛ idẽ erit de viſione, ſi potentia viſiua extendatur per maximam diſtantiam, vſqꝫ ad certam lineam excluſiue, ꝛ viſibile ſit modo in illa linea, ꝛ incipiat moueri verſus oculum. ¶ In contrarium eſt ſententia Ariſtote.

¶ In ordine partium motus, de quo queſtione preſente diſſeritur, tria eſt cõſiderare. ſ. initiũ, finem, ꝛ media. De extremis, agit in capi. 5. ꝛ de medijs in ſexto. Tota vero materia decem cõcluſionibus colligitur. Incipitur autem

Fundamẽtum. a fine, ꝛ termino motus. Atqui in text. ſtatim. 40. iacitur fundamentũ, ꝙ mobile qñ mutatũ eſt, nõ eſt in termino a quo, ſed in termino ad quem. Id quod ꝛ nomẽ ipſum ſignificat, ꝛ in tribus illic cõ-

Conclu. 1. mentis explicatũ eſt. ¶ Hoc ſuppoſito ſubdit prima cõcluſio in text. 44. Illud primum temporis, quo res mutata eſt, eſſe nequit diuiſibile tẽpus: ſed neceſſe eſt eſſe nunc indiuiſibile. Exẽpli gratia ſi res mouetur ab. A. in. B. id in quo primũ verum eſt dicere rem eſſe in. B. eſt indiuiſibile inſtans. Nam detur contrariũ, puta ꝙ ſit tẽpus. v. g. vna hora, tũc cũ per totã horam quieſcit in. B. iam in prima medietate res erat mutata in. B. et per conſequens tota hora non erat tempus, in quo primum mutata eſt. Et eadẽ ratione neqꝫ in medietate erat primum mutata: quia in prima quarta iam fuerat in. B. et cũ nulla detur tã parua pars tẽporis, quin in parte illius fuerit in. B. fit vt nullũ ſit tempus in quo primũ res mutata eſt. Eſt ergo inſtans. Eadẽ eſt ratio in alijs omnibus generibus motus. Primũ eñ eſſe cuiuſcũqꝫ gradus acquiſiti intenſionis, ꝛ primũ eſſe cuiuſcunqꝫ acquiſite quantitatis in augmẽtatione, et primũ eſſe acquiſitionis forme ſubſtãtialis, in minima materia, neceſſario eſt inſtãs indiuiſibile. ¶ Hinc ſequitur ſecũda cõcluſio in tex. 46. Cuiuſ-

Conclu. 2. cũqꝫ motus penes finem datur primũ mutatum eſſe. Manifeſtum corollariũ eſt ex priori concluſione. Vt in motu locali, datur primũ inſtans eſſe in hoc loco quo ventũ eſt per motũ: ꝛ in motu alterationis datur primũ eſſe huius gradus intenſionis: ꝛ in motu augmentationis, primũ eſſe huius quantitatis: ꝛ in generatione, primũ eſſe forme in materia. ¶ Probatur concluſio in motu locali: ex quo manifeſta fiet in alijs. Si eñ res mouetur ab. A. in. B. aut incipit eſſe in. B. per primũ eſſe, aut per vltimum non eſſe (quia non eſt dare medium) non ſecũdum: ergo primum. Probatur minor. Detur vltimum non eſſe in. B. et ſequitur ꝙ mobile in illo inſtanti non eſt in. B. Si autem non eſt tunc in puncto. B. ergo per aliquã diſtantiam diuiſibilẽ diſtat a. B. nam duo puncta ſpatij non poſſunt eſſe immediata. Et inde rurſus ſequitur ꝙ immediate poſt hoc inſtans ſignatum non erit in. B. (nam vt tranſeatur diuiſibilis diſtãtia, tẽpore opus eſt) ꝛ per cõſequens illud inſtãs, nõ eſt vltimũ non eſſe in. B. Simile eſt argumẽtum de quocũqꝫ certo gradu qualitatis, aut quantita-

Cõclu. 3. tis. ¶ Tertia cõcluſio eſt in eodem tex. 46. Penes initium motus nõ datur primũ eſſe motus. Hanc probat tribus rationibus. Prima eſt hec. Illud primum eſſe motus, aut eſt tempus diuiſibile, aut indiuiſibile inſtans: inſtans eſſe non poteſt quia in inſtãti eſſe motũ, iã monſtratũ eſt eſſe impoſſibile. Quod aũt neqꝫ ſit tẽpus, probat. Si eſt tẽpus, tũc aut mobile quieſcit per totũ illud, ꝛ ſic nõ eſt primũ eſſe motus: aut per aliquam partem quieſcit, ꝛ per alterã mouet: ꝛ tunc nõ eſt ſcd̃m ſe totũ primũ eſſe motus, ſed ſecundũ partẽ. Si vero detur particula tẽporis per quã totam primo mouetur, in medietate illius iam prius mouebatur, ꝛ per conſequens tota particula tẽporis non eſt in qua primũ per ſe mouetur. Et eadẽ ratione nec medietas: qꝛ in priori quarta prius iam mouebatur. Et cũ tẽpus ſit in infinitũ diuiſibile, nulla dabitur pars tẽporis, in qua per ſe primũ res moueat. ¶ Secunda ratio eſt in tex. 48. ꝙ quando mobile trãſit per aliqđ punctũ fixũ, nõ datur prima pars que trãſiuit. Et tertia eſt in text. 49. ꝙ neqꝫ in ſpatio per quod mobile mouetur, dat prima pars pertranſita: ſed ante quamlibet fuit minor peracta. Que quidem in cõmentis ſunt diffuſius

expoſite. ¶ Quarta cõcluſio eſt in tex. 52. Ante qđ libet moueri precedit mutatum eſſe. Hanc demõſtrat Phi. ex tribus rõnibus que in cõmentis expoſite ſunt. Prima ſumitur ab ſpatio, ꝙ quemadmodum in ſpatio per quod fit motus ante quamlibet partem eſt punctũ, ita ꝛ in motu ante quodlibet moueri eſt mutatum eſſe, vt enim partes linee continuantur per puncta, ita ꝛ moueri reſpõdenter per mutata eſſe. Secũda ſumitur a tẽpore. Propterea mobile mouetur per totũ tempus, quia peruenit ad nunc terminatiuũ illius in quo verum eſt dicere mutatum eſſe, ſed ante quãlibet partem temporis eſt aliqđ nũc: ergo ante quodlibet moueri eſt mutatum eſſe. Eodẽqꝫ tendit tertia. ¶ Quinta concluſio eſt in tex. 55. Ante quodlibet mutatum eſſe, precedit moueri. Que eadem ratione probatur, qua precedens: nã cum motus nõ fiat in inſtãti: ſed in tẽpore in inſtanti vero res mutata ſit, ꝛ ante quodlibet inſtãs preceſſerit tẽpus, fit, vt ante quodlibet mutatũ eſſe ſit moueri. ¶ In tex. 58. demõſtrat eaſdẽ cõcluſiones in motu alterationis ꝛ augmentationis. Nam cũ intenſio qualitatis, augmentũqꝫ quantitatis non fiat, niſi in tempore, a cuilibet et inſtanti temporis correſpõdeat certus gradus qualitatis, aut certa magnitudo quantitatis, ad quam res mutata eſt, eadem ratione ſequitur, ꝙ ante quodlibet intendi, erit intẽſum eſſe, ꝛ ante quodlibet augeri, auctũ eſſe: ꝛ ante quodlibet intenſum eſſe, intendi, ꝛ ante quodlibet punctum eſſe, augeri. In text. deniqꝫ. 59. oſtendit idẽ quodãmodo vſu venire in corruptione ꝛ generatione ſubſtantie: non tñ modo ſimpliciter eodẽ. Nã forma ſubſtantialis aeris. v. g. que generatur ex aqua incipit in inſtãti: ꝛ ideo ante illud primũ mutatũ eſſe non precedit moueri eiuſdẽ generis. i. generari: precedit tamẽ alterari: quoniã terminus alteratiõis eſt generatio ſubſtantie. ¶ Quod ſi quis arguat contra quartã et quintam concluſionem. Si ante quodlibet moueri eſt mutatum eſſe, et ante quodlibet mutatum eſſe eſt moueri, ſequitur vt ante quodlibet mutatum eſſe ſit etiam mutatum eſſe: quod obuiare videtur ſecunde concluſioni, vbi dictum eſt dari primum mutatum eſſe. Reſpondetur, ſecundam concluſionem ſolum aſſerere quod verſus finem motus datur primũ mutatum eſſe. vt ſignato loco certo ad quẽ res mouetur, datur primũ inſtãs mutati eſſe in illo loco. Nihilomin⁹ loquẽdo in gñe, ante qđlibet mutatũ eſſe eſt aliud muta-

Cõclu. 4. (margin, beside "expoſite. ¶ Quarta cõcluſio")

Conclu. 5. (margin, beside "tia. ¶ Quinta concluſio")

mutatum eſſe. Nam anteꝗ̃ res ſit in .D. loco fuerat in .C. ꝛ antea in .B. ꝛc. ſignando diuerſa puncta ſpatij. Et proportionabiliter in intenſione et augmentatione, ſi res intenditur ab vno gradu vſq; ad duo, licet detur primū eſſe in duobus iuxta ſecundam concluſionem, nihilominus iuxta quartam ꝛ quintam prius fuit ſub vno cum dimidio, et prius ſub vno cum vna quarta ꝛc. Quare nulla eſt contradictio.

¶ At quāquā ex his textualibus cōcluſionibus poſſet quiuis forte diſcernere quo queque res naturalis inſtanti incipiat, deſinat ve, quo tamē minori id negotio fiat quinq; alias cōcluſiones ſubijciamus. Poſſumus enim quas alij plurimas multiplicant, arte ꝛ modo ſub has paucas cogere.

Quatuor inſtantia.

¶ Supponatur in primis ex dialecticis exponibilibus duo eſſe inſtantia quibus res in vniuerſum incipiunt .ſ. primum eſſe ꝛ vltimum non eſſe: duoq; item, quibus deſinunt .ſ. vltimum eſſe ꝛ primū non eſſe. Primum eſſe eſt inſtans affirmatiuū intrinſecum tempori durationis: nēpe quo res eſt, ꝛ immediate ante illud nō fuit. Ultimū non eſſe eſt negatiuū extrinſecūq; .ſ. quo res nō eſt, ꝛ immediate poſt illud erit. Et pari proportione, vltimū eſſe eſt id quo res eſt ꝛ immediate poſt illud non erit: ſed primum non eſſe eſt id quo res non eſt et immediate ante illud fuit.

Prima diſtinctio.

¶ Mox prenotande ſunt quatuor diſtinctiones. Prima. Rerum alie ſunt indiuiſibiles. vt angelus, anima rationalis, intellectio, volitio, ꝛc. alie vero diuiſibiles. vt homo, lignum, ꝛ omnes forme corporee, tam ſubſtantiales quam accidentales.

2. Diſtin.

¶ Secunda. Rerum diuiſibilium alie ſunt permanentes. vt hec que modo dicte ſunt alie vero ſucceſſiue. vt motus atque tempus.

3. Diſtin.

¶ Tertia. Harum omnium rerum alie producuntur cum reſiſtentia et expulſione contrarij. vt anima rationalis, aſſenſus, ignis, calor, ꝛc. alie producuntur ſine reſiſtentia ꝛ expulſione cōtrarij. vt angelus, lumen, ſpecies viſibiles per medium.

4. Diſtin.

¶ Quarto de rerum inceptione ꝛ deſitione loqui poſſumus aut naturaliter, aut ſupra naturaliter.

Cōclu. 6.

¶ His prehabitis ſit noſtrarum prima cōcluſio, que ſit numero .6. Res omnis, ſiue diuiſibilis ſit, ſiue indiuiſibilis, que producitur ſine reſiſtentia ex natura inceptionis incipit per primū eſſe, ꝛ deſinit per vltimū ſui eſſe. vt angelus, qui a ſolo deo produci poteſt, hoc modo incepit. Probat: q2 cū nō fuerit ꝓductus per motū, cepit eſſe ſicut inſtās ipſum. Et pariter ſi a deo nūc annihilaret, deſineret ſicut ꝛ ipſum inſtās. Adiecimus, ex natura inceptionis, vt locū daremus illi caſui ſuperioris queſtiōis: ſi forte poteſt Deus nūc producere angelū per vltimū non eſſe: nō quidē in inſtanti, aut mēſura indiuiſibili (que nulla eſt immediate poſt hac) ſed ſolum ꝙ nunc non ſit et immediate poſt hoc erit cōſeruatus per aliquod tempus. Et pariter nō repugnat ꝙ annihilet per primum nō eſſe. Eadē ratione notitia incipit per primum ſui eſſe: ꝛ ſi deſinat per ſubſtractionē aduertentie, deſinit per vltimū ſui eſſe. Tametſi forſan difficile, aut forte impoſſibile naturaliter eſt, vt tantum duret per inſtans vnum, quod ſit primum ꝛ vltimū eſſe. Eodem modo ſi nunc a Deo produceretur in tenebroſo aere vnū luminoſum per primum ſui eſſe, eodem inſtanti diffunderet lumen per totam ſuā ſpheram: ita vt primum eſſe luminoſi eſſet primū eſſe luminis per totum medium.

Corolſ.

¶ Hinc ſequitur corollarium, ꝙ omnes res que a ſolo Deo producuntur, tam corporee q̃ incorporee, quia producuntur ſine reſiſtentia, incipiunt per primū ſui eſſe. vt quando primo conditus fuit mundus omnes creature inceperūt per primum ſui eſſe.

Cōclu. 7.

¶ Septima cōcluſio. Motus ꝛ tēpus, ꝛ ſi que ſint alie res ſucceſſiue, incipiunt per vltimum nō eſſe, ꝛ deſinūt per primū nō eſſe. Hec ꝓpoſitio manifeſte colligitur ex textualibus cōcluſionibus. Cum enī in tertia dictū ſit ꝙ non datur primum eſſe motus, ſed (vt aſſerit quarta) ante quodlibet moueri datur mutatū eſſe, neceſſario ſequitur ꝙ motus incipit per vltimū nō eſſe. Rurſus ſi (vt aſſerit ſcda) in fine motus datur primum mutatū eſſe, illud erit primum non eſſe motus. Neq; Deus per ſuam omnipotentiā pōt facere, vt motus incipiat per primū ſui eſſe: quia ſicut non pōt facere quominus quacunq; parte continui detur minor: ita neq; facere poteſt quin ante quamlibet partē motus preceſſerit minor, q̃ eſt pars eius.

Cōclu. 8.

¶ Hinc appendet concluſio octaua. Omnis res que incipit ſimul cū motu, et per modum motus, incipit per vltimū non eſſe: ꝛ omnis que deſinit ſimul cum motu deſinit per primum non eſſe. Exempli gratia. Detur luminoſum cuiꝰ lumen extenditur per cubitabile ſpatium aereū. Tunc cū lumen extendatur vniformiter, difformiter a ſummo gradu vſq; ad non gradum, neceſſe eſt ꝙ ſphera luminis ſit maxima que ſic ꝛ terminetur per primum nō eſſe luminis .i. per lineā in qua nō eſt lumē ꝛ citra illā eſt lumē: nā in quacūq; linea ſpatij ſit lumen, vltra illā adhuc eſt remiſſius lumē. Data ergo linea pͥma vbi nō eſt lumen, verſus quam incipiat luminoſum moueri, in illo inſtanti verum erit dicere, nunc non eſt lumen vltra hanc lineā, ꝛ immediate poſt hoc erit vltra illam. Item ſi diſtantia ad quā oculus videre poteſt terminetur (vt exiſtimo) ad lineā in qua non poteſt videre, ꝛ citra quam poteſt, tunc viſio incipit per vltimum non eſſe. Etenim ſi viſibile a remotis moueatur verſus me, in inſtanti quo fuerit in illa linea, nō videbo illud, ꝛ immediate poſt illud, videbo. Et ſi rurſus dimoueatur a me, quādo fuerit in illa linea nō videbo, ꝛ immediate ante videbam. Unde illa diſtātia linee erit minima per quā non poteſt fieri viſio. Concluſio eſt manifeſta, quia huiuſmodi forme, quia producuntur ſine reſiſtentia, producuntur per modum motus, quo fit applicatio agentis et paſſum.



Cōclu. 9.

¶ Nona concluſio. Forma ſubſtantialis, que producitur cum reſiſtentia et expulſione contraria, incipit per primum ſui eſſe, et deſinit per primum nō eſſe. Exēpli gratia. Cū ex aqua fit aer, aer incipit per primum eſſe quod eſt primum non eſſe aque, ꝛ ſi rurſus aer corrumpatur in aquam, deſinit eſſe aer per primū nō eſſe, quod eſt primū eſſe aque, cōcluſio probatur, primū authoritate Ariſ. 8. huius tex. 69. vbi ait, ꝙ inſtans trāſmutationis attribuitur poſteriori tēpori reſpectu rei, que generatur, quando enī aer generat ex aqua, totū tēpus non eſſe aeris, quod eſt tēpus eſſe aque, diuiditur a tēpore quo eſt aer, que quidē tēpora continuantur per inſtans, quod eſt finis prioris, ꝛ initium poſterioris. Illud (inquit) Ariſto. attribuendum eſt poſteriori tempori .i. tempori ipſius eſſe

aeris,



aeris, atq; adeo illud eſt primū inſtans eſſe eius, et cū ſimul in eadē materia eſſe nequeant forma ignis ꝛ forma aque, fit vt idem ſit inſtans primū non eſſe aque. Et rō preterea eſt, manifeſta. Nā ſubſtātie huiuſmodi producuntur per motū preuiū alterationis: diſpōnes autem requiſite ad introductionē forme, terminant per certū gradum intrinſece: datur enī minima diſpoſitio, que ſufficit ad introductionē forme ſubſtātialis: vt lib. 4. q. 4. dictum eſt, vt primum eſſe illius diſpoſitiōis ſit primum eſſe forme ſubſtantialis: quod eſt primū mutatū eſſe, terminās motū alterationis iuxta tenorē ſecunde concluſionis textualis. Habet cōcluſio verū, etiā in productione anime rationalis: que licet ſit indiuiſibilis, neq; educatur de potentia materie, producit tamen cū expulſione forme cōtrarie, que reſiſtit diſpōnibus anime rōnalis: ꝛ ideo dat primū eſſe anime in corde: ſi illa eſt prima pars, q̃ informat. Sed deinde ſucceſſiue animat totū. ¶ Quo fit vt detur etiā primū inſtās anime in toto corpore: nēpe in quo verū eſt dicere: nunc eſt in toto .i. in qualibet parte, ꝛ non immediate ante hoc fuit in qualibet parte. Quēadmodū ſi ignis ſucceſſiue inflāmat cubitale lignū, dabit primū inſtās eſſe in toto ſincathegorematice .i. in qualibet parte. ¶ Nihil tn̄ repugnat, quominꝰ ſupranaturaliter Deus poſſit ꝓducere huiōi formas ꝑ primū nō eſſe. Eaſq; annihilare ꝑ vltimū eſſe.

Cōclu. 10.

¶ Decima cōcluſio. Calor incipit eſſe ꝑ vltimū nō eſſe: ſi id mō verū ſit, qđ lib. 1. q. 4. dicebamus .ſ. ꝙ nō datur minimus calor qui producitur in aliqđ paſſum. Qđ re vera veriſimiliꝰ multo eſt quā cōtrariū. Nā ignis quam primū applicatur ligno, agit ſi ſit maior virtus actiua ignis q̃ reſiſtiua ligni: nec videtur quomodo agat, niſi per calorē: nā ſi eū dicas prius exiccare, certe id nō facit, niſi per calorē. Quare ſi agens eſt maioris actiuitatis quā paſſum ſit reſiſtētie, quā primū applicat, producit calorē. Uel ſi cōtendis calorē nō eſſe primā diſpoſitionē, intelligat ꝯcluſio de prima diſpoſitione, quam agens producit in aliquod paſſum. Quā neceſſe eſt non dari minimā, eo qđ agēs nihil habet expectare vt eā incipiat producere. Hoc habito probat cōcluſio. Calefactiuū debet applicari paſſo per motum: ergo primum non eſſe applicationis erit vltimū non eſſe caloris in paſſo minoris reſiſtentie. Itaq; nūq̃ dabitur aliquis gradus caloris in paſſo, quin ante fuerit minor. Huius tamen concluſionis intellectus permultū pendet ex his que libro proximo dicturi ſumus de proportione potentie ſuper reſiſtentiam. Quare de his ſatis.

¶ Igitur vt ad argumenta principalia reſpondeamus, primum nō militat cōtra nos, qui lib. 4. q. 3. impoſſibile cenſebamus motū fieri in inſtanti, etiam in vacuo. Qui vero cōtrarie fuerint ſententie reſpondeant doctrinā hanc Ariſto. intelligi in motibus tantū corporū naturalibus, vt rei veritas eſt. ¶ Ad caſus ſecundi argumenti et alios eis ſimiles reſpondet Paulus Uenetus, ꝛ fere Philoſophi, ꝙ motus de per accidens (.ſ. quo res mouetur ad motum alterius in quo eſt) nihil vetat quominus ꝑ primū ſui eſſe incipiat. Infans autem qui animat in medio motu matris, incipit moueri per accidēs ad motū matris. At vero forſan eſſet vero ſimilius, ꝛ ex ſententia magis Ariſto. ꝙ in illo primo inſtanti eſſe infantis: nō mouetur infans, quia vt dictū eſt text. 29. in inſtanti non eſt motus: ſed tunc incipit moueri per vltimū nō eſſe. ¶ Quod ſi quis replicuerit, in illo inſtanti verū eſſe dicere matrē moueri, vt ſupra explicatū eſt. q. 1. ſicut in quolibet inſtāti, verū eſt dicere diē eſſe: ergo ꝛ infans tūc mouetur. Poſſet cōſequētia negari: quia tūc eſt mutatum eſſe continuatiuū partiū motus materni: nō tn̄ partium motus infantis: q2 nulle tales partes preceſſerūt. Sed tunc cōcedendū eſt, ꝙ nō in quocunq; inſtanti verū eſt dicere aliquid moueri, verū eſt dicere moueri oia que ſunt in illo. Et ideo poſſet non improbabiliter teneri prima ſolutio. Et eadē eſt ratio ſi currente rota figuli affigat ei lutū: dabit enī tūc primū inſtās huius, qđ eſt eſſe affixū, et in illo incipit lutū moueri circulariter: aut per primū ſui eſſe, ſecūdum primā ſolutionē, aut per vltimū nō eſſe, ſecundū alterā. ¶ Illud autem de homine a turri cadēte, qui in medio motu vitā efflauit maiorē habet difficultatē. Nā cū motus ſubiectetur in toto cōpoſito .i. totū ſit id, qđ mouet, ꝛ cadauer incipiēs per primum ſui eſſe ante illud inſtans nullatenus mouebat neq; per ſe, neq; per accidens, male videt ſuſtineri poſſe, ꝙ in illo inſtanti cadauer moueat. Sed neq; eſt ſine difficultate dicere ꝙ tūc incipit moueri, per vltimū nō eſſe: nā tūc ſequeretur duplex incōueniens: vnum, ꝙ motus ille interrūperetur: qđ eſt cōtra experientiā; alterum ꝙ interrūperetur per ſolū inſtās: qđ videt cōtra Philoſophiam vt lib. 8. diſputauimus. Atq; adeo ſequeret ꝙ caſus hominis, ꝛ caſus cadaueris non eſſent tunc contigui: cuius cōtrariū diximus lib. 5. q. 3. Et ideo probabilius forte dicet, ꝙ cum materia in qua ſuccedūt diuerſe forme, cōtinuo moueat, licet per accidēs ad motū prius hoīs, et poſtea cadaueris, in quocūq; inſtanti intrinſeco illius tēporis mouet cadauer, etiā in primo ſui eſſe. Neq; hoc eſt cōtra Phi. qui ſolū negat primum eſſe motus, qui incipit poſt quietē eiuſdē mobilis eiuſdēq; materie: motus autē cadaueris ſuccedit motui hominis cōmunicantis in eadē materia. ¶ Ad tertiū reſpōſum eſt in ſexta cōcluſione. Res enī que ſine reſiſtentia ꝛ ſine expulſione cōtrarij producunt, incipiūt per primū ſui eſſe abſq; motu preuio. Quando vero Ariſt. negat primū mutatū eſſe, intelligit quādo res mutat ſucceſſiue de loco ad locū, aut de gradu ad gradū qualitatis, aut q̃titatis: vbi neceſſe eſt trāſire ꝑ mediū. vt in prefata cōcluſione expoſitū eſt. ¶ Ad replicā vero, rūdet ꝙ ſi mobile cuius linea terminatiua eſt ſup linea ſpatij A. incipiat per vltimū nō eſſe moueri ſup ſpatiū B. nunq̃ dabitur inſtans, quo linea prima mobilis ſit ſuper lineā initiatiuā .B. ſpatij: alias daret inſtans futurū immediatū huic inſtanti: ſed quocūq; inſtāti dato poſt hoc ante illud aliqua pars mobilis erit vltra lineā initiatiuam .B. ſpatij. Et ideo non dabitur primū mutatum eſſe, ſed quocūq; puncto ſignato in .B. in quo poſt hoc erit mobile, prius erit in alio propinquiori. ¶ Ad quartum deniq; argumentū reſponſum eſt in octaua concluſione. Nēpe ꝙ ille forme que incipiūt per modū motus, incipiūt per vltimū nō eſſe. Neq; vſq; Ariſt. fecit regulā generalē ꝙ oīs res permanēs incipiat per primū ſui eſſe: ſed ſolū dixit lib. 8. tex. 69. ꝙ generatio forme ſubſtantialis incipit ꝑ pri-

solut. 2. arg

mum ſui eſſe, vt diximus in nona cōcluſione. Nō id tamen de lumine ⁊ viſione, ſed neq̃ de calore, aut p̄ma diſpoſitiōe, q̄ introducit ab agēte naturali, verū habet vt cōcluſiōe decima dicebam⁹.

Tex.86. Id quod impars eſt nō contingit. &c.

## ¶ Quæſtio quarta.

### VTRVM INDIVISIbile poſsit moueri.

AD partē affirmatiuam arguitur primo. Anima mouet̄, dum homo mouet̄, quia motis nobis mouentur ea que in nobis ſunt. Quod ſi ſententia Ariſto. gloſſet̄ de indiuiſibili, quod habet poſitionē in cōtinuo, vt eſt punctū. arguitur ſic. Si perfecte ſphericū moueatur ſuper planū, tunc ſolū punctū eſt quod tāgit ſpatiū: ergo indiuiſibile mouetur. Nec facere videt̄ ſatis ſiquis reſponderit ꝙ illud punctū, mouet̄ per accidēs ad motū totius ſphere: nā qua rōne illud punctum moueret̄ in toto, mouet̄ ſi eſſet a Deo ſeparatum. ¶ Secūdo p̄ncipaliter arguit̄. Si indiuiſibile nō poſſet moueri, id maxime eſſet ꝓpter rōnē Ariſt. q᷑ neceſſe eſt id qd̄ mouet̄ partim eſſe in termino a quo, ⁊ partim in termino ad quem: ſed in motu eiuſdē ſphere ſup planū apparet rō illa deficere: nā cū punctū quo ſphera tāgit planū ſit indiuiſibile, non pōt eſſe partim in termino a quo ⁊ p̄tim in termino ad quē. Quin immo nuſq̃ eſt: niſi ſup punctum ſpatij. ¶ Et inde ſumit̄ aliud argm̄, ꝙ pūcta ſpatij ſunt imediata: nā immediate poſt hoc punctum erit in alio pūcto. ¶ Tertio deniq̃ ⁊ poſtremo arguit̄. Angelus eſt indiuiſibilis: tamē mouet̄ localiter. vt eſt illd̄ matth.28. Angel⁹ Dn̄i deſcēdit de celo, ⁊ alia complura teſtimonia ſcripture. Et in hoc itē caſu deficit rō Ari. Qm̄ pōt angelus occupare locū pedalē, ⁊ moueri ſucceſſiue in locū ſibi proximū ⁊ attiguū, vt ſit ſimul in parte primi loci ⁊ in parte ſecundi: atq̃ adeo partim ſit in termino a quo, ⁊ partim in termino ad quē. ¶ In contrarium eſt authoritas Ariſto.

¶ In quatuor reliquis capitulis libri.6. nihil adnotauimus, quod in queſtionē eſſet reuocandū (adeo ſunt in cōmentis cūcta perſpicua) preter hoc vnū in tex.86. qd̄ ⁊ tex.32. predixerat. Nempe ꝙ indiuiſibile nō mouet̄ per ſe. Cuius cōcluſionis vtrūq̃ terminū diſtinguit expoſitq̃ Ph. vt in cōmētis explicatū eſt. Aut vt paulo altius rem agamus. Indiuiſibile idē pollet qd̄ res q̄ partibus caret. Quocirca quot ſunt partiū differētie, tot ſunt ⁊ indiuiſibiliū modi. Sunt em̄ partes ſubiectiue reſpectu ſpēi. vn̄ atoma. i. indi-

Indiuiſibile.

uiſibilis ſpēs dr̄, que nō diuiditur in plures ſpēs. vt hō. Et indiuiduum numero dr̄, id qd̄ nō habet ſub ſe alia indiuidua. vt petrus. Et hmōi indiuiſibilia (ait Ph.) nihil ꝓhibet quo minus per ſe moueant̄. Alie ſunt partes eſſentiales. Vn̄ indiuiſibile hoc mō diceretur, ꝙ nō eſt diuiſibile in plures p̄tes eſſentiales. Neq̃ de hoc indiuiſibili eſt preſens ſermo. Nā lz vera eſſet opinio Cōmētatoris, ꝙ celū eſt forma ſimplex, nō cōſtās ex materia et forma, nihil repugnaret vt moueret̄ localr̄. Alie ſūt p̄tes integrales. Et hoc mō res dr̄ indiuiſibilis, q᷑ neq̃ hēt nec hēre pōt p̄tes integrales. Sz hmōi indiuiſibile adhuc eſt duplex: aliud quod nō hēt poſitionē in cōtinuo, ſz eſt res ſp̄ualis. vt De⁹, angel⁹, aīa rōnalis: que lz ſit in corpore, eſt tn̄ in qualibet ei⁹ parte. Aliud eſt indiuiſibile habēs poſitionē in ꝯtinuo: vt ſunt pūcta. Et quāuis de hoc ſolo loquat̄. Phi. nō tn̄ erit abs re de motu angeli nōnullā facere mentionē. Erūt ergo duo breues articuli: primus de puncto, alter de angelo. ¶ Scd̄s termin⁹ cōcluſionis eſt, moueri per ſe, mouet̄ em̄ id per ſe qd̄ nō mouet̄ ad motū alteri⁹. vt hō ambulās in terra: per accidēs autē, qd̄ mouet̄ ad motū alterius. Sed ſunt importuni q̄ propter neſcio que ſophiſmata deſerunt hāc doctrinam Ari. Aiunt em̄ tūc cōſequi oīa hec inferiora moueri p accidens. Nā lapis mouet̄ ad motū aeris diuiſi p motū lapidis: ⁊ aqua ſaltē aſcendens per fiſtulā moueret̄ per accidens: quia mouetur ad motum aeris atracti: immo oīa hec inferiora mouent̄ ad motū primi mobilis. ¶ His tn̄ reſpondemus ꝙ rem moueri per accidēs, eſt moueri ad motum alterius ſuppoſiti in quo eſt ⁊ quo defert̄, ſi ſit motus localis. vt homo vehitur equo aut naui: ⁊ accidentia ⁊ partes mouentur in toto. Et id mouet̄ per ſe, quod mouet̄ nō ad motum alterius in quo eſt tanq̃ in ſubiecto, aut in cōtinente ⁊ deferente. Itaq̃ tripliciter quantū ad rē preſentem attinet aliquid mouetur per accidēs. ſ. aut quia vehitur tanq̃ in cōtinēte vt homo naui: aut tanq̃ pars in toto, aut tanquā accidens in ſubiecto. ¶ Sed eſt preterea notandū quod quamuis Ph. ſolum loquatur de motu locali, poſſumus etiam rem tractare in alijs ſpeciebus motus.

Cōclu.1.

¶ His præhabitis reſpōdetur ad primum articulū queſtionis tribus concluſionibus. Prima eſt in tex. p̄ſenti.86. Indiuiſibile mouetur per accidens. Patet de pūctis, que mouentur ad motū continui. Idē cōſtat in anima rationali, que localiter mouetur ad motum hominis.

Cōclu.2.

Neq̃ vlla de hoc eē pōt dubitatio. ¶ Scd̄am nos extra textum addimus cōcluſionē. Indiuiſibile, quod non habet poſitionē in cōtinuo, poteſt per ſe moueri, nō quidē motu augmētationis, ſed tn̄ alteratiōis improprie dicte. Prima pars eſt manifeſta: q᷑ indiuiſibile augeri nequit. Secūda itidem cōpertiſſima eſt in angelo: qui ſcd̄m intellectum ⁊ voluntatē mutatur. Ille vero nō ſunt proprie alterationes: q᷑ nec ſunt corporee, nec alterāt ſubm̄ aut extra ſuā naturalē diſpoſitionē: ſed ſunt potius rei perfectiones. Idē eſt de anima, ſaltem ſeparata: nam in corpore: licet immediate exerceat ⁊ ſuſcipiat huiuſmodi actus, non eſt tn̄ illa que per ſe intelligit aut vult, ſed ſuppoſitum

Cōclu.3.

per eā. ¶ Tertia eſt cōcluſio Ariſ. in eodem textu. Indiuiſibile habens poſitionē in cōtinuo, quale eſt punctū, nullaten⁹ per ſe mouet̄. Probat rōnibus quatuor. Que licet in motu locali perſpicacius eluceāt, de omnib⁹ ſpē motus militant. Prima eſt in text.87. Id qd̄ mouet̄, qn̄ mouet̄, aut eſt in termino a quo, ⁊ hoc nō, q᷑ tūc nondū mouet̄: aut in termino ad quem, ⁊ neq̃ hoc dici pōt, quia tunc iā mutatū eſt: aut partim in termino a quo, et partim in termino ad quē: ⁊ tūc ſequit̄ eſſe diuiſibile. Qd̄ ſiquis heſitet nō eſſe hāc rōnem efficacem: nam ſi pedale mobile moueat̄ per ſpatium tripedale, a prima. ſ. pedalitate vſq̃ ad tertiā, qn̄ eſt in ſecūda nec eſt in primo termino a quo, nec in vltimo termino ad quē, is intelligat Phm̄. loq̄ de terminis primis, et quos aiunt immediatos. vt ſi pedale mobile mouet̄ a loco. AB. pedali i locū. BC. pedale priori cōtiguū aut cōtinuū, tādiu durat motus: quādiu vna pars mobilis eſt in aliqua p̄te prioris loci, ⁊ alia in parte ſcd̄i. Nā quando mobile adequate eſt in loco. AB. nōdum mouetur, ⁊ quā primū adequate fuerit in. BC. ceſſat moueri illo motu quo mouebat̄ ab. AB. in. BC.



¶ Attamen hanc rationem expendamus oportet: vtpote ꝙ ſi hanc intellexerimus, non opus eſt alias repetere.

Scotus.

Eſt em̄ Scotus qui.2. ſent. d.2. q.9. ad tertiū tenet, ⁊ quidē non ſine apparētia, ꝙ indiuiſibile pōt moueri motu cōtinuo, ſiue ſit angelus ſiue punctum, ſi daretur ſeparatum. ¶ Primum eius argumētum eſt, quod nos primo loco fecimus de motu ſphere ſup planum. Neq̃ ſatiſfacit reſpōſio, ſi negetur poſſe dari corpus perfecte ſphericum: tum quia celū eſt perfecte ſphericum: tum quia non repugnat diuinitus fieri. Solutio ergo ex mente Ariſto. eſt ꝙ illud punctū nō mouetur per ſe: ſed per accidēs ad motum ipſius ſphere. ¶ At vero pretermiſſis Scoti replicis, vidētur in eius gratiam difficultatē facere replicationes iſte. Primo ſi Deus potentia ſua ſepararet punctum illud a ſphera, qd̄ tamē illic cōſeruaret, vt moueret̄ ad motū ſphere, certe moueretur ſicuti nunc mouet̄ illud punctum quod eſt in ſphera: vel ſi angelus aſſiſtens illi puncto moueatur cū ſphera: ergo indiuiſibile per ſe poteſt moueri. ¶ Secundo ſi indiuiſibile nō poſſet per ſe moueri, id maxime eſſet vt infert Phi. tex.89. ꝙ linea ſpatij per quam fit motus cōponeretur ex punctis: nam punctū, quod moueretur, eſſe non pōt niſi in puncto ſpatij: ob idq̃ ſi ex hoc puncto mouetur motu continuo, neceſſe eſt vt immediate poſt hoc ſit in alio pūcto immediato huic in quo modo eſt: ſed hec ratio equam vim habet in illo puncto ſphere, quo tangit ſpatium: quod certe non tangit, niſi in puncto. Ob idq̃ (vt rn̄demus) ꝙ immediate poſt hoc erit in altero puncto ſpatij (vt, puncto, ſupponat confuſe) in nullo tamē erit immediate poſt hoc, reſpondere ſimiliter poſſemus ſi punctum ſeparatū moueretur. ¶ Et confir. hec ratio. Mathematici fatentur ꝙ ſi punctum duceretur per planum, relinqueret lineam, in qua nulla eſſent puncta immediata: ergo ex hoc ꝙ indiuiſibile pūctum continuo moueatur, non ſequitur puncta eſſe immediata in ſpatio. Certe res videtur difficilis. ¶ Ad rationem Phi. reſpondet Scotus ꝙ ſucceſſio cōpetit motui dupliciter. ſ. ⁊ ex parte ſpatij, eo quod prius pertranſitur vna eius pars q̄ alia: ⁊ ſecundo ex parte mobilis, vt ſubditur in tex.90. vt ſi mobile tranſiret per aliquod ſignū fixū, prius tranſiret anterior pars quā poſterior. Ait ergo ꝙ Phi. non negat indiuiſibile poſſe moueri motu cuius ſucceſſio proueniat ex parte ſpatij, ſed motu cuius ſucceſſio ꝓueniat ex parte mobilis. Nā cum indiuiſibile non habeat partes, non poteſt pars anterior tranſire per punctū fixum prius q̄ alia.

¶ Nihilominus litem hanc tribus propoſitionibus dirimimus. Prima eſt hec. Manifeſta eſt mens Ariſto. (neq̃ in dubium cadere pōt) indiuiſibile, quod habet poſitionē in cōtinuo nullatenus, poſſe per ſe moueri motu cōtinuo. Primo quia in vniuerſum ſine aliqua diſtinctione id negat. Deinde quia ſolutio Scoti (vel ego fallor) nō ſatiſfacit. Nam ſi id ſolum contēderet Ph. nihil opus habebat tot verba prodigere. Eſt em̄ per ſe notum ꝙ punctum indiuiſibile non poteſt ſucceſſiue trāſire per punctū fixum in ſpatio. Et perinde eſſet probare ꝙ indiuiſibile nō poteſt hoc modo ſucceſſiue moueri, ac ſi probaret̄ ꝙ indiuiſibile non eſt diuiſibile. Itē q᷑ rō prima Phi. procedit de ſucceſſione motus ratione ſpatij. Quā probat nō poſſe cōpetere rei indiuiſibili, hoc modo. Omne quod mouet̄, mouet̄ a quodā in quiddā. i. a termino a quo in terminū ad quē: ⁊ nō mouet̄ quando eſt in termino a quo, nec quando eſt in termino ad quē: ergo mouet̄ qn̄ eſt partim in vno ⁊ partim in alio: eſſe aūt partim in vno et partim in alio nō pōt eſſe, niſi ſit diuiſibile: ergo omne qd̄ mouet̄ eſt diuiſibile.

Ad.1.p̄n.

Vnde nō eſt hic petitio principij (vt aliqui putāt) ſed a ſufficienti diuiſione infert ꝙ debet quodāmodo id qd̄ mouetur attingere vtrūq̃ terminū, ⁊ inde ſubinfert eſſe diuiſibile. ¶ Scd̄a propoſitio eſt, ſi argumentum hoc Scoti procederet non eſſet neceſſe illud formare in ſphera: quia in quocunq̃ mobili, etiā ſi tangat ſpatiū ſcd̄m partē planam (vt ſi cubus moueret̄) procederet argumentū. vt Scotus ipſe deducit. Nam cuiuſcūq̃ rei que mouet̄ ſignabile eſt punctū in ſuperficie que tāgit ſpatiū qd̄ quidem nuſq̃ tangit ſpatiū, niſi in pūcto: de quo proinde procedit argumentū: ſicut de pūcto ſphere. ¶ Tertia ergo propoſitio qua reſpondet̄ ad argumentū Scoti ex mēte Phi. eſt. Senſus Phi eſt qd̄ in omni motu debent eſſe duo termini a quo ⁊ ad quē immediati: ⁊ per conſequens illi debent eſſe magnitudines: nā duo pūcta in eodē ſpatio non poſſunt eſſe immediata: ⁊ ſi ſint duo corpora cōtigua, inter lineas quibus ſe tangunt non pōt eſſe motus, q᷑ nulla eſt diſtātia. Suppoſito aūt ꝙ illi duo termini ſint magnitudines non poteſt mobile ab vna in aliā ſucceſſiue moueri, niſi partim ſit in vno termino ⁊ partim in alio: ⁊ per cōſequens id quod mouetur ſit magnitudo. Vnde ad formā argumenti bene reſponſum eſt ꝙ punctū ſphere mouetur ad motū ſphere, perinde ac ſi illa ſphera eſſet cubus, aut cuiuſcūq̃ alterius figure plane. Et ad replicā admiſſo ꝙ punctū illud ſeparet̄ a Deo, reſpondet̄ ꝙ illud non eſſet mobile motu ſucceſſiuo: nec Deus per ſuā omnipotentiā poſſet illud mouere motu cōtinuo per ſpatium: quia certe nullibi eſſet: nec poſſet tangere ſpatium: tactus enim nō eſt niſi in quantitate. ¶ Ad ſecundū

Ad ſcd̄m.

principale cōceditur illā eſſe rationē vnam inter alias, cur indiuiſibile nō poteſt moueri. Neq̃ deficit ratio in ſphera mota per planū: quia licet nō tangat, niſi in pūcto, nihilominus, quia illud nō mouetur, niſi ad motū totius corporis, quod dū mouetur partim eſt in termino a quo, et partim in termino ad quem, punctū illud mobilis quod nūc tangit punctū ſpatij non poterit immediate poſt hoc tāgere punctū aliud quin ante illud tetigerit infinita. Quare ex motu pūcti ad motū totius corporis nō ſequit̄ aliqua eſſe puncta in ſpatio immediata. Si tamē per ſe ſeparatū moueret̄ motu cōtinuo, intellectu eſt impoſſibile aliud q̄ qd̄ deberet moueri per puncta. Quā ob rē caſus

ille mathematicorum. ſ. ꝙ punctum ductum per planum faceret lineam, ſolum eſt ſecundū imaginationem ſi per impoſſibile ita poſſet moueri. Alias rationes Ariſtote. non eſt neceſſarium repetere poſt commentorum expoſitiones.

Articu. 2. ¶ Articulus quæſtiōis huius alter eſt de motu angeli. Cui⁹ in hac parte alia eſt ratio, ꝗ̃ puncti. Nam angelus, ꝗ̃uis ſit indiuiſibilis, eſſe tamē pōt in loco diuiſibili ⁊ in qualibet eius parte, veluti in corpore eſt anima. ¶ Eſt ergo hic dubitatio triplex. Prima vtrum poſſit angelus motu continuo moueri. i. ab extremo ad extremum per omnia media nullū tranſiliendo. Et de hoc citra controuerſiā concedunt doctores partem affirmatiuā. Scotus. 2. ſen. diſt. 2. q. 9. ⁊ q. vlti. ⁊ S. Tho. p. p. q. 53. art. 2. Et ratio eſt quā modo dicebamus: quia angelus poteſt eſſe in loco. v. g. pedali toto: poterit ergo moueri in proximū locum pedalē operando ſucceſſiue in illo ⁊ deſerendo primū. Tametſi proprie non ſit ille motus Phyſicus: ſicuti proprie nō eſt in loco. Nā etſi vere ſit in loco ſecundū ſubſtantiam (vt lib. 4. q. 2. dictum eſt) nō tamen continetur aut circunſcribit aut menſuratur loco. Unde ad tertiū argumentum negatur, eandem eſſe rōnem de angelo que eſt de puncto. Nam angelus eſſe pōt in loco diuiſibili. Si tamen poni poſſet in puncto, non poſſet motu continuo moueri, magis ꝗ̃ punctū ipſum per ſe ſeparatū. Sed ſcda dubitatio eſt. An poſſit moueri ab extremo ad extremum motu diſcontinuo nō trāſeundo per media. De quo. S. Tho. et Sco. diſſentiūt. Nā eodē articulo cōcedit. S. Th. partē affirmatiuam. Cuius eſt profecto egregia ratio naturalis. Ut enī angelus nō depēdet natura ſua a loco, q2 poſſet eſſe in vacuo, ⁊ qn̄ eſt in loco nō continet ab illo, ita nec in ſuo motu dependet a loco: ſed poteſt applicare ſe ad operandum in loco diſtāte ab eo in quo eſt, nō applicando ſe ad loca interiacētia. Sco. vero diſt. citata. q. vlti. licet nō adeo aſſertiue, probabiliter tamen tenet partē negatiuā. Cuius ratio eſt, q2 ordo (inquit) prefixus vniuerſo eſt vt loca nō diſtēt, niſi per media, ⁊ inde ſequit ꝙ eadē ſit lex omniū mobiliū, vt ab vno extremo non poſſint in alium moueri, niſi per medium. Ratio tamē hec facillime ſolutionis eſt. Nam etſi diſtātia locorū materialiū eſſe naturaliter nequeat, niſi per media, nō tamen ſubſequitur vt lex ſit immaterialiū rerū vt non poſſint tranſire, niſi per mediū: quando quidē neq̧ a loco pendent, neq̧ a materia. Maius tn̄ argumentum eſt, ꝙ eſt cogitatu difficile quomodo ab. A. in. C. tranſitus eſſe poteſt, niſi per aliquā viā. Attamē cū angelus res ſit ſpūalis, coniectari licet, ꝙ queādmodū cogitationē quis transferre pōt a celo ad terrā. i. nunc cogitare de celo et cōfeſtim de terra, nihil cogitando de elementis mediis, ita poteſt eſſe motus angeli. Idēq̧ proinde excogitari pōt de anima rōnali, cū exit de corpore. At vero de corpore glorioſo alia forte eſt rō. Sed iā hec res eſt theologa. ¶ Tertia demum dubitatio eſt: poſſit ne angelus in inſtāti moueri. Ubi adnotandum, ꝙ angelū in inſtāti moueri, nō eſt quod in eodē inſtāti ſimul ſit in t̄ro a quo ⁊ t̄ro ad quē. Hoc enī neq̧ eſſe poſſet ſaltem naturaliter: nec eſſet, moueri, nā moueri eſt vnū locū relinquere, et aliū acquirere: ſed eſt ꝙ in hoc inſtāti per primū ſui eſſe incipiat eſſe in termino ad quē, et immediate ante hoc fuerit in termino a quo diſtanti vbi quieſcebat. Et hoc ait eſſe impoſſibile. S. Th. 1. p. q. 53. arti. 3. Cuius rōnem ſumit ex Ariſt. in hoc 6. lib. tex. 32. vbi ait quieſcere rem, idē eſſe, quod ſimiliter ſe habere nunc vt prius: vnde nos elicuimus. q. 2. quietē deſinere non poſſe, niſi ꝑ vltimū ſui eſſe ad modū forme permanētis. Si ſit̄ detur vltimū eſſe in termino a quo, nō pōt dari primum eſſe in termino ad quē: alias illa duo inſtantia eſſent immediata: loquimur enī de inſtātibus indiuiſibilibus tēporis. Neceſſe eſt ergo, vt angelus, ſicut res alie, incipiat moueri per vltimū nō eſſe motus, vt nunc ſit in termino a quo tanq̧ in termino quietis, et immediate poſt hoc in termino ad quē. Quiquidē motus nō erit inſtātaneus, ſʒ ſubitaneus. Et ideo rn̄detur ad dubiū negatiue. Quod ſi moueatur motu diſcontinuo nō tranſeūdo per mediū poterit nūc eſſe in celo ⁊ immediate poſt hoc in terra. Si autē moueatur motu continuo, nūc erit in hoc loco ⁊ immediate poſt hūc erit in alio: nō tamē ſignabitur locus in quo erit immediate poſt hunc. Sed quocunq̧ poſt hunc dato, ante illum erit in alio.

¶ Finis ſexti Phyſicorum.



# Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper ſeptimum Phyſicorum Ariſtotelis Quæſtiones.

Textus. xj. Manifeſtum eſt igitur quoniam id quod mouetur. &c.

## ¶ Quæſtio prima.

VTRVM IN VNIVERSVM neceſſarium ſit mouens & motum eſſe ſimul.

ARgumentum libri huius ſeptimi (vt in commētis dicebamus) eſt manifeſtum facere, neq̧ in ordine mouentium, neq̧ in ſerie motorum in infinitum abiri: ſed et in mouentibus perueniēdum eſſe ad primum motorē, et in mobilibus ad vltimū motum, vt via ad lib. 8. muniatur: quo primus eſt motor perueſtigandus. In duo autem membra librum hunc partitiſumus. In prioribus nanque capitulis tribus tractatur axioma illud celebriſq̧ enunciatio. Omne quod mouetur ab alio mouetur. Illa enī eſt baſis prima ac fundamentum, vnde exquiſitio primi motoris proficiſcitur. In duobus vero reliquis agitur de proportione motuum. At vero tametſi in priori parte intentio hec fuerit Ph. tamen quia inter probandum meminit, mouens et motum debere eſſe ſimul, id diſſerit capit. 2. Atquia rurſus mētionem opus fuit fieri, alterationem primo et per ſe tantum contingere ſecundū paſſibiles qualitates tertie ſpeciei, id diſputat in tertio. Illud autem principium. Omne quod mouetur ab alio mouetur, ⁊ ꝙ in mouentibus ⁊ motis non ſit proceſſus in infinitum, quāuis hic proponat Phi. copioſius tamen ⁊ enucleatius diſſerit lib. 8. ⁊ text. 28. ⁊ infra: vbi proinde congruentius de hoc nos ſumus amplam queſtionem facturi: a qua proinde hic ſuperſedendum eſt. Alia vero duo puncta, cum ſint ſibi connexa, ſub hac vna queſtione complectimur. ¶ Arguitur ergo primo a parte negatiua. Finis mouet appetitū: et tamen non tangit eum: nam aliquando eſt diſtans, vt beatitudo: quandoq̧ vero mouet dum nō eſt, vt futura ſanitas mouet infirmū ad ſumēdā potionē. ¶ Scdo arguit. Cauſa vniuerſalis vere mouet iſta inferiora: nā ſol homo generāt hominem: ⁊ tamen non tangit effectum. Quinimo ignis paulo interuallo diſtans ab aqua calefacit eam: ⁊ tamen nō tangit illam. Et magnes trahit ad ſe ferrum diſtans. Et graue inquit Ariſto. 8. Phyſicorum. text. 32. mouetur a generāte: ⁊ tamen generans non tangit tunc ſemper graue: immo quandoq̧ nō eſt dum graue mouetur. Idē eſt argumentum de animali generante aliud, quod mouet ſemen a ſe diſtans: nam vſq̧ ad animationem fetus, omnis mutatio ſeminis attribuitur generanti: ⁊ tamen ſtat quandoq̧ generans tunc eſſe mortuum, idem fit argumentum de ſagitta. Et maxime de relatione que in me producitur, dum quis in India incipit eſſe albus. ¶ Tertio ad idem principaliter arguitur. Multa ſunt mouentia immaterialia que nō poſſunt tangere corpora, vt Deus qui vniuerſa mouet, ⁊ intelligentie que mouent orbes: tactus enim non eſt niſi duarum quantitatum. ¶ Quarto principaliter arguitur aduerſus id quod tex. xj. ad probādam concluſionem principalem inducit, nempe quod motus alterationis non eſt proprie niſi ſecundum tertiam ſpeciem qualitatis, ⁊ ideo illic tantum neceſſarium eſſe, vt mouens ⁊ motū ſint ſimul. Si ſecundum has tantum qualitates eſſet proprie alteratio, id maxime eſſet quia per ſe primus terminus alterationis eſt aliqua harū qualitas, relique vero conſequuntur ad has (nā per hoc probat text. 17. quod ſecundum habitus prime ſpeciei non eſt alteratio) ſed albedo ⁊ relique qualitates ſecunde nō ſunt primus terminus alterationis, nam reſultant ex intenſiōe aut remiſſione primarum qualitatum: ergo ſecūdum has qualitates ſecundas non eſt per ſe primo alteratio: ⁊ tamen ſunt de tertia ſpecie: ergo non ſecundum totam illam ſpeciem eſt per ſe motus: et per conſequens male in his ponit exempla Phi. ¶ Et confir. ratio in paſſionibus ſenſitiuis tam cognitiuis, quam appetitiuis ſecundum quas ait Phi. tex. 12. eſſe proprie alterationem. Motus obiectorum potentie cognoſcitiue non terminatur primo ad actus ſenſuum ſed ad ſpecies, ad quarum receptionem conſequitur ſenſatio. Et pariter in appetitu, ira, gaudium, ⁊ relique paſſiones non videntur per ſe primo eſſe termini alterationis, ſed ex motu locali ſanguinis a corde vel ad cor, vel ex motu alteratiōis ſcdm calorē, aut aliā primarum qualitatum ſubſequuntur ille paſſiōes: ergo ſecundum has non eſt per ſe primo alteratio. ¶ Quinto principaliter arguitur contra id quod habetur tex. 15. quod ſecundum quartā ſpeciem non eſt per ſe alteratio. Quando lapis ſculpitur per ſe primus motus illius eſt figura ⁊ forma: ergo pariter cum ex calefactione figuratur cera videtur quod terminus illius alterationis ſit figura, ſaltē ſicut eſt pallor aut alius color cere: et per conſequens ſicut ad tertiam, ita et ad quartam ſpeciem qualitatis eſt per ſe primo alteratio. ¶ Et confir. de ſecunda ſpecie quā illic pretermittit. Phi. Molle et durum ſunt qualitates ſecunde ſpeciei, vt patet in predicamento qualitatis: nam durum eſt naturalis potentia reſiſtēs diuiſioni, ⁊ molle eſt naturalis impotentia: et tamen eſt tam proprie ſecundum iſtas alteratio ꝗ̃ ſecundum alias ſecūdas qualitates: nam vt per

alterationem reſultant colores ⁊ ſapores varij, ita ⁊ mollicies et duricies. ¶ Sexto principaliter arguitur aduerſus id quod habetur tex. 17. videlicet quod ſecundum primam ſpeciem non eſt alteratio. Primo in habitibus corporis. Caliditas et frigiditas ponuntur ab Ariſtote. in prima ſpecie qualitatis: ⁊ tamen ſecundum has eſt alteratio. ¶ Et confir. ſi ſecundum ſanitatem, que eſt habitus corporis, non eſſet alteratio, aut eſſet vt inſinuat Ariſtote. quia eſt relatiuum: at ſanitas nõ eſt relatiuum ſecundum eſſe, ſed ſecundum dici poſtquã eſt ſpecies qualitatis: ergo nihil obſtat quin ſecundum illam ſit alteratio: ſicut ſecundũ alias qualitates: quamuis reſultet ex alteratione primarum qualitatum vt alie qualitates ſecũde. ¶ Septimo principaliter arguitur contra id quod habetur text. 18. quod ſecundum habitus morales non eſt alteratio. Fortitudo ⁊ temperãtia ſunt virtutes morales, que tamen ſunt in appetitu ſenſitiuo, maxime ſecundum. San. Thom. 1.2.q.56. articu. 4. et alibi ſepe: ergo qua ratione ſecundum iram ⁊ gaudium ⁊ alias paſſiones eſt proprie alteratio, vt habetur text. 12. erit etiam ſecundum has virtutes. ¶ Et confirmatur. omnes habitus omniũ virtutũ, tã ſenſitiuarũ, quã intellectualiũ ſunt intẽſibiles ⁊ remiſſibiles: intẽſio aũt et remiſſio eſt proprie motus ltaerationis. Et preterea inter eiuſmodi habitus eſt contrarietas vt inter virtutem et vitium, inter ſcientiam ⁊ errorem, inter vnam et alteram opinionem: contrarietas autem eſt alterationis conditio, quippe que fit a contrario in contrarium: ergo Ariſt. eſt veritati contrarius. Neq; eius rationes efficaces videntur, dum ex eo quod habitus eſt rei perfectio, et ex eo quod conſiſtit in commenſuratione quadam rerum, infert non eſſe ad habitum per ſe primo alterationem: quoniam aque perfectio eſt frigiditas: et tñ dum ſe ex calore in frigus reducit, alteratur: et omnis media qualitas, vt pallidum et viride, extremorum colorũ medium quoddam eſt: et ad illam nihilominus eſt per ſe primo alteratio. Quid ergo ſibi vult Ariſtoteles?

¶ Quæſtio hæc in duos ſecatur articulos, in quibus breuitatis cauſa ſecundum ac tertium caput textus cõplexi ſumus. In priori articulo eſt vnica hec concluſio: Omne mouẽs, vt principium motus, et id quod mouetur, quod eſt dicere agens ⁊ patiens in vniuerſum debent eſſe ſimul loco: hoc eſt vel continua vel cõtigua: dummodo ſit agens vltimum, et primum paſſum Concluſio eſt in text. 9. eandemq; ſub alijs verbis premiſerat tex. 8. vbi ait quod neceſſe eſt id quod mouetur primo corporali motu tangere aut contiuum eſſe mouenti. Et. 1. de gene. tex. 78. et. 16. lib. animalium ait quod ſi aliquid non tangit aliud, non agit. Cauenda eſt hic autem barbara principij petitio dicentium, quod agens ⁊ paſſum immediata debent eſſe ſimul: hoc enim eſt predicatum inculcare in ſubiecto. Sed diſtinguendum eſt, ꝙ agens vel agit immediate immediatione (vt aiunt) virtutis: quia propria virtute non aliunde mendicata operatur: vt Deus, ⁊ cõtrario modo creatura agit mediate, et cauſa inferior per virtutem ſuperioris. Vel agit immediate immediatione ſuppoſiti: quia per ſe et non per

Conclu.

Agere immediate dupl'r.

aliud operatur: ſicut homo mouet baculum manu, et intelligentia, celum. Et contrario modo ſol mouet terram mediate per illuminatum aerem, et gignit plantam per alteratam terrã. Et hoc modo immediatum agens appellat Ariſto. vltimũ: quod ideo neceſſe eſt eſſe immediatum paſſo immediatione loci: Ait enim quod agens vltimum et patiens primum puta id quod inter ſuppoſita agentia poſtremum eſt, attingere illud debet, quod inter patientia eſt primum: vt ſi ignis calefaciat aerem, et aer cacabum, et cacabus aquam: et aqua piſcem, ignis debet tangere aerem, et aer cacabum ⁊c. Hanc concluſionem Ariſtote. non demonſtrat a priori, ſed per inductionem in omni genere motuum, vt per totum ſecundum caput videre eſt. Rationem vero et cauſam forſan non poſſumus eandem in omnibus aſſignare: nam in rebus materialibus conditio ipſa ⁊ limitatio materie poſſet in cauſam afferri, vt forma, que eſt in materia, nequeat rem aliam mouere, niſi tangendo: eſt quippe tactus, conditio propria materie. Et ideo ſi vacuum intereſſet inter agens et patiens, nulla contingeret actio: eo quod nullum intercederet medium, per quod deferretur ad paſſum. Quapropter Ariſto. 1. Meteoro. Neceſſe, eſt, inquit, mundum hunc inferiorem continuũ eſſe ſuperioribus lationibus, vt omnis ipſius virtus inde gubernet Attamen in rebus immaterialibus cauſa hec locũ non habet. Et nihilominus Ariſto. concluſio vſq; adeo vniuerſalis, vt etiam angelos ⁊ Deum ipſum cõprehendat. Ex eo enim probat. S. Tho. 1.p.q.8. ⁊ plerique Theologi, Deum eſſe vbiq; per eſſentiã, et in omnibus rebus intime, quod virtus eius agẽdi infinita eſt ⁊ illimitata, qua vbiq; per ſe agit: ⁊ nulla res agit niſi vbi eſt. Et quãuis Scotus lib. 1. ſent. q. 37. hanc rationem infringere molitus ſit, nimirum arbitratus, ſolem per ſe agere vbi non eſt: quoniã ipſe ⁊ homo generant hominẽ; ⁊ in viſceribus terre gignit metalla: id tñ minime ſuſtinere poteſt: quoniam reuera niſi ſol per intermedia elemẽta lumẽ profunderet, aut virtutem aliã occultã influeret, qua terre viſcera penetraret, nihil illic vnquã efficeret. Hac nanq; de cã ait Ph. neceſſe eſſe mũdũ hũc inferiorẽ eſſe cõtinuũ lationib' ſuperioribus. Perſtitit autẽ in illa opiniõe Scotus, ꝙ accidens neq; inſtrumentũ eſſe poteſt, geniturã attingens ſubſtantie: vnde intulit ſolem per ſe ipſum immediatiõe ſuppoſiti, gignere hec inferiora: quod profecto nemo Phi. admitteret: ⁊ multo hic minime Ariſt. Quin vero ignis calore ⁊ calefacto aere producit ignẽ: ⁊ animal, virtute ſeminis filiũ: ⁊ ideo ſol lumine ⁊ latentis virtutis influxu, atq; adeo aere affecto gignit fouetq; terrena. Quocirca ſi vera fuiſſet Auicẽne excogitatio, ꝙ Deus primã tantũ intelligẽtiam per ſe creauit, ⁊ illa ſecundã per virtutẽ ab eo influxam, et poſtrema per virtutem eiuſdem Dei edidit hunc globũ, nullum ſumeretur argumẽtum, Deum eſſe per eſſentiã vbiq;. Sed tñ quia non modo, vt ſol, ſue profuſione virtutis, ſed per ſe ipſum immediatione ſuppoſiti materiam corporum conſeruat, vt que per ſolam creationem producitur, quã nullum creatum agẽs attingit: et eadem ratione ſubſtantias indiuiſibiles, atq; celorum moles, fit vt intime per ſuam ſit eſſentiam in omnibus rebus: nã quãuis formas rerum corru-

S.Tho.

Scotus.



corruptibiliũ in materia per alias cauſas ſcdas adminiſtret, illa tamẽ que per ſolam creationem producuntur, ſe ſolo producit ac retinet. Et quia cuncta que in vniuerſo ſunt, aut ſpirituales ſubſtantie ſunt, aut celi, aut deniq; in materia generantur, fit vt Deus ſit per eſſentiam in omnibus. Atqui hinc fit, doctrinam illam. S. Tho. 1.p.q.52. ꝙ angelus eſt in loco per ſolam applicationem virtutis, peruerſe ſic intelligi, ꝙ vere non ſit ſubſtantia eius in loco, in quo operatur: ſolũ enim vult, ꝙ non applicatur ad locum per quantitatẽ, ſicuti corpora: ⁊ ideo neq; commenſuratur, neq; continetur, neq; ſituatur loco: ſed nihilo ſecius eius reuera ſubſtantia applicatur loco per virtutem operandi. De his autem alias. Sunt tamẽ hic a nobis commemorata, vt explicaretur, quã ſit vniuerſalis concluſio Ariſtotelis, quod agẽs et patiens debent eſſe ſimul: id quod tanquam dignitatem pro comperto mentibus infixit. Et ratio eſt quod ſicut, eſſe, cauſa eſt operandi, neceſſe eſt, vt res ſit vbicunq; operatur: ſi tamen operatur tanquam vltimum agens in primum paſſum: hoc eſt immediate immediatione ſuppoſiti: videlicet ſi non agat per aliud ſuppoſitũ, ſicut ſol agit per illuminatũ aerẽ, ſed per ſe ipm.

Angelus in loco.

¶ Igitur ad primum in contrarium argumentum ipſe ſibi reſpondet Ariſto. in tex. ꝙ finis non agit tanquã cauſa efficiens, ſed tanquã id cuius gratia: et ideo non neceſſe eſt eſſe vbi operatur, ſed ſatis eſt cognoſci vt moueat. ¶ Ad ſcdm vero de ſole ⁊ cauſis vniuerſalib' rñdetur, ꝙ ſol nõ eſt vltimũ agẽs producẽs plantã, aut minerale, ſʒ aer, aut terra, ꝑ virtutẽ ab illo ſuſceptã. Sicuti ignis diſtans ab aqua ꝑ aerẽ calefacit eã. Quod ſi rurſum arguas ſol nõ eandẽ virtutẽ effundit in aere, quã in terra: ingignit eñ calorẽ in terra aliaq; rerũ ſeminaria, que non profert in orbe lune, neq; in media regione aeris. Rñdetur id nõ eſſe neceſſariũ: nam agẽs agit ſecundũ naturam et qualitatem paſſi: ⁊ quia celeſtis orbis non eſt ſuſceptiuus caloris, neq; aer ſeminaliũ virtutũ, veluti terra, non eaſdẽ virtutes procreat in intermedijs: ſed tamẽ ꝓducit alias per quas attingit extremũ. Exemplũ eſt de piſce illo ſtupo q̃ dũ hamũ deuorat, piſcatoris manũ, motu ſere ſtupore afficit, quãquã ſeta nõ ſtupeſcat. Atqui hec eadẽ ſolutio ſatiſſacit argumento de magnete. Aliqñ eñ tam diſtans eſt, vt ferrum non trahat, ⁊ quandoq; tam paru', vt niſi prius affrictus ferro, nõ poſſit virtutem illi imprimere, qua illud trahat. Que quidem, indicia ſunt, ferrum nõ ferri ſuapte ſpõte ad magnetem, ſicuti res ad ſuum finem, videlicet vt graue ad centrum: moueretur nanq; tunc a quacunq; diſtantia: ſed mouetur per qualitatẽ quam magnes ei impingit. Et quando magnes eſt tantus, vt poſſit illam qualitatem a longe imprimere, licet non eadem afficiat aerem, quia nõ eſt aptũ paſſum, facit nihilominus in eo alterationem aliam, vſq; ad ferrum. De graui autem quod a generante mouetur, ſicuti fetus gignitur a patre, qui prius forte mortuus eſt, quã animet fetus, dicẽdum eſt, ſatis eſſe, vt dum agẽs generat paſſum, puta terra lignũ, coniuncta ſit ei: tũc eñ virtutẽ ingenerat, qua lignũ mouet, quotieſcũq; cadere permittitur. Et pariter hõ dum decidit ſemen: ⁊ ſagittarius dũ emittit ſagittã: mõ a nobis

De magnete.

expoſito. lib. 2. q. 2. ⁊ lib. 8. ſup text. 32. Ex quo fit nõ eſſe neceſſarium, vt agens tandiu ſit ſimul cum paſſo, quandiu agit in ipſum: ſed ſatis eſt fuiſſe aliquando re ⁊ loco ſimul, tunc autẽ virtute. ¶ De relatione autẽ ſimilitudinis, que in me fit, dũ alter in india naſcitur, nullũ eſt argumentũ: quoniam (vt lib. 5. viſum eſt) ad relationem nõ eſt per ſe motus. Neq; illa eſt realis alteratio, quam ille in india genitus mihi incutit: ſed conſequitur in me ex natura extremorũ: ⁊ ideo non opus eſt, vt eodem vna ſimus loco. ¶ Ad tertium argumentũ reſpondetur ꝙ mouentia immaterialia, qualia ſunt Deus ⁊ intelligentie, licet neceſſario ſint ſimul cum paſſo, quando per ſe agunt (vt expoſitũ eſt) non tamen proprie dicuntur paſſum tangere: quoniam tactus conditio eſt quantitatis corpore: tangunt tamen virtute.

¶ In ſecundo arti. eſt alia cõcluſio, quam ſuperioris occaſione conſtituit Ariſt. cap. 3, videlicet. Alteratio non fit per ſe primo, niſi ad qualitates tertie ſpeciei, que ſunt paſſiones ⁊ paſſibiles qualitates, ⁊ ſunt per ſe primo ſenſibiles. Ad cuius intellectum animaduertito, ad qualitatem aliquam eſſe per ſe primo alterationem nihil aliud eſſe quam eiuſmodi qualitatem eſſe terminum per ſe primo acquiſitum tali alteratione: vt ipſe ſe exponit Philoſophus text. 17. vnde ad calorem eſt per ſe calefactio: ſicuti ad ſubſtantiam, per ſe primo generatio, et ad quantitatẽ, per ſe primo augmentatio. Cauſa ⁊ ratio concluſionis huius eſt, quam Ariſto. text. 11. tetigit: nempe ꝙ cum alteratio ſit, generationis, corruptioniſq; via: et res corrumpuntur quatenus qualitatibus cõtrarijs ſecum pugnant, ſecundũ illas qualitates ſit proprie alterant, ſecundum quas inter ſe forme differunt in materia, ee autẽ proprie ſunt ille tertie ſpeciei. Eſt ergo hic animaduertẽdum, ꝙ proprie rem alterari eſt dimoueri a ſua naturali diſpoſitione, quando autẽ ſecundum naturam perficitur, non ſic proprie alterari cenſetur. At quoniam potiſſimum Ariſto. cõcluſionem probat inducendo alias qualitatis ſpecies, monſtrãdoq; in illis non eſſe per primo alterationem, vt toto cap. 3. viſum eſt, per ſolutionem contrariorum liquebit eius doctrina.

Conclu.

Ad qualitatẽ eſſe alterationẽ.

¶ Igitur ad quartũ argumentũ, quod punctim contra rationem concluſionis intentum eſt, negatur albedinem ⁊ reliquas ſecundas qualitates non eſſe primũ terminum alterationis: imo ſicut calefactionis per ſe primus terminus eſt calor, ita ⁊ in albationis albedo: ⁊ dulcorationis, dulcedo. Neq; iſte qualitates cõſiſtũt ſolũ in tẽperamẽto primarũ, ſicut ſanitas ad modũ relatiõis inde fit cõſequẽs: ſʒ ſunt medie qualitates diſtincte ⁊ reſultãtes ex tali vel alia rõne caloris aut frigoris cũ tali aut alio tẽperamento humidi ⁊ ſicci, q̃ q̃dẽ qualitates ꝑ ſe ipe tendũt, vel ad corruptionẽ, vel ad cõſeruationẽ rei: ſanatio vero nihil aliud eſt quã humorũ rectificatio: et egritudo, eorʒ ꝑuerſio. Et ſõ ad qualitates, q̃ cõſequunt nõ eſt ꝑ ſe alteratio, ſed ad tales humores. ¶ Ad cõfirmationẽ autẽ de paſſionib' ſenſitiuis, q̃ militat cõtra tex. 12. vbi Ariſ. docet in illis eſſe ꝑ ſe alterationẽ, cõcedit ꝙ ꝑ ſe alteratio in ſenſib' nõ fit ad ſenſatiões ipas, ſed ad ſpẽs. Quin vero

tex.20. ipe docuit, ꝙ ſicut in vſu ſciētie nō eſt alteratio, ita neqꝫ in vſu ſenſus. De ira aūt ⁊ gaudio, triſtitia, ⁊ ſimilibus, negat in illis nō eſſe p ſe alterationē, cōſiſtūt enim materialiter in cōmotione ſanguinis a corde, vel ad cor, quib⁹ motibus corpus ipm vere alterat. ¶ Ad quintū argm̄. de figura ⁊ forma negat ad illas eſſe p ſe mot⁹. Neqꝫ em̄ p ſe primus terminus ſculptiōis eſt forma ſtatue, ſ; auulſio particularū lapidis, ad quā conſequit forma. Neqꝫ p ſe motus pictiōis eſt imago, ſ; impictio colorū in tabula. Et pariter dū liquefit cera, p ſe motus calefactiōis nō eſt niſi quātitatis extēſio, ad quā cōſequit hec aut illa figura. Ad cōfirmationem aūt de molli ⁊ duro rn̄det Albert. ꝙ durities naturalis, eſt quidē naturalis potentia, q̄ cōſequit ad naturā rei, ⁊ ideo ad illā nō fit alteratio, ſicut neqꝫ ad riſibilitatē: qm̄ cōſequitur ad generationē: ſed tamen durities peregrina que aduenit per rei (v.g.) deſiccationē vt induratur lignū, nō eſt potētia naturalis: ⁊ ideo nihil vetat quin ſit ppꝛie alteratiōis terminus. ¶ Ad ſextum principale rn̄detur quod calor ⁊ frigus (vt in predicamētis dictum eſt) quatenus paſſibiles ſunt qualitates, hoc eſt, ignis effectus aut ſenſatiōis cauſa pertinent ad tertiam ſpeciem: et hac rōne fit ſcd̄m has qualitates alteratio, ſed quaten⁹ cōueniūt aut diſcōueniunt ſubiecto ſunt in prima ſpecie, ſicut ſanitas ⁊ egritudo. Ut diſtēperatus calor, que eſt febris quartana, et exceſſus frigoris in quo eſt paralypſis. Ad confir. autem reſpōſum eſt iam ſuper tex. 17. quod ſanitas non eſt relatiuum ſecundum eſſe ſed ſecundū dici. Nihilominus ad ipſam non eſt per ſe alteratio, ratione iam dicta. ¶ Ad ſeptimum de habitibus moralibus, cōceditur quoſdā eorum, vt fortitudinem et temperantiam, conſiſtere in appetitu ſenſitiuo. Negatur tamen inde conſequi, vt ad illos ſit per ſe alteratio, ſicuti ad iram et gaudium, et ad reliquas paſſiones: nam hec (vt modo dicebamus) fiunt cum commotione locali ſanguinis et caloris, habitus autē conſequuntur, ad paſſionū moderationem. Sicuti dictum eſt, ꝙ in humoribus eſt per ſe alteratio, non autem in ſanitate. Ad confirmationem vero, conceſſo humōi habitus, tam intellectuales, q̄ȝ morales eſſe intendibiles ⁊ remiſſibiles, eſſeqꝫ inter ſe contrarios, nō fit conſequens, vt proprie in illis ſit alteratio: qꝛ id nō ſufficit, vt Ariſtotelis rationes docēt: tum quia ſunt rei perfectiones, tum quia conſequuntur ex cōmenſuratione accidentiū, que ſunt per ſe primi termini alteratiōis: et quod obijcitur de aqua, que dum reducit ſe ad frigiditatem, alteratur, licet perficiatur, non eſt ad propoſitum: quia ſatis eſt acquiſitionē frigoris per ſe eſſe alterationem, quia eſt qualitas tendens in corruptionē, etiam in aqua ſi eſſet nimium exuperās. Neqꝫ colores medij conſiſtunt in cōmenſuratione extremorum, ſicut ſanitas. Quin vero viridis color ⁊ rubeus, medie per ſe qualitates ſunt, per quas fit tranſitus ab illo in nigrum: ⁊ ideo per ſe ſunt termini alterationis.

Tex. xxj. Dubitabit autem aliquis. &c.

## ¶ Quæſtio ſecunda.

VTRVM MOTVS QVICVNque cuicunq; alij motui ſit comparabilis.

A Parte affirmatiua arguitur ex ordine cōtra doctrinā Phi. Si mot⁹ aliqui non eſſent cōparabiles, maxime circularis ⁊ rectus, vt ſentire videt tex. pſenti. Sed ꝙ hi ſint velocitate cōparabiles arguit. Velocitas motus ab effectu (vt queſtiōe ſequenti diſputabitur) attēditur penes longitudinē ſpatij: circularis autē linea ⁊ recta ſunt longitudine cōparabiles: ergo motus, qui per illā fiunt. Unde fallax apparet argm̄. Phi. inferentis ex differētia ſpecifica circularis recteqꝫ linee, non eſſe eiuſmodi motus velocitate cōparabiles. Enim vero ſi ſpecie differūt, illud eſt ratione figure, cū hoc tn̄ pmittit, vt lōgitudo vtriuſqꝫ ſit eiuſdem rōnis. Poteſt em̄ idem filum quod nunc in rectū protenſum eſt, in circulū ſubinde contrahi, eadem permanēte longitudine ſub diuerſa figura: atqꝫ adeo ſi due muſce moueantur altera per rectā altera per circularem, equa velocitate, eodem tempore eaſdem perficient lineas. ¶ Secundo ⁊ principaliter arguitur. Cum proprium ſit quantitatis, ſecundum eam equale vel inequale dici, omnis linea, cuiuſcunqꝫ ſit figure, erit altera quacūqꝫ, ſiue maior ſiue minor, aut certe illi equalis. Manifeſtum quippe eſt, arcum, longiorē eſſe chorda. Quin etiam in figuris differentibus ſpecie docēt geometre, angulū rectū eſſe maiorē angulo cōtingentie, quē facit circulus tangens lineam rectam. Item triāgulam figuram dari equalem quadrate et aliā figuram eſſe tali proportione maiorem, minorem ve alia. Et vt apud Euclidem demonſtratum eſt inter figuras polygonias, quarū peripherie ſunt equales, quanto quelibet plurium eſt angulorū, tanto area illius eſt amplior. Igitur nō obſtante differentia ſpecifica figure, longitudo tamē eiuſdē rationis eſt in circulari et recta, quod ſufficit ad commenſurandum velocitatem motus. Et quo ad rem proxime accedamus, circuli aiūt geometre ad ſuam diametrū proportionem eſſe triplam ſeſquialterā: ergo tali proportione velocius mouebitur id, quod per circulum circunferatur, q̄ȝ quod eodem tempore diametrum pertranſeat. ¶ Tertio deinde ⁊ precipue arguitur contra tres cōditiones, quas occaſione velocitatis motus, adſtruit Ariſt. requiſitas eſſe, vt res vna ſit alteri cōparabilis: puta ꝙ nō ſint equoce, ꝙ ſint eiuſdē nature ſpecifice, et ꝙ in eodē ſint primo ſubiecto, vt a textu. 24. vſqꝫ ad. 30. eſt videre. Subſtātia nāqꝫ (vt ait ipſe) eſt magis ens q̄ȝ accidens: ⁊ tamen neqꝫ ens dicitur omnino vniuoce de ſubſtantia et accidente (vt in antepredicamētis viſum eſt) neqꝫ ſubſtantia eſt in ſubiecto. Porro et Deus melior eſt ⁊ ſapientior quam creatura, quibus tamen predicatis non ſumus vniuoci Deus ⁊ nos. ¶ At contra ſecundam eius conditionem eſt argumentum ꝙ nullam ſubijcit rationē, cur in genere nō fiat comparatio veluti in ſpecie. Cur inquā nix non erit magis colorata, q̄ȝ papyrus, ſicuti eſt magis alba. Siquidē, vt albedo, ita et color videatur intenſior eſſe in niue. Et preterea cōparatur intenſio caloris vnius ſubiecti ad intenſionem frigoris alterius, vt hoc ſit magis calidū, q̄ȝ illud frigidū. Atqui cōtra tertiā eſt argm̄. Scientia eſt maior in angelo, q̄ȝ in homine, tn̄ non ſunt in eodē ſubiecto. Et lux eſt maior in ſole q̄ȝ in igne

q̄ȝuis



quāuis habeant ſubiecta diuerſiſſima. ¶ Quarto aduerſus aliud membrum arguitur, quo text. 30. ⁊ infra hac ratione concludit, neqꝫ motum localem eſſe cōparabilē motui alterationis, neqꝫ alterationes diuerſarum ſpecierū inter ſe. Tāta eſt albedo teſtimonio eiuſdē Ariſtot. in predicamētis, quāta eſt ſuperficies per quam extēditur: albedo autem ⁊ quātitas differunt gn̄e: ergo motus genere differentes puta ad qualitatē ⁊ quātitatem (quorū primus eſt alteratio, ⁊ ſecundus augmētatio) ſunt velocitate comparabiles: veluti ſi vna hora ignis extendat calorē per pedalem quantitatem ligni: quā quantitatē lignum idem augendo duabus horis acquiſiuerat, duplo tūc velocior erit motus alterationis, q̄ȝ fuerat mot⁹ augmētationis. Quod ſi in medietate eiuſdē hore muſca percurreret eandem quantitatē, duplo adhuc velocior eſſet motus localis, q̄ȝ alterationis. Item ignis multo eſt maioris actiuitatis, q̄ȝ aqua eodem gradu frigida: ergo agilior erit motus calefactionis, q̄ȝ frigefactionis. Et (vt cōtra exēplum Ariſtotelis loquamur) nihil prohibet quominus ſanatio velocior ſit aut tardior in animali q̄ȝ calefactio, aut localis motus: ergo alterationes diuerſarum ſpecierum ſunt celeritate comparabiles. In contrarium eſt ſentētia Ariſt.

¶ Duo membra ſecundū ordinē Ariſtotelis habet queſtio pſens. Primū eſt de cōparabilitate motuum, ⁊ alterū, occaſione huius accerſitum de cōparabilitate in genere quorumcūqꝫ accidentium. Quantū ad primū notandum eſt, ꝙ cum intētio Phi ſit oſtendere (vt lib. ſequēti videbimus) vnum eſſe primum motorem: atqꝫ adeo primum motum, qui ſit omnium menſura, hac de cauſa hic inueſtigat, an omnes mot⁹ ſint velocitate cōparabiles. Eſt enim pro parte affirmatiua, ꝙ omnes motus cōueniāt in vna prima mēſura: qui eſt motus primi mobilis: ſed pro parte negatiua ſunt argumenta, que hic facit de circulari ⁊ recto, ⁊ de alijs motibus differentib⁹ ſpecie. Et quidē Ariſtot. non reſpondet in forma ad queſtionē, ſed ſolū diſputat ad vtranqꝫ partem. Et ideo ſunt qui dicant, non negare circularem ⁊ rectū eſſe comparabiles, ſed tantū obieciſſe illa argumenta ad partē negatiuā, que reliquit inſoluta. At vero illa profecto argumētatio negatiua (vt in text. adnotauimus) reſponſio eſt pariter negatiua, more peripatetico. Aū Cōmen. tex. 21. rationem reddit cur linea circularis ⁊ linea recta non ſint magnitudine cōparabiles. Nēpe ꝙ neutra poteſt alteri ſupponi, vt appareat equalitas, vel exceſſus, vt ſupponūtur due linee recte. Et eadem ratione ſentit, motus qui per eas fiūt, non eſſe cōparabiles velocitate. Nam velocitatū proportio inſequitur proportionem ſpatiorū que in eodē tēpore cōficiunt. Quod ſi cōtra Cōmentatorē quis arguat, neceſſarium eſſe vt circularis ⁊ recta ſint equales, vel inequales ſiquidē ſunt lōgitudines: tametſi nos metiri nequimus alterā per alterā, rn̄det Paulus ꝙ circularis ⁊ recta nō ſunt actu menſurabiles propter impedimentū figure: ſunt tamen cōparabiles potentia, ratione longitudinis. Nihil tamen neqꝫ Paulus neqꝫ alij directe reſpondent de velocitatib⁹ motuum an ſint cōparabiles. Id quod re uera argumēta que ſupra fecimus vrgere vehementer videntur.

Concluſio Phi.

¶ Igitur omiſſis aliorū interpretationib⁹ concluſio Phi eſt profecto vera ⁊ ingenioſa, ſed tn̄ in qua, niſi lector attentus ſit, facile hallucinabitur. Preſupponēdum ergo primum eſt nō eſſe idem, duarum quantitatum, vnam eſſe altera maiorē, aut minorē, ⁊ eſſe cōmēſurabiles.

Cōmenſurationis rō.

Ad hoc enim requiritur ꝙ ſit inter eas rationalis pportio, id eſt, denominata ab aliquo numero, puta aut dupla, aut ſeſquialtera ⁊c. Ad qd̄ quidem exigitur, vt vna pars aliquota vnius, ſit etiā aliquota alterius, que ſit cōis vtriuſqꝫ menſura, vtpote ꝙ medietas vnius ſit tertia alterius: vel quinta vnius ſit ſeptima alterius ⁊c. Tunc enim ille quantitates habebunt ſe ſicut numeri, quorum omniū vnitas eſt cōis menſura: qua ratione ſunt omnes cōmenſurabiles. Cuius defectu (vt q. ſequenti fiet notum) diameter, etſi longior ſit coſta, non eſt tn̄ ei cōmenſurabilis. Igitur ꝙ circularis linea ⁊ recta non ſint cōmēſurabiles inde patet ꝙ nō eſt ambarū eadem menſura: nam rectarum ea lōgior eſt, cuius extrema magis diſtāt: circularium vero, illa, que maior eſt portio eiuſdem circuli: portio nanqꝫ diuerſorum circulorum non eſt regula certa. Hinc ergo preter rationes textus colligitur, neqꝫ motus circularē ⁊ rectū eſſe cōmenſurabiles. Illa enim ſunt cōmēſurabilia, que eadē mēſura metimur: circularis motus, atqꝫ recti nō eſt eadem mēſura: ergo. Ad probationem minoris notandū eſt velocitatē circularis motus bifariam penes effectū penſari: vno mō: ſi velocitas circūeūdi conſideretur: alio modo, ſi cōſideretur ſimpliciter velocitas mot⁹. Velocitas enim circulationis attenditur penes hoc (vt in qōne ſequēti recolemus) ꝙ in tāto tempore tales anguli deſcribant circa idem centrū. Exēpli gratia. Si tria mobilia circūirent eodem tēpore hos tres circulos taliter vt quo tēpore infimum mobile mouetur ab a. ad. b. mediū percurrat ab. c. ad. d. ⁊ ſupremum ab e. ad. f. equalr̄ circūirent: quia in eodē tēpore equales angulos deſcribūt circa idem centrum.




Omnes enim ſex illi anguli deſcripti in tribus circulis ſunt equales, quippe quib⁹ idem opponitur in centro: ⁊ ideo eodem tempore ſingula peragent ſuos circulos. Sed tamē nō mouentur equaliter: qm̄ velocius mouetur mediū mobile q̄ȝ infimum, multoqꝫ celerius ſupremū: qm̄ baſes illorū angulorū non ſunt equales: qua propter quanto per maiorē circulū eodē tēpore vnūquodqꝫ mouetur, tanto maiorem deſcribit lineam. Itaqꝫ celeſtes omnes orbes equaliter circūeunt: tn̄ tanto quiſqꝫ pernitius, quanto alijs ſuperior: velocitas aūt recti motus nō attēditur, niſi ſimplr̄ penes longitudinem deſcripte linee: nō ergo ſunt menſurabiles. Multo tn̄ perſpicatius res elucebit, dum inter rn̄dendum ad argumenta eruatur fallaciarum medulla.

¶ Igitur ad primum argumētū negatur, velocitatem motuum ab effectu attendi in motu circulari penes lineam deſcriptā, ſed attenditur penes deſcriptos angulos: vt dictum

m v eſt

eſt: ⁊ ideo argumentum Ph. non eſt fallax, ſed hoc quod contra ipſum intendit. Et fallacia latet in exemplo de duobus equalibus filis, quorũ alterum extendatur in rectũ, ⁊ alterum contrahatur in circulũ: nam cũ filum illud nõ ſit linea mathematica, ſed corpus, neceſſe eſt, vt qđ in circulum concludit, contrahat interiores partes, ⁊ extendat exteriores: ⁊ ideo manet prorſus forinſecus eiuſdem longitudinis. Linea aũt mathematica, que ſit indiuiſibilis ſm latitudinẽ, nõ poteſt dari actu ſeparata. Et hoc eſt quod ait Cõmen. ꝙ non poteſt coextẽdi recte, vt menſurent. Quod ſi dicas Deus cognoſcit, peripheriam circuli, cui recte ſit equalis, damus hoc, verũtamen ſi duo mobilia per lineas circularem ⁊ rectã equales mouerentur eadem velocitate, citius moueret mobile, quod graderet ſuper rectam, ꝙ̃ quod ſuper circularem: ⁊ ideo motus non eſſent cõmenſurabiles. Et hoc patet: q2 ſi equali velocitate mouerentur, ſemper in circuitione fieret maior mora. Demõſtrem⁹ hoc in quadrato. Efformem⁹, inq̃, lineam equalem recte in quadratũ, tum mobile quod mouetur per quadratũ, dum ad angulum peruenerit, profecto eadem velocitate nõ ptrãſibit tantam portionẽ angularem, quantam aliud mobile, rectã: ⁊ eadem ratione ſi eadem linea diſponatur in figuram plurium angulorũ, eadem velocitate non pertrãſibit totam eodẽ tempore. Quo fit vt non ſint hoc mõ cõmenſurabiles motus rectus ⁊ circularis. ¶ Et per hec rñdetur ad ſecundũ principale argumẽtũ. Cõcedimus nãq; omnẽ lineam cuiuſcũq; ſit figure, eſſe equalem alteri, maioremve aut minorem illa: ſed hoc tñ negamus, ꝙ circularis ⁊ recta ſint proportionabiles proportione rationali (hoc eſt enim cõmẽſurari) quia non eſt ambarum vna mẽſura: ſicut contingit diametro ⁊ coſte: vt queſtione proxima patebit, vbi termini iſti innoteſcent. Veluti ⁊ in figuris, quanuis triangularis poſſit cõmenſurari quadrangulari, tñ area circuli non cõmenſuratur quadrate: licet ſit maior vel minor. Alia vero demonſtratio Euclidis: nẽpe inter figuras polygonias, quarum peripherie ſunt equales, quanto quelibet plurium eſt angulorum, tanto aream complecti ampliorem, probat quidem ꝙ vna figura diuerſe ſpeciei maior eſt altera: nõ tñ ꝙ ſit inter omnes ꝓportio rõnalis. Quin vero ex illa ſumitur demonſtratio oculatiſſima, ꝙ ſi duarum linearum equalium vna ſit circularis ⁊ alia recta, tunc eadem velocitate non pertranſibitur vtraq; in eodem tempore: ſed plus temporis cõſumetur in circulari. Et demonſtratio eſt hec. Si ex eadem linea fieret triangulus, maiori tẽpore opus eſſet, vt eadẽ celeritate percurreret, ꝓpter verſionẽ angulorũ: ergo ſi ex eadẽ fieret quadratum, cũ ex hypotheſi modo facta, ſpatioſior eſſet area, lõgior eſſet circulatio: et ſi fieret hexagona figura, latior fieret area: et octogona adhuc latior: ergo ſi circularis, que omnium eſt capaciſſima, area eſſet amplior: ergo mobile, vt eandẽ lineã circularem pertrãſeat in eodem tempore, celeriori motu opus habet: ſiquidẽ aream circuit vaſtiorem. Fit ergo vt motus circularis ⁊ rectus non ſint cõmenſurabiles. Ad poſtremam aũt cõfirmationem eiuſdem ſecundi principalis, negatur ꝙ circuli ad ſuam diametrum ſit exactiſſima proportio tripleſeſquialtera ſed eſt paulo plus minuſve. Et quando eſſet illa iuſta, nõ eſſet talis proportio inter motus ſuper eaſdem lineas propter maiorem moram ambiendi ꝙ̃ recta incedendi, vt expoſitum eſt. ¶ Ad aliud qđ poſt adiecimus Ariſtotelis teſtimonium ꝙ motus primi mobilis eſt inferior menſura, rñdetur ꝙ non intelligit de mẽſura qua ſint oẽs inter ſe mot⁹ cõmẽſurabiles: ſ3 vult dicere ꝙ quanto aliq̃s mot⁹ illi accedit propius, eſt velocior ac ſimplicior.

## Diſgreſsio de proportionib⁹.

POſteaq; in genere de comparatione motuũ, quãtũ eſt ſatis preguſtauimus, ordo eſt, vt ad ſeptem regulas Ariſtot. q̃ in poſtremo capite expoſite ſunt, in ſpecie deſcendamus. Cui quidem tractationi, ⁊ examini ſubſternere opus eſt aliquos canones proportionũ, ſine quor deguſtatione adire diſputatione nequit de velocitate mot⁹.

Proportionis diffinitio.

¶ Proportio ergo iuxta nominis etymologiam, idem eſt quod portionũ ſeu partiũ habitudo. Cadit ab eo qđ eſt partior. At q2 partibile eſt nihil, niſi ratione quantitatis (vt cui proprium eſt, ſm eam vnũqđq; diuidi: atq; adeo ⁊ equale dici, et inequale) ſignificanter diffinitur ꝓportio (vt eſt apud Boetium ⁊ Nicomachũ) ꝙ ſit duarũ quãtitatum certa habitudo. Cũ dr̃ quantitatũ habitudo, ſubnotatur ꝙ ſit habitudo ſm propriam rationem quantitatis: nempe equalitatis, aut inequalitatis. Nam relatio patris ad filium nõ cenſetur hic nomine proportionis. Atqui, duarũ, cõſulto adiectũ eſt: quoniã ꝓportio vna, inter duo tantũ conſtituitur extrema. Genere quantitatis vtrãq; ex equo cõplectimur ſpeciẽ, tam diſcretã, ꝙ̃ cõtinuã. Inepti enim ſunt qui aiũt, quãtitatũ, aut numerorũ, id quidẽ falſo opinati, ꝙ numer⁹ non ſit legitima ſpecies quãtitatis. Quãtitas vero non hic conſtringitur ad eam duntaxat corpoream, que eſt in mole, ſed accipitur vt late ad omnia patet, quibus vlla ineſt ratio menſure: ac proinde equalitatis, ⁊ inequalitatis, vt eſt in intenſione accidẽtis, aut quauis alia perfectione. Non eñ ſolum cubiti ad palmum, ⁊ decẽ calculorum ad quinq; eſt proportio, ſed intẽſionis alboris niuis, ad eã q̃ eſt in papyro, ⁊ perfectionis virtutis aut ſcientie angelice ad humanam.

Diuiſio .1.

¶ Proportio autẽ (vt inter explicandam diffinitionem deſignabamus) primũ diuiditur in proportionem equalitatis, ⁊ proportionem inequalitatis. Proportio equalitatis, eſt proportio duarũ quantitatũ, quarũ neutra alteram ſuperat, vt pedis ſiniſtri ad dextrũ, ⁊ quinarij digitor vnius, ad quinarium alterius. Non diximus, eſt habitudo, ſed eſt proportio, quod eſt genus proximum ad proportionem equalitatis. Neq; vero ſubiecimus, quãtitatũ equalium, ne diffinitum in diffinitione poneremus. Proportio inequalitatis eſt proportio duarum quantitatum, quarũ altera alteram ſuperat, vt cubiti ad palmum, ⁊ denarij digitorũ ad oculorũ binariũ.

Diuiſio .2.

¶ Secunda diuiſio eſt proportionis inequalitatis in proportionẽ maioris inequalitatis, ⁊ ꝓportionẽ minoris inequalitatis. Proportio maioris inequalitatis eſt ꝓportio quãtitatis excedentis, ad eam que exceditur. Cuius ſunt proxime exempla poſita. Proportio vero minoris ineq̃litatis eſt proportio quantitatis, que exceditur, ad excedẽtem,



cedentem, vt palmi ad cubitũ, binarij, ad quinarium. Queadmodũ etenim quantitas maior, reſpectu minoris dicit: ⁊ minor, relatiue ad maiorem, ita proportiones maioris ⁊ minoris inequalitatis correlatiua ſunt. Qđ proportio, relatio ſit, non eſt vt in dubium reuocetur, ſiquidem eſſe illius eſt eſſe ad aliud. An vero relatio ita realiter diſtinguatur a fundamẽto, vt ſint due res numero, ſatis in predicamentis diſputatũ a nobis eſt. Credo enim nõ eſſe aliã numero rem, tametſi formaliter falſa ſit hec enũtiatio, ſubſtãtia vel qualitas eſt proportio. Quare multo minus credo, proportio, eſſe nomẽ collectiuum, que ſupponat pro ambobus ſimul extremis, ſed proportio maioris inequalitatis eſt in extremo maiori: ⁊ minoris, in minori. Quandoquidem prima, eſt habitudo maioris ad minus: ⁊ ſecunda, eſt habitudo minoris ad maius. Mẽbra hec ambo per omnes ſubſequentes ſpecies peruagantur correlatiue, vt pariter ſubdiuidatur vtrunq;.

Proportio eſt relatio.

Diuiſio .3.

Tertia ergo diuiſio eſt, proportio alia rationalis, ⁊ alia irrationalis. Proportio rationalis eſt proportio duarum quantitatum, quibus eadem cõmunis eſt pars aliquota, vt hominis ad cubitum, cubiti ad pedem, pedis ad palmum. Continet enim palmus quatuor digitos, pes autem quatuor palmos. Quare digitus eſt quarta pars palmi, ⁊ ſextadecima pedis. Seſquipes autem, id eſt, pes vnus cum dimidio, facit cubitum. Quo fit vt palmus ſit quarta pars pedis, ſexta vero cubiti, ⁊ vigeſima quarta totius hominis. Nam ſi naturalibus fides eſt, homo continet quater cubitũ ſuum, et ſexies pedem. Vbi ergo diximus, eadem pars aliquota, non ſenſimus eiuſdem denominationis, nam alias eſſet proportio equalitatis. Equalium enim quantitatum quarta vnius, eſt quarta alterius, ⁊ tertia vnius, eſt tertia alterius, ⁊ ita de ceteris. Sed ad rationalem proportionẽ ſatis eſt, vt que eſt tertia vnius, ſit quarta vel quinta, vel quomodocunq; aliquota alterius. Quapropter proportio equalitatis non excluditab hac diuiſione: nã includitur ſub membro rationalis. Et ideo nõ accepimus pro gñe proportionẽ inequalitatis: ſed proportionẽ. Proportio vero irrationalis, per alterum extremũ, eſt proportio duarũ quãtitatũ, quib⁹ non eadẽ cõmunis eſt pars aliquota: vt proportio diametri ad coſtam eiuſdem quadrati: de qua queſtione ꝓxima recurret ſermo.

Humana ſtatura.

Pars aliq̃ta.

¶ Pars aliquota eſt pars quãtitatis que aliquoties ſumpta cõplet adequate totũ, vt tertia, ⁊ quarta ⁊c. Pars vero non aliquota, eſt illa q̃ non aliquoties ſumpta reddit adeq̃te totum, vt pars in primis quecũq; maior medietate: nam illa bis ſumpta totum exuperat: ⁊ pars. v. g. cõtinui, que contineret duas quintas. Quippe que bis ſumpta non exequaret totum: et ſi ter multiplicetur excelleret. Ex quo ſequitur primo, ꝙ cũ numer⁹ ex diuiſione cõtinui naſcatur, ⁊ creſcat (vt in predicamentis capitulo de quantitate habetur) fit vt partes aliquote perpetuo nuncupentur ordine numerorũ, vt ſecunda (que eſt medietas) tertia, quarta, quinta ⁊c. Adeo vt idem ſit pars aliquota, quod pars ab aliquo certo numero denominata. Niſi ꝙ hec non eſt diffinitio, veluti ſuperior, eo ꝙ non explicat rationem, ⁊ cauſam diffiniti. ¶ Hinc ſequitur ſecundo ꝙ ſicut in numeris deſcendendo datur minimus. ſ. binarius, ita in continuo datur maxima pars aliquota: (que eſt meditas) tametſi non detur maxima pars ſimpliciter (vt libro primo viſum eſt) at quoniã aſcẽdendo non datur numerus maximus, fit, vt neq; in continuo detur minima pars aliquota. ¶ Tertio conſequitur, vt proportio omnis inter duos numeros ſit rationalis: nam ſaltem vnitas erit pars aliquota vtriuſq;. Quamobrem (vt in ſubſequentibus apparebit) omnis proportio rationalis denominatur ab aliquo certo numero, vel numeris, vt dupla, ſeſquitertia, ſuperbipartiens tertias ⁊c. Quanuis oratio hec non ſit habenda loco diffinitionis: (vt aliqui volunt) vtpote que non explicat cauſam diffiniti. ¶ Semota nunc irrationabili proportione, quarta diuiſio eſt proportionis rationalis: cuius quinq; ſunt ſpecies, Diuiſio .4
ſcilicet tres ſimplices, ⁊ due cõpoſite. Cum iam loquimur de proportione rationali, ſermo nobis eſt de proportione inequalitatis: nam illam que eſt equalitatis, miſſam hinc fecim⁹. Et quãuis proportio maioris, et proportio minoris inequalitatis eaſdem habeant ſibi inuicem reſpondentes ſpecies, ſolum tamen explicantur in proportione maioris inequalitatis. Eſt ergo proportio rationalis, alia ſimplex et alia compoſita. Simplex eſt, vbi maior quantitas continet ſiue minorem aliquoties, ſiue partem, ſiue partes. Cuius proinde tres ſunt ſpecies: vtpote multiplex, ſuperparticularis, et ſuperpartiens. Proportio multiplex, eſt proportio duarum quantitatum, quarum vna cõtinet aliquoties alteram adequate, vt dupla tripla ⁊c. Vtpote, duorum ad vnum, trium ad vnum ⁊c. Proportio ſuperparticularis, eſt proportio duarum quãtitatum, quarum vna continet ſemel alteram, ⁊ vnã eius partem aliquotam, vt trium ad duo eſt ſeſquialtera: ⁊ quatuor ad tria, ſeſquitertia ⁊c. Proportio ſuperpartiens, eſt proportio duarum quantitatũ, quarum vna continet alteram ſemel, ⁊ aliquas eius partes aliquotas, vt quinq; ad tria: nam .5. continet .3. ⁊ duas eius tertias: ⁊ ideo eſt ſuperbipartiens tertias. Cum dico partes plane intelligitur, que non faciant partem aliquotam, nam alias recideret in proportionem ſuperparticularem, vt .6. ad .4. eſt ſeſquialtera: quia numerus maior continet minorem et duas quartas, que conſtituunt medietatem. Quo fit, vt proportio ſuperpartiens duobus numeris nuncupetur: altero, ſcilicet numerante partes, altero vero eas denominante. Exempla harum ſpecierum in ſubiecta naturali ſerie numerorum facile pateſcunt. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. vt a quibus ex ordine numeris denominentur ſingule. Nam ſi ſingulos continenter numeros cum vnitate conferas, reſultabunt ſpecies proportionis multiplicis, que in infinitum creſcunt, ſicut numeri ipſi. 2. enim ad. 1. eſt proportio dupla. 3. ad. 1. tripla. 4. ad. 1. quadrupla, et ita progrediendo denominatur vnaqueque proportio multiplex ab eo numero, quoties maior quantitas continet minorem. Eadem ratione ſi pretermiſſa vnitate, vnũquemlibet numerum retuleris ad proxime precedentem, conficies infinitas ſpecies proportionis ſuperparticularis. Quarũ queq; denominatur a parte aliquota, qua quantitas maior ſuperat minorem, vt .3. ad .2. proportio eſt ſeſquialtera, q2 maior quantitas continet minorem, ⁊ medietatem

Seſquialterum. tem eius. Eſt eñ ſeſquialterum, idē, qđ alterum ⁊ ſemis: ceu ſeſquipes, pes ⁊ ſemis. Quare nō tā latine dicit̄ ſeſquitertia, niſi ꝙ vſu receptum eſt: vt ſeſquialtera dicatur totum, ⁊ altera pars. ſ. medietas. Et ſimili ratione. 4. ad. 3. eſt proportio ſeſquitertia, quoniam maior quantitas continet minorem, ⁊ tertiam partem eiuſdem. Et. 5. ad. 4. ſeſquiquarta. Et ita deinceps. Quod ſi eadē pretermiſſa vnitate vnūquenq; imparem numerū ad proxime precedentem imparem comparaueris, creabis infinitas ſpecies ſuperpartiētis proportionis, percurrente eodem numero numerante, ⁊ denominante creſcente, vt. 5. ad. 3. eſt proportio ſuperbipartiens tertias: ⁊. 7. ad. 5. ſuperbipartiens quintas: ⁊. 9. ad. 7. ſuperbipartiens ſeptimas. Quando vero ille partes reddunt alterum tātum, tunc proportio erit multiplex: ſicuti qñ faciunt partem aliquotā, erit ſuperparticularis, vt. 6. ad. 3. nō appellat̄ proportio ſupertripartiēs tertias: ſed dupla. At. 7. ad. 4. ꝓportio eſt ſupertripartiens quartas: atq; 8. ad. 5. ſupertripartiens quintas. Componitur aūt multiplex, tum cum ſuperparticulari, tum cum ſuperpartiente. Unde ꝓportio multiplex ſuperparticularis, eſt proportio duarum quantitatū, quarū vna continet pluries alterā: ⁊ inſuper partē eius aliquotā: vt. 5. ad. 2. eſt dupla ſeſquialtera. Proportio vero multiplex ſupertripartiens eſt proportio duarū quātitatum, quarum vna continet pluries alterā, ⁊ aliquas inſuper partes aliquotas, vt. 8. ad. 3. eſt proportio dupla ſuperbipartiens tertias. De ſpeciebus autem proportionis rationalis minoris inequalitatis nihil amplius eſt adnotatu neceſſariū, q̄ ꝙ illa proportio que eſt maioris quātitatis ad minorem ſupponitur vice verſa inter minorē ⁊ maiorē, vt. 1. ad. 2. eſt proportio ſubdupla: ⁊ ad. 3. ſubtripla ⁊c. Parimodo. 2. ad. 3. eſt proportio ſubſeſquialtera: ⁊. 3. ad. 4. ſubſeſquitertia: ⁊ ita aſcendendo. Equaratione. 3. ad. 5. eſt ſubbipartiens tertias: et. 4. ad. 7. ſubtripartiens quartas. Niſi mauis inepte dicere, ſubſuptripartiēs.

¶ Haud equidē exiſtimauerim operepretium, regulas hic multiplicare hmōi ſpecies infinitas generādi: cum ꝙ non ſit locus hic Arithmetice ꝑ ſuos omnes numeros deducende: tum ꝙ per ſe quiſq; id pōt ſpeculari: neq; res adeo eſt vtilis. Sed nō nihil prorſus de hoc adnotemus, radix proportionis cuiuſq; ſunt termini minimi, atq; adeo primi, inter quos eſt talis proportio. Quo fit vt proportionis multiplicis radix ſit vnitas, ⁊ ille numerꝰ, a quo talis proportio nominatur, vt radix proportionis duple. 1. ⁊. 2. ⁊ triple. 1. ⁊. 3. ⁊ quadruple. 1. ⁊. 4. ⁊c. Qđ ſi gignere lubet omnes duplas, duplando ſemper extrema prime radicis, id certo preſtabis, vt ſi. 2. ad. 1. eſt dupla. 4. ad. 2. eſt pariter dupla: ⁊. 8. ad 4. ⁊. 16. ad. 8. vt ex hac ſerie liquet. 1. 2. 4. 8. 16. Eadē ratione ſi iuuat ꝓcreare triplas, triplicabis ſemper extrema prime radicis, vt ſi. 3. ad. 1. eſt tripla 9. etiam ad. 3. erit tripla: ⁊. 27. ad. 9. Et ſimili ꝓportione vtere in ceteris. Tripla. 1. 3. 9. 27. Quadrupla. 1. 4. 16. 64. Quintupla. 1. 5. 25. 125. ⁊c. Prima vero radix proportionis ſuperpartientis, eſt numerus denominās partem cum proximo ſibi accreſcente. At prima radix ſeſquialtere ſunt. 2. 3. ⁊ prima ſeſquitertie ſunt. 3. ⁊. 4. ⁊ ita aſcendendo. Species autem huius proportionis multiplicantur, ſi ſuperſcriptis in vno ordine omnibus numeris excedentibus ſe maiori numero radicis, ſubſcripſeris reſpondenter numeros excedentes ſe numero minori. At quia prima radix ſeſquialtere ſunt, 2. ⁊. 3. duo hi ordines numerorum, collato ſuperiori charactere, cū eo, qui ſibi ſubijcitur, indicabūt tibi omnes ſeſquialteras. 3. 6. 9. 12. 15.
2. 4. 6. 8. 10.

(Margin: Radix.)

Et q2 radix ſeſquitertie ſunt. 3. ⁊. 4. in his duobus ordinibꝰ inſpicies oēs ſeſq̄tertias. 4. 8. 12. 16. 20.
3. 6. 9. 12. 15.

Et ſimili ratiōe operaberis in reliq̄s. Proportionis autem ſuperpartientis prima radix ſunt numerus denominans partes, ⁊ numerus excedēs illum numero numerante. Atq; eadem omnino arte multiplicatur, qua proportio ſuperparticularis, ſuperſcribendo numeros excedētes ſe maiori extremo, ⁊ ſubſcribendo numeros excedentes ſe minori, vt prima radix ſupbipartientis tertias, ſunt. 3. ⁊. 5.: ⁊ prima ſupertripartientis quartas, ſunt. 4. ⁊. 7. Ecce ergo (ſi quēlibet ſupernum characterē cū eo contuleris, qui ſibi ſubiectus eſt) oēs ſupbipartiētes tertias. 5. 10. 15. 20. 25. 30.
3. 6. 9. 12. 15. 18.

Et hic patēt oēs tripartientes q̄rtas. 7. 14. 21. 28.
4. 8. 12. 16.

Regule enim huiuſmodi tenent per locum a cōmutata proportione. Nēpe q2 ſicut ſe habēt. 3. ad 6. ita ſe habent. 2. ad. 4. fit vt ſicut ſe habent. 3. ad 2. ita ſe habēt. 6. ad 4. Et q2 ſicut ſe habēt. 5. ad. 10. ita ſe habeant. 3. ad. 6. fit, vt ſicut. 5. ad. 3. ita ſe habeāt. 10. ad. 6. De proportione vero rationali paulo etiam inferius plura.

¶ His vtcunq; præiactis de proportione, ſubſequitur vt de proportionalitate parumper etiam dicētes immoremur: cuius ad materiā velocitatis penes cauſam frequētior vſus eſt. Igitur quemadmodum proportio, habitudo eſt inter duas quantitates, ita proportionalitas eſt proportio inter duas plureſve proportiones. Quo palam fit, vt quēadmodum proportio inter duas tantum quantitates conſtituitur, ita non poſſit proportionalitas, niſi inter plures, q̄3 duas conſtitui: pro eo qđ extrema proportionalitatis ſunt nimirum due proportiones, quarum vtraq; inter duas quantitates conſtituitur, ⁊ ideo aut ſunt quatuor, aut tres, vbi media bis ſumit̄. Intereſt preterea inter proportionem ⁊ proportionalitatem, ꝙ licet proportio nō poſſit eſſe, niſi habitudo inter duas quātitates: proportionalitas tamē eſt proportionum proportio, ſiue duarum, ſiue plurium proportionū: vt omnes iſte proportiones duple. 1. 2. 4. 8. 16. ſunt vna proportionalitas. Ex quo fit ꝯñs, vt omnis ꝓportionalitas, proportio ſit, ſed non recurrit, vt omnis proportio ſit proportionalitas. ¶ Antiqua diuiſio ꝓportionalitatis eſt in tria mēbra, q̄ ſunt proportionalitas Arithmetica, Geometrica, ⁊ Harmonica, ſeu Muſica. Proportionalitas Arithmetica eſt habitudo inequaliū proportionum, quarū t'mi ſeſe pariter continuo, vt numeri, excedunt. Nēpe per vnitates, aut pares exceſſus. Et dr̄ Arithmetica ratione ſubiecti, quia non reperitur niſi in numeris: qui ſubiectum eſt Arithmetice. Exemplum eſt in naturali ſerie numerorum. 1. 2. 3. 4. ⁊c. Quicunq;

(Margin: Proportionalitas.)

(Margin: Proportionalitas triplex.)



cunq; enim excedit proxime precedentem vnitate, ⁊ tñ. 2. ad vnum eſt proportio dupla. 3. ad. 2. eſt ſeſquialtera, ⁊. 4. ad. 3. eſt ſeſquitertia. Et ita quāto maior fuerit numerus, minor erit proportio ad ſibi proxime precedentem, q2 minor erit pars aliquota. Idem eſt ſi omnes numeros pares cōſcribas. 2. 4. 6. ⁊c. aut omnes impares, vt. 1. 3. 5. 7. ⁊c. Aut ſi ſe excedāt ternario, vt. 1. 4. 7. 10. ⁊c. Proportio geometrica eſt per oppoſitum habitudo plurium equalium proportionum, conſequēter ſe habētium, quorum termini inequaliter ſe excedunt, vt ſi conſtituas tres perpetuo aut quatuor ꝓportiōes duplas. 1. 2. 4. 8. 16. aut triplas. 1. 3. 9. 27. ⁊c. Et hec dicitur geometrica, non ꝙ nō reperiatur in numeris, ſed quia reperitur quoq; in quātitate continua: ea ratione, qua eſt cōtinua, ⁊ ſubiectum geometrie, vt eſt inter figuras. Cuius exemplum paulo inferius ſubſcribetur: vbi egerimus de proportione irrationali. Nam ⁊ ſi Arithmetica proportionalitas conſiderari poſſit in quantitate continua, illud fit quando conſideratur diuiſa in plures vnitates inſtar numeri. At ſi pedale diſſectum cogites in ſexdecim digitos, due ſe habebunt ad primum in proportione dupla, ⁊ tres ad duos pores in ſeſquialtera: et ita gradatim aſcendendo, ſicuti per numeros. Atqui ꝓportionalitates iſte dicuntur equalitates, ſeu medietates, nam inter tres terminos (vt 1. 2. 3.) ille qui quanto exceſſu excedit minimum, exceditur a maximo (vt puta. 2.) dicitur medium proportionale arithmeticum. Inter tres vero alios (vt. 1. 2. 4.) ille qui qua proportione excedit minimum, eadem exceditur a maximo, dicitur medium geometricum. Et illa quidem proportionalitas ab equalitate exceſſus dicitur equalitas, hec vero ab equalitate proportionū. Quod ſi fuerint plures terminis tribus, continuo ꝓportionabiles, q̄libet erit medīꝰ inter duo proxima extrema preter duos extremos. Proportio autē Harmonica eſt habitudo inter duas ꝓportiōes inequales, terminorꝫ itidem inequaliter ſe excedentium, taliter tamē, vt qualis ſit proportio maximi ad minimū, talis ſit inter exceſſum quo maximus excedit medium ad eum quo medius excedit minimum. Ut. 6. 4. 3. Eſt enim. 6. ad. 3. ꝓportio dupla: ⁊ talis eſt inter. 2. (quibus. 6. excedunt 4.) ⁊. 1. quo. 4. excedunt. 3. Et dicitur Harmonica, quia in ſonis Harmonicis vſu venit, cuius nullā hic habituri ſumus rationem: quoniam nihil ad rem attinet preſentem. ¶ Quod vero in preſentiarum vſui eſt maxime, eſt dignoſcere proportionē proportionum geometricarum: nempe propoſitis duabus proportionibus, agnoſcere quanta ſit inter eas proportio. Quod inde innoteſcet, ſi nouerimus queq; proportio, ex quibus proportionibus cōponatur, ⁊ in quas reſoluatur. Enim uero quemadmodum latitudo quantitatis diuiditur in partes, que ſunt quantitates, ita ⁊ ꝓportio diuiditur in partes, que ſunt proportiones. Igitur ad hanc artem ⁊ methodum comparandā primum noſce opus eſt, quenam proportio ſit alia maior, queve minor. Et quidē in ſimplicibꝰ, illa quidē eſt maior, cuius maius extremum pluries cōtinet minus, aut maiorem eius portionē. Quo fit vt queuis proportio multiplex maior ſit quacūq; ſuperparticulari, ⁊ ſuperpartiente. Qm̄ ad minus ꝯtinet bis tātum, quo neutra aliarum aſcendit, vt maior eſt ꝓportio. 2. ad. 1. q̄3. 6. ad. 4. vel. 7. ad. 4. Et inter multiplices illa que a maiori numero denominat̄, maior eſt, vt tripla, q̄3 dupla. In ſuperparticularibus autem, que a minori numero denominatur, maior eſt, vt ſeſquialtera, q̄3 ſeſquitertia, ⁊ ſeſquitertia, q̄3 ſeſquiquarta. Nam pars aliquota quanto minori numero denominatur, tanto eſt maior. Eadem ratione in ſuperpartientibus: ſi idem ſit numerus numerās, illa cuius numerus denominās fuerit minor, eſt maior, vt maior eſt ſuperbipartiens tertias, q̄3 ſuperbipartiens quintas. At vbi numerus denominans fuerit idem, tum quāto numerās fuerit maior, tanto proportio eſt maior. Ut maior eſt ſupertripartiens quintas (qualis eſt. 8. ad. 5.) q̄3 ſuperbipartiēs quintas, vti. 7. ad. 5. Sed tñ qñ comparatur ſuperparticularis ad ſuperpartientem eſt maior difficultas. Qñq; enim ſonitus ipſe vocum explicat magnitudinē. Manifeſtum enim eſt ſuperbipartientē tertias maiorē eſſe ſeſquialtera, qm̄ due tertie maior portio totius eſt q̄3 medietas. S3 nō nūq; eſt difficultas, vt ſi interrogeris vtra ſit maior proportio, ſeſquitertia, an ſuperbipartiēs quintas. Opus enim tunc eſt videre, an ſint maior portio totiꝰ, due quinte, q̄3 vna tertia. Id quod cognoſces multiplicādo illos duos numeros denominātes, vnū ꝑ alterū: vt ter. 5. ſunt 15. cuiꝰ tertia eſt. 5. ⁊ due q̄nte ſunt. 6. Excedūt ergo due q̄nte vnā tertiā, ꝑ vnā quintā decimā. Ob idq; maior eſt ꝓportio ſuperbipartiens q̄ntas q̄3 ſeſquitertia. Eadem methodo in ſuperpartientibus, in quibus tam numerus numerans, q̄3 denominans, ſunt diſpares, comperies vtra ſit maior. Ut maior eſt proportio ſupertripartiēs quartas, quā ſuperbipartiens tertias. Quia ſi. 4. qui eſt denominans partes vnius multiplices per 3. qui eſt denominans partes alterius, conficies 12. cuius tres quarte faciunt. 9. ⁊ due tertie faciūt 8. vnde conſtat tres quartas excedere duas tertias eiuſdem totius per vnam duodecimam. Per ſe quiſq; perpendere ex his valebit, vt operandum ſit in proportionibus compoſitis. ¶ Prepoſita igitur arte inueſtigandi, que qua ſit maior, minorq; proportio, adnotandum eſt preterea ꝙ proportiones non ſe habent in hac parte, vt numeri, nam inter numeros inueniri non poteſt proportio, niſi rationalis (vt ſupra dictum eſt). Attamen vnius proportionis ad alteram proportionem quandoq; eſt proportio rationalis, quandoq; vero non, niſi irrationalis. Eſt igitur tertio adnotanda regula hoc iudicandi. Propoſitis duabus quibuſuis proportionibus, inter quas conquiritur proportio, ſi ſunt eiuſdem denominationis, nulla eſt queſtio. Eadem enim proportio eſt. 2. ad. 1. que eſt. 20. ad. 10. eo quod vtraque eſt dupla. At ſi fuerint inequales, tunc conſtitue minorem, in minimis eius terminis, puta in radice: et ſuper eundem terminum minorem conſtitue maiorem quoque proportionem, et medium tunc proportionale indicabit tibi, que ſit inter eas ꝓportio. At interrogatus, que proportio ſit inter quadruplam, et duplam, reſpondebis, eſſe duplam. Idq; demonſtrabis, conſtituta ſupra vnitatem dupla, ⁊ quadrupla, ſcilicet in his tribus terminis. 1. 2. 4. in quibus liquidum eſt, quadruplā cōſtare ex duabꝰ duplis, que ſunt. 1. ad. 2. ⁊. 2. ad. 4. Unde fit hoc modo collectio.

(Margin: Harmonica.)

(Margin: Proportio ma. ⁊ mi.)

(Margin: Nota.)

(Margin: Regula.)

lectio. Quadrupla cõſtat ex duabus duplis adequate: ⁊ oẽs duple ſunt equales: ergo vtraqꝫ eſt eius medietas: ſed totius ad ſuã medietatem eſt proportio dupla: ergo quadrupla ad duplam, eſt dupla. At vero ſi inde rurſus intuleris, octuplã, duplam eſſe ad quadruplã, eo ꝙ .8, duplus eſt numerus ad .4. fallaciã creas: qꝛ octupla non conſtat ex duabus quadruplis, ſed ex quadrupla, et dupla. Eſt. n. octupla inter .1. ⁊ .8. q̃ conſtat ex proportionibus .1. ad .4. et .4. ad .8. Nãqꝫ cum dicimꝰ proportionem aliquã ex aliquibus componi, ſentiendum illud eſt, tãqꝫ non cõmunicãtibus. Conſtat enim octupla ex duabus quadruplis. ſ. 1. ad 4. ⁊ .2. ad .8. ſed cõmunicãt in illa dupla, que eſt .2. ad .4. Igitur cum octupla adequate conſtet ex quadrupla, ⁊ dupla: ⁊ dupla (vt proxime dictum eſt) ſit medietas quadruple, ſequitur vt octupla ſit ſeſquialtera ad quadruplam. Atqꝫ adeo tripla ad duplã: q̃ñquidẽ ex tribꝰ cõponitur duplis. ſ. 1. ad .2: 2. ad .4. ⁊ .4. ad .8. Nihil refert duplas explicari ꝑ ſubduplas. Sexdecupla vero dupla eſt ad quadruplam: vt que conſtat ex duabus quadruplis. ſ. 1. ad .4. ⁊ .4. ad .16. At ſiquis exquirat ꝓportionem duple ad ſeſquialterã, tunc qꝛ ex ſuprapoſita regula ſeſquialtera eſt minor, cõſtituatur in ſuis minimis terminis, que ſunt .2. ⁊ .3. Et ſuper .2. conſtruatur dupla, vt pote .2. ad .4. Qua ratione liquebit duplã confici ex ſeſquialtera. puta .2. ad 3. ⁊ ſeſquitertia que eſt .3. ad .4. Et cum ſeſquialtera (vt prefatum eſt) ſit maior q̃ ſeſquitertia, fit, vt neutra ſit medietas duple. Nã quãdo totum cõponitur ex duabus iuſte partibus inequalibus, maior ſuperat medietatem, ⁊ minor eſt medietate minor. Quo tandem fit vt dupla neqꝫ ad ſeſquialterã, neqꝫ ad ſeſquitertiã ſit proportio rõnalis, ſed irrationalis: qꝛ neutra eſt pars aliquota duple, nec conſtãs ex aliquotis duple. Quod requirit vt totũ ad talẽ partẽ habeat rõnalẽ proportionem. ¶ Cui autem libitum fuerit, propoſita quacunqꝫ proportione inueſtigare aliã, cuius ſit illa pars aliquota, conſtituat idem bis aut ter continue in numeris integris, ⁊ rem habebit exploratã. Vt ſi delectat ſcire duplã ad ſeſquialterã, quenã ſit proportio, conſtrue duas continue ſeſquialteras. Quod ſi nõ poteris ſuper primos tres, qui ſunt .2. ⁊ .3. (eo ꝙ ſuper .3. non poteſt addi medietas, ſine diuiſione vnitatis) tunc duplica ſemel numerum minorem: accipe inqꝫ .4. ⁊ ſuper illum numerum, prima ſeſquialtera erit .6. ⁊ ſecunda .9. Proportio ergo .9. ad .4. que eſt dupla ſeſquiquarta, eſt dupla ad ſeſquialterã. Et qꝛ ſuper .9. non poteſt conſtitui tertia ſeſquialtera: ſine diuiſione vnitatis, duplica iterum .4. ⁊ ſuper .8. conſtitue tres ſeſquialteras: vꝫ ad .12. ad .18. ad .27. Proportio ergo .27. ad octo, que eſt tripla ſupertripartiens octauas, eſt tripla ad ſeſquialteram. Proportionabili mõ ſi vis cõſtituere duas ſeſquitertias, quod facere nequis ſuꝑ primis teminis, videlicet .3. ⁊ .4. (eo ꝙ .4. non habet tertiã ſine diuiſione vnitatis) triplica ſemel terminum minorẽ, qui eſt .3. ⁊ ſuper .9. facies duas ſeſquitertias, que ſunt. ad .12. ⁊ ad .16. ⁊ comperies proportionem ſuperſeptem partientes nonas, que eſt .16. ad .9. eſſe duplam ad ſeſquitertiam. Hec ex multis exempla pauca ſubiicienda duximus, in eorum gratiam, quibus ludus hic proportionum cordi fuerit.

¶ Ex his quæ dicta ſunt clarius elucebit exemplũ proportionis irrationalis diametri ad coſtã, quod ſupra relictum erat. Eſt enĩ ſupponendum ex Geometria ꝙ quadratũ diametri ad quadratum coſte habet proportionem duplã. Nomine quadrati intelligitur abſolute equilaterum. De illo enim tãtum intelligit̃, ꝙ diametri ad coſtam ſit proportio irrationalis. Duo autem quadrata tunc ſe habent, tanqꝫ quadratũ diametri, ⁊ quadratum coſte, quãdo quelibet coſta maioris eſt equalis diametro minoris, vt in hac patet figura in qua ſunt tria quadrata ita gradatim deſcripta, vt coſta maximi puta a b. ſit diameter medij: ⁊ coſta medij. a c. ſit diameter minimi. Maximum ergo, quod dicitur quadratũ diametri reſpectu medij, habet duplã proportionem ad medium: ⁊ eadem ratione mediũ ad minimũ. Et eſt aſſertio de areis, nõ de coſtis. Hanc autem aſſertionem non eſt locus hic Mathematice demonſtrãdi, ſed ſatis eſt oculis exhiberi. Vides nanqꝫ triãgulũ, a d b. qui eſt quarta pars quadrati maximi, eſſe medietatem quadrati medij: atqꝫ ideo totum medium quadratũ eſſe medietatẽ totius maximi. Hinc rurſus pateſcit concluſio alia mathematica, videlicet, proportio quadratorũ eſt ꝓportio coſtarꝫ duplicata. Nãq̃ rõne maximi ad mediũ eſt ꝓportio dupla, colligitur medij quoqꝫ quadrati ad minimum, eſſe itidem duplã. Qm̃ coſta medij. ſ. a c. eſt diameter minimi. Et per ꝯñs proportio maximi ad minimũ eſt quadrupla, ſiquidem conſtat ex duabus duplis. ſ. maximi ad medium, ⁊ medij ad minimum. Sicuti dictũ eſt, in numeris proportionem quadruplã conſtare ex duabus duplis. Proportio autem coſte maximi ad coſtã minimi eſt dupla, vt ad oculum patet, nam medietas linee. a b. eſt coſta quadrati minimi: ac quadruple ad duplã (vt diximus) eſt proportio dupla: igitur proportio quadratorũ, eſt proportio coſtarum duplicata. i. dupla ad proportionem, que eſt inter coſtas. Ex hoc demum retrocedendo concluditur, ꝙ proportio diametri ad coſtã eſt irrationalis hoc ſyllogiſmo. Proportio quadrati diametri ad quadratũ coſte eſt dupla, vt maximi ad medium in preſenti figura: ergo proportio cuiuſcũqꝫ coſte maximi (qm̃ oẽs ſunt equales) ad coſtam medij eſt medietas duple, vt proxima concluſione monſtratum eſt. Duple vero poportionis ad ſuã medietatem eſt proportio irrationalis: nã dictum eſt ſupra, proportionem duplã non poſſe diuidi in duas medietates. Et per conſequens medietas duple non poteſt denominari ab aliquo certo numero: cõponitur enim dupla ex ſeſquialtera ⁊ ſeſquitertia, quarum prima eſt maior, ⁊ ſecunda minor medietate: ergo coſte maximi quadrati, que eſt diameter medij (vt patet in linea. a b.) ad coſtã eiuſdem quadrati medij, eſt proportio irrationalis. Mittimus hic probationem Ariſtotelis, quã refert Cãpanꝰ apud Euclidẽ. lib. 10. propo. 6. Eſſe autẽ irrationalem proportionem hoc ſignificat, ꝙ nulla pars aliquota coſte eſt aliquota ſui diametri. Reliqua de proportionibus vide latiſſime apud Boetium, Nicomachum, Euclidem, ⁊ reliquos.




Preſenti



Preſenti enim negotio hec ſufficiunt, niſi forte plus ſatis fuerint.

## Quæſtio tertia.

VTRVM VELOCITAS motus ab effectu attẽdatur penes quã titatem ſpatij quod pertranſitur.

Poſtq̃ de proportionibꝰ ea preſtruximus, que negotio p̃ſenti ſubſeruiunt ad regulas ſubinde Ariſtotelis deſcendentes, duas tantum queſtiones compendio tractabimus de velocitate motus: alterã penes effectũ, ⁊ alterã penes cauſam. Nã ſophiſmata calculatoria (vt vocãt) q̃ hic ineptiſſime, ſimul ac barbariſſime plurimi ĩculcãt, nõ eſt vt bonis ĩgenijs offundamꝰ, ſed exẽpla tãtũ pauca regulis Ariſto. ſubijciemꝰ. Et quidẽ tertia hec queſtio libro precedẽti ſuper tex. 11. ſedem habebat propriam, ſed cõſulto huc eam reiecimus, vt iuncta eſſet alteri, q̃ eſt penes cauſam. Arguitur ergo a parte negatiua. Si duo mobilia. a. bipedalis longitudinis, ⁊. b. pedalis, moueant̃ eodẽ tempore ab vno pariete vnius aule, vſqꝫ ad alterũ e regione oppoſitum, taliter vt ambo, que a calce tãgebãt parietẽ primũ, in fine motus eodẽ momẽto a fronte tangant parietem alterũ, tunc eodẽ tempore percurrũt idẽ ſpatiũ. Siquidem. a. perinde tangit vtrunqꝫ terminum, a quo, ⁊ ad quem atqꝫ. b. ⁊ tamen. b. velocius videtur moueri, eo ꝙ quodlibet eius punctum maiorem lineam deſcribit, nam punctum, quod eſt in anteriori ſuperficie, reſpondebat dum erãt in termino a quo, puncto medio ipſius. a. ⁊ in fine motus reſpondet puncto ſuperficiei anterioris eiuſdem. Et eſt par argumentum de quocunqꝫ alio puncto. ¶ Deinde ſecũda ratione arguitur, ſi duo grauia a turri caderent, vnum per arcum ⁊ alterum per chordam, ita tamen vt quocunqꝫ momento motus eque appropinquarent centro terre, tunc videntur ambo equali velocitate moueri, quandoquidem equaliter deſcendunt, ⁊ tamen non equalia tranſinittunt ſpatia: eſt enim arcus maior chorda: ergo non attenditur velocitas motus penes magnitudinem ſpatij. ¶ Tertio deniqꝫ arguitur ſic velocitas motus circularis non attenditur penes ſpatium deſcriptum tali motu: ergo menſura non eſt certa. Probatur antecedẽs, ſi id verum eſſet, maxime quidem deberet attendi penes ſpatium deſcriptum a puncto velociſſime moto. ſ. qd̃ eſt in ſuperficie conuexa, in quam ſententiã merito cõſentit maximus phorꝫ numerus, quoniã ſpatium deſcriptum tali puncto deſcribit̃ a toto (categorematice) mobili. Sed ꝙ hoc ſit falſum, arguitur. Eadẽ deberet eſſe menſura in omni genere motuũ, in motu autẽ alterationis, vbi calor vniformiter difformis extendit̃ ꝑ aliqd̃ ſubm̃, vt. v. g. a nõ gradu vſqꝫ ad 8. non fit denominatio a ſummo gradu, ſed a medio, puta vt. 4. cum ergo in rota que in orbem mouetur, velocitas motus extendat̃ a cẽtro, ad circũferentiam vniformi difformitate (nam quanto punctum aliquod propius accedit centro, minorem facit circulum) fit vt velocitas motus totiꝰ




rote debeat attendi penes punctum medium ſemidiametri. i. linee ducte a centro ad circũferentiam. ¶ In contrarium ad partem affirmatiuam fuit authoritas Philoſophi lib. 6. textu. 11. dicentis, id, quod velocius mouetur, in equali tempore trãſire maius: ⁊ in minori eq̃le, ⁊ in minori plꝰ.

¶ Circa titulum quæſtionis quã in duos partimur articulos adnotandum eſt, ꝙ cum due ſint vie cognoſcẽdi rem aliquam, quas in prologo huius adnotauit Ariſtoteles. Prima quo ad nos per effectum, quod eſt noſſe: quia eſt. i. hoc eſſe hoc, vt videntes ridere hominẽ cognoſcimus eſſe riſibilem. Et ſecunda ordine nature per cauſam, quod eſt cognoſcere propter quod in quo proprie conſiſtit ratio ſcientie, p̃ſenti queſtione ſcrutamur viã ex effectu: tum quia prius tractata eſt ab Ariſtotele, tum ꝙ cognitio noſtra incipit a ſenſu per illam, ⁊ queſtione ſequẽti ſcrutabimur viam, que eſt per cauſam. ¶ Et quoniam tẽpꝰ (vt lib. 4. dicebamus) eſt menſura motus, illud eſt, quod nobis eius velocitatem oſtendit. Eſt ergo ſenſus queſtionis. Vtrum ꝙ hoc mobile velocius moueatur altero, ⁊ qua proportione moueatur velocius, attendatur penes proportionem ſpatij, quod ab hoc tranſinittitur, ad ſpatium quod eodem tempore percurritur ab altero. ¶ Motus autem eſt duplex vniformis, ⁊ difformis. Et vtraqꝫ differentia poteſt conſiderari reſpectu ſubiecti, ⁊ reſpectu tẽporis. Reſpectu ſubiecti motus vniformis eſt, cuius omnes partes equa inter ſe velocitate mouentur, vt eſt videre in continuo recte moto per planum. Si enim pedalem lapidem trahas ſuper planitiem, omnes eius partes mouent̃ equaliter. Difformis vero motus quo ad ſubiectũ, eſt, quo non omnes partes mobilis mouẽtur equaliter. Qui duplex eſt: vniformiter difformis, ⁊ difformiter difformis. Vniformiter ergo difformis, eſt motus ſubiecti, ita difformiter moti, vt cuiuſcunqꝫ portionis linee ſecundum talem extenſionem punctum medium ea proportione exceditur ab extremo intẽſiſſimo talis portiũcule, qua excedit alterum eiꝰ extremum remiſſiſſimum. Qui quidem inter motus locales ſolũ conuenit circulariter motis, ⁊ illis oibꝰ: vt apparet in mola frumentaria. Cuius cẽtrũ indiuiſibile, immobile ſtaret, ſi motus eſſet ꝑfecte circularis: ⁊ ſi circũferẽtia moueret̃, vt. 8. pũctũ mediũ inter ipſam, ⁊ cẽtrũ moueret̃ vt. 4. ⁊ mediũ inter circũferẽtiã, ⁊ .4. moueret̃, vt. 6. ⁊ mediũ iter .4. ⁊ cẽtrũ, moueret̃, vt. 2. Alij diffiniũt ꝙ ſit motꝰ ſubiecti, ita moti, vt qd̃cũqꝫ punctũ ꝓportione plus diſtat a cẽtro q̃ alterũ, velociꝰ mouet̃. Hec aũt diffinitio nõ cõuenit ſpheris, niſi ſolidis vſqꝫ ad cẽtrũ. Orbi nãqꝫ celeſti. v. g. lune, qd̃ imaginemur eſſe q̃dricubitũ, cuius ſup̃ficies ꝯcaua moueat̃, vt. 4. ꝯuexa vero vt. 8. minime q̃drat hec diffinitio: nã pũctũ mediũ groſſiciei, qd̃ eſt in t̃mĩo ſcd̃i cubiti, in duplo plus diſtat a ꝯcauo q̃ pũctũ terminãs primũ cubitũ, ⁊ tñ nõ mouet̃ velociꝰ, niſi in ſeſquiquinto, qm̃ punctũ terminãs primum cubitũ, mouet̃ vt. 5. ⁊ terminãs ſcd̃m, mouet̃ vt. 6. Poſſet tñ ſuſtineri vtcũqꝫ diffinitio, loquẽdo de diſtantia, a puncto, quod fingeretur immotum, vt ſi ſub concauo cogitatione adijcias alia quatuor cubita vniformia vſqꝫ ad nõ gradũ. Sꝫ figmẽto nihil, opus eſt, vbi altera ſufficit diffinitio.

Sẽſus q̃ſt.

Motꝰ vniſor. ⁊ diff.

¶ Motus

¶ Motus diſformiter diſformis quo ad ſubiectum, eſt motus ſubiecti, ita diſformiter moti, vt non cuiuſcunqꝫ portionis ſm talem extenſionem punctum medium equaliter excedit, ⁊ exceditur. Ut ſi quadrupedale ita in vna hora alteret, ꝙ prima pedalitas accipiat calorem vniformiter, vt .1. ⁊ ſcđa vniformiter, vt .2. vel vt .3. ⁊c. Nã pũctũ medium talis pedalitatis neqꝫ excedit vnum extremũ, neqꝫ exceditur ab altero.



Et licet de hac ſpecie motus alterationis nihil ad preſens negotiũ, ſubiecimus tm̄ hoc exemplum idcirco ꝙ motus localis haud quaqꝫ eſſe poteſt diſformiter diſformis quo ad ſubiectũ. Quoniã rectus quidem nequit vllo eſſe modo diſformis: omnes em̄ partes continui equaliter mouẽtur: circularis vero, ois eſt vniformiter diſformis. ¶ Eadem locum habet diuiſio reſpectu temporis. Motus igitur vniformis quo ad tẽpus, eſt ille, quo idẽ mobile equis portionibus temporis, equas itidem pertranſit longitudines ſpatij, vt in regulatiſſimo motu celorũ perſpectũ eſt. Spatij videlicet, veri vel imaginarij, vt ſm philoſophos mouetur primũ mobile: ſuper quod putant non extare locũ. Motus vero diſformis quo ad tempus eſt ille, quo partibus equalibus temporis inequalia pertranſeuntur ſpatia: vel inequalibus, equalia. Et eſt, vt ſuperior, vel vniformiter diſformis, vel diſformiter diſformis. Motus vniformiter diſformis quo ad tẽpus, eſt motus ita diſformis, vt ſi diuidatur ſm tẽpus (ſcilicet ſm prius, ⁊ poſterius) cuiuſqꝫ partis pũctum medium illa proportione excedit remiſſiſſimũ extremũ illius partis, qua excedit ab intenſiſſimo. Hec motus ſpecies proprie accidit naturaliter motis, ⁊ proiectis. Ubi em̄ moles ab alto cadit per mediũ vniforme, velocius mouet in fine, q̃ in principio. Proiectorũ vero motus, remiſſior eſt in fine, q̃ in principio: atqꝫ adeo prim⁹ vniformiter diſformiter intenditur: ſecundus vero vniformiter diſformiter remittitur. Motus vero diſformiter diſformis quo ad tẽpus, eſt motus taliter diſformis, vt ſi diuidatur ſm tempus, non cuiuſcunqꝫ partis mediũ ea proportione excedit vnũ extremũ, quo exceditur ab alio: vt ſi ita res aliqua moueretur per horam, vt per aliquã partem vniformiter moueretur, vt .1. ⁊ per aliam, vt .2. vel .3. ⁊c. Ut eſt experiri in motibus progreſſiuis animaliũ. Que quidẽ ſpecies motus crebro accidit in alteratione corporum animalium, ⁊ poteſt forſan cõtingere in motu augmenti, ⁊ decrementi. De quib⁹ primo de generatione habendus eſt ſermo, hic vero minime.

1. Conclu. ¶ His ergo præmiſsis diſtinctionibus, ad queſtionem reſpondetur cõcluſionib⁹ duabus, vna in hoc primo articulo, de motu recto: altera in altero, de circulari. Prima velocitas motus localis recti attenditur penes quãtitatem linee deſcripte. Ita, ꝙ ſi duo mobilia velocitate conferantur, qualis fuerit proportio inter lineas eodẽ tẽpore tranſmiſſas, talis erit proportio inter velocitates. Et eadem eſt ratio, ſi motus eiuſdem mobilis quo vno tempore mouetur, cõparetur ad eum, quo mouetur in alio. Ut ſi .a. mobile in vna hora percurrat pedes quatuor, in quo .b. percurrat tria, mouebitur in ſeſquitertio velocius, ⁊ ſi .b. percurrat .2. mouebitur in duplo velocius: ⁊ ſi tm̄ vnũ, in triplo. ¶ Quo fit vt ad iudicium velocitatis penes effectum non ſit neceſſarius vſus proportionalitatis. Nam etſi conſiderentur due proportiones. ſ. inter ſpatia, ⁊ inter velocitates, ſunt tm̄ equales, ⁊ ideo reputantur eadem. Ariſtoteles quidẽ in textu citato lib. 6. tex. 11. nihil meminit proportionis: ſed tãtũ dixit ꝙ velocius in equali tempore trãſit maius: ⁊ in minori, equale: ⁊ in minori maius. Inde tm̄ manifeſte colligitur, talem eſſe proportionẽ velocitatũ, qualis eſt longitudinum pertranſitarum.

¶ Igitur ad primũ principale argumentum diſtinguitur ꝙ talia mobilia eodem tẽpore equalia ſpatia confecerint: nempe ſm ſe tota, verum eſt, vt argumento perſuaſum ſit, Negatur tamen ꝙ ſm idem punctum reſpectiue in vtroqꝫ deſignatũ equales deſcribantur linee: et penes hoc debet attendi velocitas motus. Quare conceditur argumento ꝙ .b. velocius mouet q̃ .a. nam punctũ eius medium longiorẽ lineam deſcribit q̃ punctũ medium ipſius .a. Idẽ eſt de puncto anteriori vtriuſqꝫ: idemqꝫ de poſteriori, ſed propter dignitatẽ, iudiciũ ſumitur penes medium. Sunt qui dicant neutrũ trãſire totam longitudinem aule, licet ſm ſuperficiem poſteriorẽ tangant terminum a quo, ⁊ ſm anteriorem contingant terminum ad quem. Nam, vt pertrãſirẽt totam lineam deberet (aiunt) idem punctũ mobilis tangere punctũ termini a quo: ⁊ punctũ termini ad quem. At non eſt, cur a cõmuni hominũ ſenſu diſſentiamus. Cõſentiũt em̄ oẽs, cum quis calcaribus a tergo primũ tangit parietẽ, ⁊ pectore poſtmodũ attingit e regione oppoſitũ, perambulaſſe totũ interuallũ. Quare ſatius eſt ſimpliciter concedere ꝙ illa mobilia tranſeunt idem ſpatium: ſed q2 id non preſtant ſm idem punctũ, non equa mouentur agilitate. ¶ Ad ſecũdum principale argumentum cõceditur, illa, quoꝝ alterum cadit ab alto per arcum, ⁊ alterum per chordam inequalia ſpatia peragere. Refert em̄ nihil lineã longiorẽ, que eodem tẽpore tranſitur, arcualem eſſe, an rectã: ⁊ ideo illa mobilia inequaliter mouentur. Nec ſequitur, Equaliter deſcendunt: ergo equaliter mouentur. Nam velocitas deſcenſus non attenditur penes deſcriptã lineam, ſicuti velocitas mot⁹, ſed penes acceſſum ad centrũ terre. ¶ Unum hic tm̄ ſupereſt argumẽtum, quod male ſophiſtas contorquet. Si enim (aiunt) Petrus ⁊ paulus ſuper duas pares lineas incipiãt moueri, quas ſunt vna hora pariter emẽſuri: inſtanti autem terminatiuo hore, quo punctũ anterius pedis debet reſpondere puncto intrinſeco terminatiuo linee, Petrus deſinat eſſe per primum nõ eſſe, Paulo ſeruato: tunc Petrus ⁊ Paulus per totam horam equaliter mouentur: nam vna qualibet parte hore ſm illũ ꝓgreſſum equales portiones linee dimetiuntur (vt in prima medietate hore, primas medietates linearum, ⁊ in tertia quarta, tertias quartas, ⁊ ita deinceps) et tm̄ in tota hora non peragũt idem ſpatium: nam primo inſtanti, quo Paulus eſt in termino, Petr⁹ non eſt ſuperſtes: ſi vero tunc non eſt, nunqꝫ fuit in termino, ⁊ per ꝯñs nunqꝫ pertranſiuit totam lineam. Neqꝫ tutum perfugium eſt, quo quis poſſit argumentũ declinare, negando caſum. Nam cum

Argm̄ ꝙ multi torquentur.



cum motus (vt lib. 6. diſputatum eſt) per primũ non eſſe ceſſet, nihil vetat quin idem inſtãs ſit primũ nõ eſſe aĩalis. Sed iter admittẽtes caſum mirabiles verſant tr̃ſiões. Aliq. n. cõcedũt ambos homines equalr̃ moueri tota hora, licet nõ eq̃lia ſpatia ꝑtranſierit, ſꝫ ſatis eſt (aiũt) ꝙ Petr⁹ tãtundẽ trãſiſſet, ſi reſtaret in inſtãti terminatiuo motus. Eſt tm̄ hoc ridiculũ: qm̄ ſi Petrus aliquid nõ trãſiſſet illi⁹ linee, id tantũ fuiſſet pũctũ terminatiuũ: illud aũt eſt indiuiſibile, qđ, additũ linee, nõ facit maius, neqꝫ eſt trãſibile per ſe: quare intelligibile nõ eſt, quãcũqꝫ partẽ linee eſſe pertranſitã, quin tota linea categorematice fuerit ptrãſita. Et cõfirmat q2 Paulus: ſuperſtes illo inſtãte, quo primũ nõ eſt Petrus, nihil trãſit, neqꝫ mouetur: ergo Paulus non plus trãſit, q̃ Petrus: atqꝫ adeo nihil obſtat, non eſſe tunc Petrũ, quomin⁹ tantũdem tranſierit q̃tum Paulus. Cõcedit ergo equaliter ambos moueri per totã horã: ſꝫ negat in tota hora Petrũ non tranſiuiſſe tãtã lineã: quantã Paulum. Et negatur ꝯñia. Petrus neqꝫ fuit neqꝫ eſt in t̃o ad quem: ergo non peregit totam lineam. Nam ſatis eſt ꝙ attigerit vſqꝫ ad terminũ ad quẽ per primũ non eſſe: eo ꝙ punctum ⁊ linea non faciunt maius q̃ lineam.

2. Conclu. ¶ In articulo ſecundo ſubditur cõcluſio ſecũda. Velocitas motus localis vniformiter diſformis. i. circularis (qui ſol⁹ eſt vniformiter diſformis) attẽdit penes pũctũ velociſſime motum, puta penes pũctũ ſupficiei cõuexe. Cõcluſio eſt Hẽtiſberi, quã merito Phi recipiũt: ⁊ hac potiſſimũ rõne fulcit. Linea deſcripta a peripheria circuli deſcribit a toto circulari corpe: ergo tm̄ mouet corpus, quãta eſt illa linea. Cõſequẽtia nota eſt, qm̄ in alijs dimẽſionib⁹ tam longa eſt res, q̃ lõgiſſima eius pars, ⁊ in motu recto tm̄ res mouet, quãtum attingit pars longiſſima verſus t̃um ad quem, ergo penes illam lineã debet attendi velocitas motus. Secundo ad idem arguit, ſi non attenderet penes illud punctũ, deberet exiſtimari, vt alij volunt, penes punctũ mediũ ſemidiametri a cẽtro nõ moto vſqꝫ ad circũferentiam, vt ſi punctũ circunferentie moueret vt 8. tota rota moueretur vt .4. vt mediũ punctum. Hoc tm̄ primũ oĩm verum eſſe nequit in ſpheris concauis, quales ſunt celeſtes, qm̄ (vt ſupra dictum eſt) vniformitas non extenditur vſqꝫ ad nõ gradum, Sed ſi detur. v. g. rota intus caua, que habeat groſſiciẽ quadricubitã, cuius ſupficies concaua moueatur vt .4. ⁊ cõuexa vt .8. neceſſe eſſet tunc dicere ꝙ rota mouetur vt .6. velut punctum mediũ. Nam dicere ꝙ tota mouetur vt .4. ac ſi eſſet ſolida vſqꝫ ad centrum, ridiculum eſſet. Primum quia cum nullus ſit verus gradus citra .4. nullatenus .4. eſt medium veri motus. Et preterea, quoniam ſi adhuc cõcauitas fieret maior, vt non ſupereſſet niſi groſſicies bicubita extera, que eſt a .6. vſqꝫ ad .8. eadem ratione dicendum eſſet tunc moueri, vt .4. Quod tamen punctum non eſt in rota. Quod ſi dicatur in ſpheris, que nõ ſunt perfecte ſolide, penſandã eſſe velocitatem penes punctũ medium inter ſupficies cõcauam ⁊ cõuexam, recidit in aliam peiorẽ abſurditatem: nempe ꝙ ex duabus rotis eiuſdẽ ambitus ⁊ magnitudinis circũferẽtie, q̃ quidẽ vtriuſqꝫ circumferentie equaliter mouerentur, illa que verſus cẽtrum groſſior eſſet, tardius moueretur. Etem̄ q̃. v. g. duos tm̄ haberet palmos latitudinis a .6. vſqꝫ ad .8. moueret vt .7. que tm̄ haberet .4. ſ. a .4. vſqꝫ ad .8. moueret dũtaxat vt .6. Adde ꝙ ſi illa que mouetur vt .6. cõtinuo dum circulariter mouetur, ſimul rareſieret verſus centrũ, cõtinuo tardius moueretur circulariter. Nã cũ latitudo creſceret verſus nõ gradum, punctum medium etiã fieret propinquius nõ gradui. Et ſi alia groſſior ſimul ꝯdẽſaret partes internas verſus circũferentiam, intenderet velocitatem. Nã punctum medium fieret diſtãtius a non gradu. Cõſequẽs aũt hoc abſurdũ eſt, ſupponimus em̄ circũferentias equales eſſe, ⁊ equali velocitate circũferri. At primũ certe argm̄ ſatis eſt, quo concluſio perſuadeat: quare nihil opus plures huc ineptias congeri. Ex hac concluſione ſequitur primo ꝙ vbi ſphera que mouetur, fuerit perfecta verſus omne punctum, ad modũ globi, quales ſunt orbes celeſtes, velocitas nõ eſt attẽdenda penes quodcũqꝫ pũctũ ſupficiei cõuexe, ſꝫ penes mediũ equidiſtãs a polis, vt velocitas primi mobilis, penes lineã equinoctialẽ, q̃ cõſideratur in ſuperficie conuexa. Nam illa eſt maxima linea q̃ deſcribit motu illius orbis. Sequit ſcđo ꝙ (vt de deſcẽſu dictũ eſt) nõ penes idẽ attẽdit velocitas circulationis, ⁊ velocitas motus q̃ fit per circulũ. Velocitas. n. circulationis attẽditur penes magnitudinẽ anguloꝝ, qui deſcribit circa cẽtrum: id qđ queſtione precedenti oculari figura monſtratũ eſt. Quare oĩa puncta rote tonſoris, q̃ cõſiderẽtur in linea ſemidiametri a cẽtro ad circumferentiã, equaliter circũeũt: nam eodẽ tpe complẽt oĩa ſuos circulos: licet non faciãt equales circulos, ⁊ ideo inequaliter moueantur: quia inequales lineas deſcribant, idem vſu venit celeſtibus orbib⁹: omnes enim planete equaliter circũeũt, preter parum illud ſpatium, quo vnuſquiſqꝫ proprio motu retrouertit. Nam eodẽ die oẽs cõplent ſuos circulos ad motũ primi mobilis: tãetſi lõge inequales, ⁊ ideo quanto orbis eſt inferior, tanto motu diurno moroſi⁹ fertur. Eadẽ ratione in eadem ſphera omnia pũcta circũeũt equaliter, licet quanto ſunt propinquiora polo, tanto minori velocitate mouentur.

Corollariũ notandum.

Velocitas circulationis.

¶ Ad tertium igitur principale argm̄ negat eãdẽ eſſe rõnẽ motus localis vniformiter diſformis: quo ad ſubm̄, q̃ eſt qualitatis. Cum em̄ qualitates cõtrarie ſimul inſint in eodẽ ſubiecto, neceſſe eſt, vt vbi eſt remiſſior calor, ibi ſit frigiditas intẽſior. Et ideo ſi pedale ſubm̄ a nõ gradu vſqꝫ ad .8. calidũ, diceret totũ calidũ, vt .8. eadem rõne eſſet frigidũ vt .8. ſi quidẽ vice verſa eſſet etiã frigidũ a nõ gradu vſqꝫ ad .8. vñ fieret vt idem ſimul ſubiectum ꝯtrarijs in ſummo qualitatibus denominaretur. Quocirca penes punctũ mediũ debet illud accidens eſtimari, taliter vt dicat calidũ vt .4. ⁊ vt .4. frigidum: vt i primo de gñatione dicturi ſum⁹. At vero mot⁹ locales contrarij nõ ſunt in eodẽ ſubiecto: ⁊ ideo ſicut tantũ eſt corp⁹, quãt⁹ eſt locus, ita tãta eſt eius velocitas, quã maximã in tãto tpe deſcribit lineã. Eodẽ modo cenſenda eſt velocitas motus illius, quod moueretur ſuper aliquẽ circulum. At ſi aliquis hõ graderet ſuper arcum, aut ſuper maximũ globũ, velocitas illi⁹ mot⁹ nõ deberet cẽſeri penes

lineam quam deſcribit pedibꝰ: ſed penes illam quam deſcribit capite: vt que lõgiſſime diſtat a centro. Motum autem ſuper terram. q̃uis phyſice ſit ſpherica, non iudicamus, niſi tanq̃ motum rectum: quoniã globoſitas nõ eſt perceptibilis, niſi in diſtantia maxima. Eodem modo ſi baculum manu in orbem circũduxeris, velocitas illiꝰ motus attendit᷑ penes lineã deſcriptam ab extremo baculi plurimũ a manu diſtante. Pergũt hic ridicule ineptire qui argumentant᷑ de rota infinita, aut de linea infinita verſus orientẽ, hic terminata, q̃ verſus extremũ infinitũ moueret᷑ in circulũ. Tũc. n. non poſſet iudicari velocitas motꝰ penes pũctum velociſſime motũ. Q̃m nullũ eſt illic pũctum terminãs rotã: aut lineã, qd̃ ſit citiſſime motũ. Iſti inq̃ nõ vident demonſtrationẽ Ariſt. lib. 3. tex. 48. ⁊ infra, quã explicuimus. q. 3. vꝫ infinitũ, verſus tale extremũ, eſſe immobile.

Infinitũ nõ eſt mobile.

Et ſunt itidem nuge, que de linea gyratiua cõfingunt in colũna, cuiꝰ prima pars proportionalis, gyrans primã medietatem, moueat᷑, vt. 1. ⁊ ſecũda gyrãs tertiam quartam moueatur vt duo: ⁊ ita creſcendo, non dabitur punctum velociſſime motum. Eodem eñ lib. q. 4. aduerſus iſtos cõmonſtrauimus nullatenus talem lineã eſſe ſeparabilẽ per vllam potentiã ſicut nõ eſt poſſibile, ꝯtinuũ diuidi in oẽm ſuã partem. Breuiter, illic oſtẽdimus, nõ eſſe poſſibilẽ motũ infinitum. Sed alia via poſſet aliquantulo apparentius fieri argm̃. Etenim ſi tpe circulationis rote ceree ſimul eadẽ rareſieret, tũc nõ fieret perfecta circulatio: q̃m nullũ pũctũ circũferentie rediret ad idem punctũ loci, vñ fuerat digreſſum: ſed ad aliud ſuperiꝰ. ſ. diſtãtiꝰ a centro: ⁊ per ꝯñs nullũ pũctũ faceret perfectũ circulũ, ſed ad modũ cõuoluti colubri. Quare nõ vr̃ ꝙ velocitas illic attẽderet᷑, ſicut in motu circulari. Rñdet᷑, tñ nihil referre ſed attẽdendã eſſe velocitatem penes lineã quãcũq; punctũ illud a cẽtro remotiſſimum deſcripſerit. Et ideo ſi equalibus partibꝰ tpis rarefactiõis integros circulos rota perageret, tũc ſemper velocius, ⁊ velocius moueret᷑, q̃m maiores ⁊ maiores fierent circuli. Quocirca motꝰ ille vtroq; mõ eſſet ĩformiter difformis. ſ. ⁊ quo ad tẽpus ⁊ quo ad ſubm̃. Et ſi parti mõ ꝯdẽſaret᷑, remitteret᷑ pariter velocitas.

De motu vnifor. dif. q̃ ad tps.

¶ Motus vniformiter difformis quo ad tps eodem fere modo regulat᷑, quo motꝰ vniformis: nempe ſi duo mobilia eq̃les lineas emetiant᷑ in eodẽ tpe, q̃uis vnũ vniformiter moueat᷑, ⁊ aliud qũocunq; difformiter. ſ. qd̃ in prima quarta hore deſcribat pedale, ⁊ in ſecunda duo pedalia, ⁊c. Dum mõ in tota hora, tot iuſte pedalitates conficiat, quot aliud mobile qd̃ per totam vniformiter mouetur, equaliter mouebunt᷑.

Dubium.

Sed vnum eſt hic dubium vtrum velocitas mobilis vniformiter difformiter moti ſit denominanda a gradu velociſſimo: vt ſi graue decidat in vna hora velocitate a non gradu vſq; ad. 8. dicendus ſit moueri vt. 8. Et videtur pars affirmatiua vera, ſane quia legem videtur ſequi motus vniformiter difformis quo ad ſubm̃. Rñdetur nihilominus, velocitatem motꝰ vniformiter difformis quo ad tẽpus eſtimari penes gradum medium ⁊ ab eo denominari: neq; eſſe parem rõnẽ illi, q2 eſt vniformiter difformis quo ad ſubm̃. Nam ratio illic erat ꝙ lineam quã deſcribit punctum velociſſime motum, totũ mobile ipſum deſcribit: ⁊ ideo tam velociter mouet᷑ totũ, q̃ punctũ illud. Attñ, id qd̃ vniformiter difformiter mouet᷑ quo ad tps, non tãtũ ſpatiũ pertranſit, quantũ pertranſiret, ſi tanto tẽpore vniformiter moueretur ea velocitate, in q̃ eſt gradꝰ ſummꝰ: vt ꝑ ſe eſt manifeſtũ: ⁊ ideo cõijcimus reſpondere gradui medio. Exempli gratia ſi. a. mobile vna hora moueat᷑ intendendo ſemper motũ a non gradu vſq; ad. 8. tantũdem ſpatij tranſiniret, quantum. b. quod per ſimile ſpatium eodem tempore vniformiter moueretur, vt. 4. Hinc fit ꝙ vbi motus mobiliũ fuerit difformis, reducendi ſunt ad vniformitates. v. g. ſi. a. mobile in vna hora moueat᷑ per aliquod ſpatiũ, taliter vt in prima quarta hore moueatur a nõ gradu vſq; ad. 4. ⁊ in reliquis tribus quartis a. 4. vſq; ad. 8. b. vero in primis tribus quartis hore moueat᷑ a non gradu vſq; ad. 4. ⁊ in vltima quarta a. 4. vſq; ad. 8. Tunc ambo mouent᷑ in tota hora a nõ gradu vſq; ad. 8. ⁊ tñ longe mouẽtur inequaliter. Velocius enim mouetur. a. maiuſq; pertrãſibit ſpatium q̃. b. A. enim mouetur in prima. 4. velocitate vt. 2. qui eſt gradus medius inter. 4. ⁊ non gradũ: ⁊ in tribꝰ quartis velocitate, vt. b. qui eſt medius inter. 4. ⁊. 8. Quo circa ſi in prima pedalitate, verbi gratia tranſit duas pedalitates, in tribus ſequẽtibꝰ tranſibit. 18. multiplicatis ſex gradibus velocitatis per tres quartas tẽporis. Quare in tota hora tranſibit. 20. pedalitates. b. vero in primis tribus quartis mouet᷑ velocitate vt. 2. qui eſt gradꝰ medius inter. 4. ⁊ nõ gradũ, ⁊ ideo in q̃cũq;. 4. trãſibit duas pedalitates. In poſtrema vero. 4. mouebit velocitate vt. b. q̃ eſt gradꝰ mediꝰ inter. 4. ⁊. 8. ⁊ idcirco trãſibit illa ſex pedalitates: atq; adeo in tota hora trãſibit. 12. Mouebit ergo. a. velociꝰ q̃. b, in ꝓportione ſupq̃drupartiẽte ſextas: q̃lis eſt ꝓportio. 20. ad. 12. At ſubpudet hec prolatare.

De motu velociſſimo et tardiſſimo.

¶ Dubiũ hic tñ, ſubmoueri ſolitum, reſtat, vtrum ſit dabilis motus velociſſimus: motuſve tardiſſimus. Et quidem de velociſſimo facile reſpõdetur duabus concluſionibꝰ. Prima eſt. Motus primi mobilis eſt velociſſimꝰ, qui poteſt eſſe per naturam. Siquidem (vt lib. 4. dictum eſt) omnium eſt menſura corporalium motuum. De ſpiritualibus enim (vt de actu cogitandi ⁊ angelorũ motionibus qui non dependent a loco ⁊ tempore: deq; motibus corporum glorificatorum qui a dote agilitatis eis competũt) nullus eſt hic nobis ſermo. Secunda, ſi diuinam potentiam ſpectes, nullꝰ eſt motꝰ adeo citꝰ, neq; eſſe põt, quo nõ poſſit eſſe agilior. Hec in ꝓpatulo eſt ijs, q̃ norũt, nõ eſſe poſſibilẽ motum velocitatis infinite, vt in. 3. ⁊ 4. lib. dictũ eſt. Illo nãq;, ſi modo poſſibilis eſſet, neutiq; eſſe poſſet ꝑnicior. At citra illũ, quocũq; dato, cũ virtꝰ Dei ſit infinita, põt eadẽ virtute citius quidpiã moueri. Nã quocũq; tpe dato, quo res aliqua a certo in certũ punctum moueatur, poterit in parte illius tpis (quod abſq; fine eſt diuiſibile) per idem ſpatiũ moueri. Quin, quacũq; magnitudine data celeſtis orbis, poterit Deus maiorẽ orbẽ deſuper creare, qui die naturali pagat circulũ diurnũ. Qua rõne augeri in infinitũ ſyncategorematice poteſt velocitas motus. Res eſt dilucida, verũtamẽ de motu tardiſſimo ſunt quidã ita ſentiẽtes, vt credãt, reuera eſſe in orbe celeſti. Aiũt. n. aliquã partẽ. v. g. ꝑmi mobilis aliqua tarditate moueri: quod nemini dubium eſt, poſtq; nulla eſt, q̃ infinita velocitate moueatur.

Alber. Saxo. lib. 6. q. 7.

Et



Et que in duplo ꝓpinquior eſt, polo in duplo mouetur tardius: id qd̃ pariter cõcedimus, ſuppoſito, polũ eſſe punctũ inmotũ: q̃m in motu vniformiter difformi incipiẽtia non gradu, qua proportione punctũ quodq; ꝓpius accedit non gradui q̃ alterũ: tardius mouet. At vero cũ ſic colligũt, hoc punctũ tarde mouet᷑, ⁊ qd̃ in duplo eſt ꝓpinquius polo, mouet᷑ duplo tardiꝰ, ⁊ qd̃ in quadruplo eſt ꝓpinquiꝰ, in q̃druplo mouet᷑ tardius: ⁊ ſic in infinitum: ergo dat᷑ punctũ tardiſſime motũ, non ſolũ nulla eſt ꝯñia, verum contraria prorſus infert᷑ inde cõcluſio. Eo eñ ꝙ in infinitũ ꝓcedit illa diuiſio, aliqd̃ pũctũ mouetur tarde, ⁊ aliud in duplo tardiꝰ, ⁊ aliud in q̃druplo ⁊c. ſequit᷑ ꝙ nullum dabit᷑ tardiſſime motũ: ſicut nõ dabitur vltima pars proportionalis mobilis verſus polum. Stat ergo ſñia ꝙ de potẽtia abſoluta, vt nõ datur ſumma velocitas motus, ita neq; ſumma tarditas. Quin vero hoc ampliꝰ dicimꝰ de tarditate, ꝙ cum actu nunc det᷑ punctũ velociſſime motum ꝑ naturã (puta in equinoctiali) nullũ tñ eſt actu tardiſſime motũ verſus polũ. Sed ſatis ac ſuper de velocitate motus quo ad effectum.

Textus. xxxv. Quoniam autem mouens &c.

## Quæſtio quarta.

VTRVM VELOCITAS MOtus attẽdatur ex parte cauſæ penes proportionẽ proportionũ quæ ſunt velocitatum ad ſuas ipſarum reſiſtentias.

AD partem negatiuam arguitur. Deꝰ mouet celerius rẽ vnã q̃ aliã in duplo, aut q̃uis alia ꝓportiõe, ⁊ tñ varietas illa accidere neq̃t ex diuerſis ꝓportionibꝰ diuine virtutis ad diuerſas reſiſtẽtias, vtpote que abſq; vlla ꝓportiõe infinitũ excedit vniuerſas: ergo. Qd̃ ſi reſponderis Deum coagere agentibus particularibus iuxta eorũ virtutẽ, obidq; penes eorum facultatem conſiderandam eſſe velocitatem, reſtat dubitatio ꝙ Deus ſe ſolo peculiariter poteſt eodem mõ mouere diuerſa mobilia, inter cuius virtutẽ ⁊ res illas nulla eſt ꝓportio. Itẽ intelligẽtia ſupioris orbis velociꝰ mouet, q̃ itelligẽtia iferioris: cuiꝰ tñ in cauſa nõ eſt ꝓportio diuerſa ſup ſuas ipſar reſiſtẽtias: tũ q2 celi nõ reſiſtunt: tũ q2 nulla intelligẽtia mouere aliũ põt celeriꝰ aut remiſſius, q̃ mõ mouet: ⁊ ideo nõ põt habere diuerſas ꝓportiones ad diueſos orbes. Neq; vbi mobilia diuerſor põderũ moueret᷑ ꝑ vacuũ, poſſet attẽdi velocitas penes ꝓportionẽ ꝓportionũ ſup reſiſtẽtias: cũ nulla illic eſſet reſiſtẽtia. ¶ Scd̃o argr̃ de magnete q̃ eadem velocitate attrahit ad ſe ferrũ paruũ ⁊ magnũ, dũ mõ ſit ad vtrũq; mouendũ efficax: ⁊ tñ nõ habet eadẽ ꝓportionẽ ſup vtrũq;: cum virtus eadẽ ſit: reſiſtentie vero, impares. Et tertio arguit᷑. Et ſi Petrꝰ iaciat lapidẽ a ꝓportione dupla inter vim ſuam motricẽ, ⁊ lapidis reſiſtentiã, tñ lanam duplo leuiorẽ ſuper quã habet duplo maiorẽ ꝓportionẽ, nõ mouebit duplo maiori velocitate vt experimẽto cõſtat. Et confirmatur argm̃. Si regula eſſet vera ſequeretur ꝙ ſi Petrus aliquem lapidem iactaret per certum ſpatium, medietatẽ lapidis, ad quẽ haberet duplo maiorem proportionẽ, eodẽ tẽpore iactaret per duplum ſpatium, ⁊ quartam partẽ, per quadruplum: ⁊ ſic in infinitum: conſequẽs tamen eſt contra experientiã, quia non ſemper minor lapis iactatur ad maius ſpatiũ. In contrariũ vident᷑ agere ſeptem regule Ariſtot. quas poſtremo capite huius libri ſtatuendas curauit.

Quatuor in motu conſiderãda.

¶ Prænotare in primis in quæſtionis aditu opus eſt quatuor eſſe (vt ait Ariſt.) ꝯſideranda in motu. ſ. id qd̃ mouet᷑, ⁊ virtutẽ a q̃: ⁊ tps in quo: ⁊ ſpatiũ per qd̃ mouet᷑. Porro aũt virtus, idẽ eſt, que virtus effectrix motus: ſed id qd̃ mouet᷑ eſt reſiſtentia, q̃ a virtute motrice ſuperãda eſt.

Regula.

Eſt. n. regula hic ſupponenda, ꝙ a proportione equalitatis aut minoris inequalitatis nulla fit actio: vt lib. 2. dicere ceperamus: nempe vbi reſiſtentia ſit equa aut maior q̃ virtus agẽtis: ſꝫ ſolũ vbi proportio eſt maioris inequalitatis agẽtis ad paſſum. Atq; tam virtus actiua, q̃ que reſiſtit, eſſe poteſt, aut interne inherens mobili, aut extrinſecus adiacẽs, vt dũ graue cadit, grauitas ipſa eſt interna virtus. Et ſi q̃s illud expellat, eſt extrinſeca. Item medium ipſum per quod cadit, ſeu aqua ſit, ſeu aer, extrinſeca eſt reſiſtentia. In motibus itidem alterationis ⁊ augmentationis exempla etiam ſunt, ſed q̃ non ſunt preſentis negotij. Preterea virtus actiua, eſſe poterit aut ſpiritualis, aut corporea: naturalis, aut libera: fatigabilis, ⁊ corruptibilis (vt in elemẽtis ⁊ elemẽtatis) atq; infatigabilis ⁊ incorruptibilis, vt in corporibꝰ celeſtibꝰ. Titulus ergo q̃ſtionis ꝑmiſcue cõprehendit oẽs ſpecies, tam virtutis q̃ reſiſtentie.

Quatuor modi de motꝰ velocitate.

¶ Atqui varietas dignoſcendi eiuſmodi velocitatẽ motuũ, q̃tuor põt modis eſtimari. Primo penes proportionẽ potentiarũ motiuarũ. Secũdo penes proportionẽ inter reſiſtentias. Tertio penes proportionẽ inter exceſſus potentiarũ ſuper ſuas reſiſtentias. Quarto penes proportionem proportionũ agentiũ ſuper ſuas ipſarũ reſiſtentias. Exẽpli gratia, vt ſi ſint. a. mouens vt. 8. ⁊ b. mouens vt. 4. mouentia pares reſiſtẽtias: vt. 1. vtrum. a. moueat iuxta primam regulam in duplo velocius q̃. b. propterea ꝙ actiuitas, vt. 8. eſt duplo maior q̃. 4. An iuxta tertiam in proportione dupla ſeſquitertia: propterea qd̃ exceſſus. 8. ad. 1. eſt. 7. ⁊. 4. ad. 1. eſt. 3. et inter. 7. ⁊. 3. eſt dupla ſeſquitertia: an vero ꝑm quartam velocius moueat ſolum in ſeſquialtero: ex eo quod proportio octupla, que eſt inter. 8. et. 1. eſt ſeſquialtera ad quadruplam, que eſt. 4. ad. 1. vt in proportionibus expoſitum eſt. Simili modo ſi agens. a. virtutis vt. 4. moueat reſiſtentiam vt. 2. ⁊. b. eiuſdem virtutis vt. 4. moueat reſiſtentiam vt. 3. vtrum. a. iuxta ſecundam regulam moueat in ſeſquialtero velocius q̃. b. ideo ꝙ reſiſtentia vt. 2. eſt in ſeſquialtero minor, q̃ reſiſtentia vt. 3. an ſecundũ tertiam in duplo velocius propterea ꝙ exceſſus 4. ad. 2. eſt duplus ad exceſſum. 4. ad. 3. an vero iuxta quartam pluſquam in duplo velocius, idcirco ꝙ proportio dupla. 4. ad. 2. eſt maior q̃ dupla ad proportionem ſeſquitertiam que eſt. 4. ad 3. Porro autem in prima et in ſecunda regula, perq̃ tenuis eſt probabilitas: ſed inter tertiam et quartam relinquitur diſceptatio, et tandem quinta eſt ex mente Ariſtotelis omnino amplectenda.

1.Conclu. ¶Reſpõdetur ergo ad quæſtio-
nem quatuor concluſionibus. Prima eſt aduer-
ſus primã regulã. Velocitas motus nõ eſt atten-
denda penes proportionem virtutis vnius agen
tis ad virtutem alterius. Concluſio in primis pa
ret: quia vbi reſiſtentie eſſent inequales, nulla eſ
ſet apparentia, ſolam eſſe expectandam propor-
tionem inter virtutes motrices. Quis enim di-
ceret ꝙ ſi virtus vt.6. moueat reſiſtentiam vt.1. et
virtus vt.4. reſiſtentiam vt.2. non moueat virtus
vt.6. niſi in ſeſquialtero velocius (que eſt propor
tio, quam habet ad.4.) cum ad ſuam reſiſtentiã
habeat ſextuplã. 4. vero ad ſuã, non niſi duplam.
Sed tamen, ⁊ vbi reſiſtentia ſit eadem, concluſio
nihilominus eſt notiſſima: alias ſi virtꝰ vt.4. mo-
ueret reſiſtentiam vt.3. aliqua velocitate, virtus
vt.2. ſubdupla ad.4. moueret eandem reſiſtentiã
ſubdupla velocitate: quod eſt impoſſibile cum a
ꝓportione minoris inequalitatis nulla ſit actio.
Qua de cauſa ait Ariſt. tex.37. ꝙ non quotieſcũqꝫ
aliqua virtus mouet aliquam reſiſtentiam in ali
Quorũdã error. quo tempore, ſubdupla mouebit eandem in du-
plo tempore. Miror tamen quoſdam ſchole no-
ſtre, qui aiunt regulam primam, contrariam hu-
ius concluſionis, veram eſſe in vniuerſum, poſi-
ta conſtantia potentie motiue. Quod eſt dicere,
fixa eadem reſiſtentia, que ſit minor vtraqꝫ potẽ-
tia. Exiſtimãt em̃ idẽ eſſe tũc metiri velocitates,
aut penes primã regulam, aut certe penes quar
tam, id qđ eſt manifeſte falſum. Nam ſi virtus vt
8. moueat reſiſtẽtiam vt.1. ⁊ virtus vt.4. moueat
eandem reſiſtentiã, velocitas motus prioris ad
eam que eſt poſterioris, ſm primã regulã habe-
bit proportionem duplã, qualis eſt.8. ad.4. ⁊ ſm
quartã, habebit tantum ſeſquialterã: qualis eſt
octuple proportionis ad quadruplam. Continet
enim octupla quadruplam ⁊ item duplam, que
2.Conclu. eſt medietas quadruple. ¶Secunda cõcluſio cõ
tra ſecundam regulã. Neqꝫ velocitas motꝰ atten
denda eſt penes proportionem reſiſtentiarum:
que quidem concluſio eiſdem penitus rationibꝰ
cõſtat, quibus ſcđa. Vbi nanqꝫ diuerſe ſunt virtu
tes actiue, palã peccat ſecũda regula. Nulla em̃
eſt apparentia, ꝙ vbi reſiſtentia vt.2. mouetur a
potentia vt.6. ⁊ reſiſtentia vt.3. a potẽtia vt.4. nõ
moueatur prima reſiſtentia velocius ꝗ̃ ſecũda,
niſi in ſeſquialtero, qualis eſt proportio inter re-
ſiſtentias ſane cũ prima moueatur a proportio-
ne tripla, et ſecũda, non, niſi a ſeſquitertia. Neqꝫ
vbi virtus eſt eadem, habet verum: alias ſi reſi-
ſtentia vt.2. moueretur a virtute vt.4. aliqua pro
portione, ſequeretur quod reſiſtentia vt.4. que
...um. eſt dupla, moueret ab eadem virtute ſubdupla
velocitate. Quod eſt falſum: eo ꝙ a proportione
equalitatis non ſequitur actio. Neqꝫ ſi virtus v-
tranqꝫ vinceret reſiſtentiam, certa eſſet regula.
Nã ſi reſiſtentia vt.1. moueretur a virtute vt.8. et
reſiſtentia vt.4. ab eadem ipſa, tũc ꝑ ſecundã re-
gulã velocitas prioris motus deberet excellere
velocitatẽ poſterioris q̃drupla ꝓportione, q̃ eſt
inter reſiſtentias: ⁊ tamẽ ſm quartã, que eſt oĩm
norma, nõ excellit niſi proportione tripla, qualis
eſt octuple ꝓportionis (quã virtus habet ſuper
priorem reſiſtentiã) ad proportionem duplam:
quã habet ad poſteriorem. Componitur em̃ octu
3.Concluſ. pla proportio ex tribus duplis. ¶Tertia cõcluſio
aduerſus tertiam regulam in qua pluſculum eſt
difficultatis. Velocitas motus ex parte cauſe nõ
attenditur penes proportionem arithmeticam,
que eſt inter exceſſus virtutum ſuper ſuas ſingu
larum reſiſtentias. Concluſio hec demonſtratio
nem ſortitur ex q̃rta regula Phi. tex.36. Enimuero ſi
regula tertia, huic cõcluſioni cõtraria, veridica
eſſet, ꝯñs fieret, vt ſi.a. virtꝰ vt.8. moueret reſiſten
tiam vt.4. ⁊.b. virtus vt.2. moueret reſiſtentiam
vt.1. velocitas primi motus eſſet velocitate ſecũ-
di quadruplo maior, qualis eſt proportio exceſ-
ſus prime potentie ſuper ſuam reſiſtentiã ad ex-
ceſſum ſecunde ſuper ſuam: ſcilicet.4. ad.1. cuius
tamen contrarium aſtruit dicta regula Ariſtote
lis quarta, que talis eſt. Si aliqua virtꝰ moueat
aliquã reſiſtentiam in aliquo tempore per aliqđ
ſpatium, ſubdupla virtus mouebit ſubduplam
reſiſtentiam eodem tempore per idem ſpatium:
⁊ ita deinceps diuidendo virtutem et reſiſten-
tiam. Quo fit vt virtus vt.2. eadẽ velocitate mo-
ueat reſiſtentiam vt.1. qua virtus vt.8. reſiſten-
tiam vt.4. Et huius cauſa, illud eſt, ꝙ vtraqꝫ vir-
tus mouet ſuam reſiſtentiam a proportione du-
pla. ¶Hinc manifeſte colligitur quarta conclu- 4.Cõcluſ.
ſio, qua ſtabilitur quinta regula. Velocitas mo-
tus penes cauſam attẽditur penes proportionẽ
proportionum agentium ſuper ſuas ipſorum reſiſtẽ
tias. Que quidẽ proportio (vt trac. de proportio-
nibus prefati ſumus) dr̃ ꝓportionalitas geome
trica. Cõcluſio eſt quã Paulus Vene. Hẽtiſber ⁊
ferme enarratores Ariſtotelis cõſentienter affir
mant. Nam etſi nuſq̃ fuerit ab Ariſtotele ſub his
terminis cõſtituta, colligi eam tamen exiſtimãt
ex ſuis regulis ſeptem. Primũ ex quarta manife-
ſte (vt modo dicebamus) eo em̃ ꝙ qualis eſt pro-
portio virtutis cuiuſpiã ad eam quã ſuperat, reſi
ſtentiã, talis eſt medietas virtutis ad medietatẽ
reſiſtentie, docet, eadem velocitate mouere ſub-
duplam virtutem, ſubduplam reſiſtentiam, qua
tota mouebat totam. Nanqꝫ ait eodem tempore
per idem ſpatium eandem mouere. Sequitur itẽ
eadem quarta concluſio dilucide ex ſeptima re-
gula. Nempe ꝙ ſi due virtutes ſeorſum moueant
aliquo vno tempore duas reſiſtentias, virtus cõ
poſita ex ambabꝰ virtutibus mouebit reſiſtentiã
cõpoſitam ex ambabꝰ reſiſtentijs eodẽ tempore
per idem ſpatiũ: qđ eſt dicere eadem velocitate.
Cuius ꝓfecto ratio eſt, quã aſſerit q̃rta cõcluſio.
Nempe ꝙ talis eſt proportio ambarũ ſimul virtu
tum ad ambas ſimul reſiſtentias, qualis eſt al-
terutrius ad ſuã. Loquitur enim de virtutibꝰ habẽ-
tibus eaſdẽ ꝓportiones ad ſuas reſiſtẽtias: ſiqui
dem ait mouere eaſdẽ eodem tempore. Etenim ſi
virtus vt.6. moueat reſiſtentiã vt.4. ⁊ virtus vt.3.
reſiſtentiã vt.2. tunc virtus vt.9. que cõſtat ex.6. ⁊
3. mouebit reſiſtentiam vt.6. que cõſtat ex.4. ⁊.2.
eadem velocitate. Quoniam omnes ſunt ꝓpor-
tiones ſeſquialtere. Et idem comperies in omni
genere proportionis. ¶At vero contra iſtã cõclu Examina-
ſionẽ, ⁊ pro examine regularum Ariſt. arguitur pri- tio regula
mo authoritate eiuſdẽ Ariſt. primo de celo. cap. rũ Ariſto.
de infinito, exiſtimantis velocitatẽ motuũ attẽdi
penes excellẽtiã mouẽtis ad mobile. Et idem vr̃
ſentire. Com. lib.4. tex.70. ⁊ lib. hoc.7. text.35. His
tñ locis facile reſponſum imus, Ariſt. ſolum affir
mare, ꝙ quanto excellentia erit maior, tanto mo
tus erit celerior: nihil tamen loquitur de pro-
portio-



nibus, ꝙ qualis fuerit proportio exceſſus
ad exceſſum, talis ſit velocitas ad velocitatẽ. Et
Com. tex. hic.36. videtur ſe ipſe exponere, vt bene
agnouit Paulus, ſcilicet ꝙ per exceſſum intelli-
gebat proportionem. Et ſic comparando inter ſe
duo agentia comparat proportionem vnius ex-
ceſſus ſuper ſuam reſiſtentiam proportioni alte-
rius ſupra ſuam. Sed alitet vrgentius ſic arguit.
Et ſi q̃rta noſtra concluſio optime cõſonet quar-
te regule Ariſtotelis: reliquis vero nõ ſimiliter.
Eſt nanqꝫ prima regula, ꝙ ſi aliq̃ virtus moueat
reſiſtentiam in aliquo tempore per aliquod ſpa-
tium, eadem virtus eodem tẽpore mouebit ſub-
duplam reſiſtentiam per duplum ſpatium. i. du-
pla velocitate. Et quidem particulariter, vbi vir
tus mouet reſiſtentiam dupla proportione, con-
ſentit quarta cõcluſio. Etenim ſi virtus vt.8. mo-
ueat reſiſtentiam vt.4. aliquo tempore per aliqđ
ſpatium, eadem virtus mouebit reſiſtentiam, vt
2. in duplo velocius, quia quadrupla proportio
quã.8. habet ad.2. eſt dupla ad duplam, quã ha-
bebat ad.4. Et per hoc item refutatur tertio iam
impugnata regula de exceſſibꝰ. Qui ſi eſſent hic
aſpiciendi ſolum excederet velocitas in ſeſquial
tero: qualis eſt proportio exceſſus, quo.8. exce-
dit.2. ad exceſſum quo excedit.4. At vero nõ ſub-
inde ſequitur (ſalua quarta concluſione) ꝙ eadẽ
virtus eodem tempore moueat ſubquadruplã
reſiſtẽtiam per quadruplum ſpatium. i. quadru-
pla velocitate, ſed ſolum mouebit in triplo velo-
cius: qualis eſt proportio octuple, ſcilicet.8. ad.1.
ad duplam, puta.8. ad.4. Qua ratione colligi vi-
detur, ꝙ vel quinta noſtra concluſio eſt falſa, vel
prima regula Ariſtotelis. Reſpondebitur forſan
ꝙ regula Ariſtotelis ſolum loquitur de medieta
te reſiſtentie, non tamen ſubinde procedit ad mi
nores partes. Sed ⁊ contra hoc etiãnum pugnat
aperte replica. Si virtus motiua, vt.6. moueat in
aliquo tempore reſiſtentiam, vt.4. eadem virtus
non mouebit medietatem (iuxta quartam cõclu
ſionem) eodem tempore per duplum preciſe ſpa
tium: quia non mouebit ſolum duplo maiori ve-
locitate: ergo. Quarta concluſio repugnat Ari-
ſtoteli. Probatur antecedens.6. ad.2. eſt propor-
tio tripla, ad quatuor vero eſt ſeſquialtera: tripla
autem ad ſeſquialteram eſt maior ꝗ̃ dupla. Con-
ſtat enim ex duabus ſeſquialteris, ⁊ vna ſeſqui-
tertia, vt tripla que eſt.12. ad.4. conſtat ex ſeſqui-
tertia, que eſt.12. ad.9. ⁊ ſeſquialtera que eſt.9. ad
6. ⁊ ſeſquialtera que eſt.6. ad.4. ergo virtus vt.6.
pluſq̃ duplo velocius mouebit reſiſtẽtiam vt.2.
quã reſiſtentiam vt.4. Quinimmo eſt regula ge-
neralis ꝙ quandocunqꝫ virtus excellit reſiſten-
tiam minori proportione ꝗ̃ dupla, eadem virtus
habebit ad medietatem reſiſtentie maiorem pro
portionem ꝗ̃ duplam: ⁊ per cõſequens mouebit
eam pluſq̃ duplo velocius. Et ecõuerſo quãdo-
cunqꝫ virtus exuperat reſiſtentiam maiori ꝓpor
tione, ꝗ̃ dupla, excedit medietatẽ reſiſtentie mi
nori ꝗ̃ dupla, vt ſi virtus vt.6. moueat reſiſtentiã
vt.2. aliqua velocitate, non mouebit reſiſtentiã
vt.1. duplo maiori, ſed citra. Quoniam.6. ad.1. ha
bet proportionem ſextuplam, ad.2. vero triplam,
⁊ ſextupla ad triplam eſt minus ꝗ̃ dupla. Cõſtat
enim ex dupla ⁊ tripla: quare dupla non eſt eius
medietas. Eodem omnino modo pateſcit, eandẽ
concluſionem quartam non in vniuerſum cõſen
tire cum.2. regula Ariſtotelis, que venit in idem
cum prima, videlicet ſi aliqua virtus mouet reſi-
ſtentiam in aliquo tempore per aliquod ſpatiũ,
eadem virtus mouebit ſubduplam reſiſtentiam
per idem ſpatium ſubduplo tempore: quod pari
ter eſt dicere, dupla velocitate. Quare ſi quartã
concluſionem ſuſtineas, nequibis verificare re-
gulam niſi vbi virtutis ad reſiſtentiam fuerit iu-
ſte proportio dupla. Tertia vero ⁊ quinta ⁊ ſexta
regule Ariſto. nihil habent hic peculiaris diffi-
cultatis. ¶Ad hec igitur argumẽta ferme calcu- Argumen
latores nihil aliud reſpõdent, ꝗ̃ ꝙ prima ⁊ ſecun torũ ſolu-
da regula dũtaxat habet verum vbi virtutis ad tio.
reſiſtẽtiam eſt proportio dupla, neqꝫ maior neqꝫ
minor. Nam tunc ad medietatẽ erit quadrupla,
que eſt dupla ad duplam. Et certe ita neceſſariũ
eſt dicere. Nam in alijs proportionibꝰ, neqꝫ ſi ve-
locitas attendatur penes proportionem propor
tionum, vt dicit quarta cõcluſio, ⁊ multo minus
ſi attẽdatur penes proportionem inter exceſſus,
poſſunt defenſari eiuſmodi regule. Attamen ne
Ariſt. videatur tam mancus, qui in ſolo caſu par
ticulari cõſtituerit regulas. Et preterea vt quar-
ta noſtra Concluſio ſit vniuerſalis, interpretan-
de ſunt dicte regule, ꝙ nomine medietatis reſi-
ſtentie intelligit illam generaliter, ad quam vir-
tus habet duplam proportionem, ad proportio-
nem quam habet ad totam reſiſtentiam: vt ſi vir
tus vt.6. moueat reſiſtentiam vt.4. aliqua veloci
tate, eadem virtus mouebit ſubduplam reſiſten
tiam. i. illam ſuper quam habebit proportionem
duplã ad ſeſquialteram dupla velocitate: ⁊ per
conſequens eodem tempore per duplum ſpatiũ,
aut per idem ſpatium, ſub duplo tempore. Pro-
portio autem dupla ad ſeſquialterã eſt maior ꝗ̃
dupla, puta dupla ſeſquiquarta, qualis eſt.9. ad
4. Et pari ratione eadem virtus mouebit tertiã
partem reſiſtẽtie (.i. illam ſuper quam virtus ha
bet proportionem triplam ad proportionẽ, quã
habet ſuper totam reſiſtẽtiam) velocitate triplo
maiorem. Huiuſmodi arte patere cuicũqꝫ poteſt
via dignoſcendi velocitates motus.

¶Ad primum igitur principale Ad ꝑmũ.
argumentum ſcire reſpõſum eſt, ꝙ loquimur de
agẽtibus particularibus cum quibus Deus ge-
neraliter concurrit ſuo ipſorum modo. Quod ſi
ſe ſolo moueret duo mobilia, tunc certe id nõ fa-
ceret ſm totam virtutem infinitam: alias moue-
ret infinita velocitate. Qua ratione (vt lib. proxi-
mo dicturi ſumus) nihil Deꝰ agere poteſt ſm to-
tam ſuã virtutem, ſicuti agentia naturalia: alias
produceret infinita, ⁊ infinities infinita, ſed agit
per intellectum ad voluntatem, iudicio ſuo ⁊ ar-
bitrio. Et ideo velocitas motus tunc attenderet
ſm hãc vel illã applicationẽ virtutis eius. Eodẽ
mõ dicẽdum de duobus hominibus, quorum ro
buſtior lentius ac pro libito ſegnius mouet, non
em̃ eſt tunc attẽdenda velocitas motꝰ penes pro
portionem vnitatum ſimpliciter ſuper reſiſten-
tias, ſed penes proportionem virtutũ, quas pro
ſua quiſqꝫ voluntate applicat. Ad id autẽ quod
de intelligentijs obiectum eſt, reſpondetur, illic
etiam habere verum, ꝙ qualis eſt proportio vir-
tutis ſuperioris intelligentie ad virtutẽ inferio-
ris, talis eſt proportio velocitatis motus ſui or-
bis ad velocitatem inferioris. Non tamen ꝓprie

 dicit

dicitur proportio virtutis ſuper reſiſtẽtias, quoniam celi non proprie reſiſtunt motui, ſed quantum quiſq; ſuapte natura eſt mobilis, tante virtutis applicata eſt intelligentia. Quare non diceretur inepte, ꝙ maior moles, maior eſt quodã modo reſiſtentia. At vero regula Ariſtotelis de proportionata diuiſione virtutis motiue ⁊ reſiſtentie locum non habent (vt ait tex. 35.) in intelligẽtijs ⁊ celeſtibus orbibus. Quoniam virtutes ille ſunt ſpirituales, atq; adeo indiuiſibiles, ſed dicitur vna maior q̃ alia: ſicuti angelus ſuperioris ſpeciei eſt perfectior angelo inferiori. Quapropter intelligẽtia, verbi gratia, que mouet primum mobile, non poteſt orbem alium celerius moroſiuſve ciere: tametſi poſſit vnus angelꝰ mouere lapidem pro ſuo arbitrio citius, ac lentius.

De motu grauium. Sed hoc non eſt preſentis negotij. In motu vero grauium aut leuiũ per vacuum vbi nulla eſt reſiſtentia, ſuppoſita veritate illa quam lib. 4. credimus demonſtraſſe: nempe ꝙ tunc etiam mouebuntur in tempore propter finitam virtutem: arbitror locum habere primam illam noſtram cõcluſionem ſupra impugnatam. Nempe ꝙ attendẽda ſit tunc velocitas penes proportionem virtutis motiue ad aliam virtutem motiuam, eo ꝙ illic nulla ſit reſiſtentia.

¶ Ad ſecũdum principale argumentum de magnete premiſſo eo, quod diximus lib. 2. ⁊ in hoc. q. 1. videlicet ꝙ magnes attrahit ferrum per virtutem, quã illi imprimit, reſpondẽdum eſt ꝙ illic habet quoq; verũ, quarta concluſio de proportione proportionum. Nã ⁊ ſi ferrũ per illã q̃litatẽ admoueat magneti, motui tñ reſiſtit, tum mediũ, tum etiam (niſi ſit ſimplex deſcenſus) grauitas ipſa ferri. Cuius ſignũ eſt, ꝙ ſi ferrum ſit, aut nimis magnum, aut valde diſtans a magnete, non ſubmouebitur. Quare vnus magnes tanto velocius mouebit q̃ alius: quanta fuerit proportio proportionum virtutũ ad reſiſtentias. Ad. 2. ꝓnc.

¶ Ad tertium deniq; ⁊ poſtremũ argũ rñdetur, ꝙ non ſemper vbi Petrꝰ iactauerit lapidem per aliqđ ſpatiũ, medietatem iactabit duplo maiori velocitate: neq; per duplũ ſpatium. Primum qm̃ leuiori iaculo plus mediũ reſiſtit: ⁊ ideo tardius mouetur lana q̃ lapis. Deinde ꝙ diſtantia ad quã homo poteſt iaculari, eſt finita ⁊ limitata: ⁊ ideo vltra illã nihil poterit iactare. Fateor hec non eſſe adeo digna philoſophoꝝ nomine. Sed poſtq̃ Ariſtote. hanc tetigit chordam, boni conſulat lector, ſi huiuſmodi nugis tantillum negotij et temporis conceſſerimus. Ad. 3. ꝓnc.

Finis ſeptimi Phyſicorum.



# Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper octauum Phyſicorum Ariſtotelis Quæſtiones.

QVanquã Philoſophi cõtextus ſatis ſit fuſe per cõmenta explicatus, nihilo ſecius operepretiũ eſt nonnullas de more queſtiones adhibere, per quas rei veritas patẽtior fiat: atq; eas primum que de creatione mundi inter philoſophos theologoſq; diſputantur: in quibus Ariſtoteles bis per omnia diſtat a catholica profeſſione. Sit ergo prima q̃ſtio, tum circa prima duo capitula, vbi conſtituit ſemper fuiſſe motũ, ſemperq; futurum, tum ⁊ circa ſeptimum, octauum, ⁊ nonum: in quibus iudicio ſuo demonſtrat, circularem motum eſſe perpetuum.

## Quæſtio prima.

VTRVM MVNDVM FVISſe in temporis initio creatum, ſit articulus fidei,

EXiſtit enim protinus argumentũ a parte negatiua ex ipſa ꝯditiõe fidei. Catholica. n. fides naturam nõ auerſatur, ſꝫ ꝑficit: q2 vtraq; eſt opꝰ Dei: igr̃ qđ nature luce impoſſibile demõſtratur, id fides nõ affirmat: demõſtrare hic ꝟo vr̃ Phs motũ atq; adeo mũdũ, fuiſſe ſemꝑ, vt primis. 20. textibus, ⁊ fere per totũ librũ videre eſt: ergo cõtrariũ, nõ eſt articulꝰ fidei. Parti aũt affirmatiue atteſtatur catholicũ Symbolũ, cuius vna cõfeſſio eſt, Deum eſſe omnipotentem, creatorem celi ⁊ terre, viſibilium omnium ⁊ inuiſibilium.

¶ Diſputationis de creatiõe mũdi tres dignoſcuntur gradus. Primꝰ de re, Utrũ fuerit eternꝰ, an vero in initio tẽporis ꝯditꝰ: idq; vſq; adeo cõſtet, vt ſit ꝯfeſſio fidei. Secundus de neceſſitate. Utrũ fuerit neceſſariũ fuiſſe ab eterno, ita vt pars hec affirmatiua ſit naturali lumine demõſtrabilis. Tertiꝰ de poſſibilitate. Utrũ fuerit poſſibile fuiſſe ab eterno, an ꝯ impoſſibile: vt ſit, ꝑ alterũ extremũ, demõſtrabilis pars negatiua. Quod ſi poſſibile fuit extitiſſe ab eterno, reſtabit q̃rto loco inq̃rere, quidnã potiꝰ ꝯueniret, vt in tꝑe fieret, q̃ ab eterno. At qm̃ fides, norma eſt ad quã res naturales exigẽde ſunt, ſub ꝓori fidei titulo rñdebimus ad duas priores q̃ones tribus ꝯcluſiõibꝰ: ⁊ de tertia cũ ſua acceſſoria adhibebimus ſcđam q̃onẽ. ¶ Sit igit̃ cõcluſio prima. Mũdus fuit fabricatꝰ in initio tꝑis.

1. Conclu. Hec, cũ cõſiſtat in facto, qđ nõ a natura, ſꝫ a diuina volũtate pẽdet, nõ al̃r cõſtabiliri põt, q̃ authoritate, q̄ irrefragabilis eſt, reuelate ſcripture, ꝑ quã diuina volũtas nobis inoteſcit, in cuiꝰ ſtatim capite ait Moſes. In ꝓncipio creauit Deꝰ celũ ⁊ terrã. Ubi ſꝫ noĩe ꝓncipij alia ꝓterea ſcrutentur doctores, publica tñ, cõpertiſſimaq; ſignificatio eſt de initio tꝑis. Unũ Greg. ſuꝑ Eze. Homel. 1. Prophetauit inquit Moſes de ꝓterito dicẽs. In ꝓncipio creauit ⁊c. in q̊ nouitas mũdi traditur. Grego. Ubi edocet Greg. ſolo ſpũ ꝓphetico per reuelationẽ poſſe ineuitabil̃r cõfirmari hãc veritatẽ. Accedit ⁊ illud Joãnis. 1. Oĩa ꝑ ipſum facta ſunt, ⁊ c. 17. Clarifica me pater apud temetipſum claritate quã habui priuſq̃ mundus fieret. Et Prouer. 8. Dñs poſſedit me in initio viarũ ſuaꝝ anteq̃ quicq̃ faceret a principio. Põt nihilominꝰ ꝓterea magna rõnũ ꝓbabilitate eadẽ ꝯcluſio elucidari: vt patebit inter diſputandũ de poſſibilitate ⁊ cõgruitate eiꝰ. ¶ Scđa cõcluſio.

2. Conclu. Mũdũ fuiſſe ĩ tꝑis initio creatũ eſt articulꝰ fidei, expſſe credẽdus ⁊ cuicũq; Chriano ꝯfitẽdus. Patet q2 nõ ſolũ eſt veritas aſſerta in ſcriptura, quã ꝓceres tenentur noſſe, verũ eſt relata inter articulos Symboli: q̊s totꝰ Chriſtianiſmꝰ ſigillatim ꝓfitetur: vt iam citatũ eſt. Sꝫ ꝯ. Illic tñ obligamur credere mundũ eſſe creatũ a Deo: nõ aũt repugnat fuiſſe creatũ ab eterno, vt paulo poſt liq̃bit: g̃ ex vi articuli nõ ꝯſtringimur credere eſſe creatũ cũ tꝑe. Rñdetur, eccleſiã articulũ hũc nõ ꝯſtituiſſe de nouo, q̃ſi elicitũ ex ſacra ſcriptura, in q̃ implicitꝰ deliteſcebat, ſꝫ ꝓpoſuiſſe tanq̃ in illa expreſſum: q̃re in eodẽ ſenſu obligat, q̊ ꝑ ſuperiores authoritates explicitus eſt: nẽpe qđ oĩa in tꝑe creauerit Deꝰ ⁊ angelos quoq;, de q̊bꝰ olim dubitatũ fuit, ꝓpterea ꝙ in capite legis nõ ſit illoꝝ creationis peculiaris mẽtio. Adde qđ nondũ, vt iacet, fuiſſe ab eterno, mõſtrabitur impoſſibile: obidq; confeſſio, qđ fuit creatꝰ, infert fuiſſe creatum in tꝑe. ¶ Ex his ſit ꝯñs tertia ꝯcluſio.

3. Conclu. Nulla, neq; oẽs ſimul argumẽtatiões Ariſt. q̊s in hoc libro de eternitate mũdi ꝯgeſſit, q̊cq̃ veritatis ꝯcludũt: tm̃ abeſt vt ſint ꝓ demõſtrationibꝰ habende. Quin vero oẽs ſunt heretice, vt ait S. Th. 2. ſen. q. 1. q̃uis rõnes eiꝰ aliquanto plus habeant probabilitatis, q̃ aliorum philoſophorum commenta.

¶ At ne orthodoxorum eccleſia ethnicis appeat impoſſibilia ꝯfiteri, rñdebimꝰ ſuis argumẽtis, veraſq; ſimul adiũgemus rõnes poſſibilitatis ꝯfeſſiõis nr̃e. Nõ patet mẽs Ariſ. Et primũ nõdũ quicq̃ cõperti habemꝰ, an Ariſ. rõnes ſuas ꝓ demõſtrationibꝰ duxerit. Ait enĩ S. Tho. 1. q. 46. ar. 1. rõnes eiꝰ nõ eſſe demõſtrationes ſimpl̃r, ſꝫ ſm̃ quid ad ꝯdicẽdũ antiq̊s, docẽtibꝰ inchoationẽ mũdi modis impoſſibilibꝰ. Et inſinuat neq; eundẽ Ariſto. eſtimaſſe illas, demõſtrationum ꝓrio: qm̃ primo (inquit) lib. top. inter problemata dialectica (de quibus firmas rationes nõ habemꝰ) ⁊ hoc cõnumerat. Utrũ mũdus fuerit ab eterno. Quãuis ſecũdo ꝯtra Gene. c. 81. dicat eum expreſſe poſuiſſe mundi eternitatem. At vero Albertus magnus hoc lib. tracta. 1. c. 4. ait Ariſtotelem in lib. ſuo de nat. Deorum (qui aliter inſcribitur de ſubſtãtijs ſeparatis) aſſeruiſſe mundum a Deo opifice fuiſ-

ſe creatum. At forſan intellexit (nam non viſitur iam ille libellus) creatum ab eterno, in hoc ſenſu, quod habet cauſam: vt creatio non dicat inceptionem nouam, ſed emanationem: & cõſeruationem quẽadmodum ait & Auicenna in ſua metaphyſica: de quo. q.2. Verũtamen quicquid ſenſerit Ariſtot. qui, cum Deus non fuerit (vt ait idem Albertus eodẽ trac. c.14.) errare potuit, mõſtrat eius principia nullũ habuiſſe robur. Primũ oĩm fuit illud qđ ait. 1. phy. tex. 33. fuiſſe commune oĩm dogma.

Ex nihilo nihil fit.

Ex nihilo nihil fit. Illum autẽ cõmunem ſenſum inde conceperunt, quod experiebantur in naturalibus actionibus, non quodlibet fieri ex quolibet, vti illic ſubditur text. 43. Haud enim homo fit ex quolibet non homine, puta ex ligno vel accidẽte, que negatiue ſunt nõ homines, ſed ex priuatione hominis, puta ex embrione, vbi eſt vltima diſpoſitio ad hominem. Neq; album fit ex muſico per ſe, ſed ex nigro vel ex medio colore affecto. Hac vtiq; ratione conſtituebant, principia generationis eſſe contraria, puta priuationem & formam: indeq; adeo colligebant neceſſariũ eſſe ſubiectũ, puta materiã que vtriq; ſucceſſiue termino ſubſterneret: que quidẽ per diſpoſitionẽ effectricis cauſe deſtinaretur coaptaretq; ad gñationem huius rei, potiuſq; alteriꝰ: ex cuiꝰ deniq; potentia educeretur forma.

Cõmentator.

Qua de cauſa Comment. com. 4. ob id aſſeuerat ex nihilo nihil poſſe gñari, qđ nihil, nõ eſt magis determinatum ad vnam formã q̃ ad aliã. Quare neq; ex nuda materia, ſi daret abſq; omni accidente, quicq̃ gigneretur: eo qđ indifferens eſſet tunc ad oẽm formã. Et ſubdit opiniones Sarracenorum, puta noſtrã, ortum habuiſſe ex vulgi errore, qđ ſenſu decipitur. Vbi enim, inquit, videt aliqua generari ex re quã non preuidebat, indicat aliquid fieri ex nihilo: vt dum ex aere a ſole inflãmato gignitur ignis. Sic Sarracenus ille deridebat noſtrã fidem. Sed multo eſt certius opinionẽ ſuam & taliũ phorꝫ fuiſſe pluſq; vulgarem & ſenſualẽ: vtpote qui de productione totius entis iudiciũ petebant a ſenſualibus gñationibꝰ particulariũ rerꝫ. Cum tñ debuiſſent intellectu aſſurgere ad naturam prime cauſe, q̃ ſic ſe habet ad creationẽ totiꝰ entis, vti equus ad procreandũ equũ, & ignis ad gñationẽ ignis.

1. Ratio.

¶ Sit ergo prima ratio nr̃a. Deꝰ eſt per ſe ens, vt qđ a nemine põt recipere vt ſit (hoc quippe ſonat nomẽ Dei) atq; ideo cauſa eſt vl'is oĩm entiũ & cuiuſq; rõnis entis: vtpote qui eminẽter oĩa ꝯtinet, quinimmo q̃ eminenter eſt oĩa: hoc. n. eſt eſſe infinitum: qđ nec ſua ſubſtãtia ſit limitata ad certũ genꝰ, nec ꝑinde ſua virtꝰ ad certũ effectũ. Ergo ſicuti calidũ eſt cauſa particularis faciẽdi calidũ, & equus generandi equũ, ita Deus eſt cauſa totius entis. Id aũt qđ ignitũ eſt non facit calidum ex calido, vt citatum eſt ex Ariſt. ſed ex non calido: nã qđ eſt: nõ fit: ſupponit autẽ ſubm̃ caloris. Nec ignis facit ignẽ ex igne: aut equus ex equo, ſed ex non igne, & non equo: ſupponit autem materiam in qua recipiatur forma: ergo ſimili analogia, ſi Deus eſt cauſa entis oĩſq; rationis eius, non facit illud ex ente, ſ; ſimpliciter ex non ente: nam ſicut gñationi equi non ſubiicitur equus, ita neq; generationi entis vllũ ſubſternit ens. Hac itaq; rõne ꝯcluditur, Deũ eſſe creatorẽ omniũ, atq; adeo prime materie. Ratio eſt S. Tho. 1. p. q. 45. Que ſi tibi appareat metaphyſica, cõſidera creationem nõ eſſe rem phyſicã cum non cõpetat cauſis particularibꝰ, ſ; ſoli per ſe prime cauſe, quatenꝰ rõ eſt totiꝰ entis, cuiꝰ ideo contemplatio ad ſolum pertinet metaphyſicum. Cõcedimus ergo pho materiã eſſe ingñabilem proprie & incorruptibilem q; fieri nequit ex alio: cepit eſſe tamen ex nihilo per creationem. Unde argumentũ illud nullum eſt, qđ phi nobis tale obiiciunt. Omne quod fit, poſſibile ante fuit fieri: poſſibilitas autem illa non eſt niſi in materia ex cuius potẽtia educit forma: ergo omni factioni preſupponitur materia. Negatur. n. prior aſſumpta, ſi de phyſica poſſibilitate intelligat: ſatis. n. ẽ ꝙ fuerit Deo poſſibile rẽ gignere vel creare. De q̃ adhuc alterũ verbũ adhibebimꝰ q̃ne ſequenti.

2. Ratio.

¶ Secũda rõ ſumit ex infinita Dei potẽtia. Deus eſt infinite virtutis: ergo nullatenus limitatur in mõ agendi, neq; ab aliqua vlla cauſa pendet in agendo: nã cum virtus agentis nõ mõ de ſubſtãtia facti, ſed de mõ agendi perpendat, virtus infinita, q̃ eadẽ eſt q̃ illimitata, a nulla alia re in agendo coarctatur: ergo q̃uis ignis, exempli gratia, & equꝰ & cauſe alie particulares, eo ꝙ tales illis limites a natura preſcripti ſunt, neutiq; poſſint formas producere, niſi educendo de potẽtia materie, poterit nihilominꝰ Deus totũ ens ſine ꝑuio ſubiecto ſuo nutu ꝯdere abſq; motu: alias ꝯſtrictꝰ eſſet ac limitatꝰ, ac ſi eſſet cauſa finita.

Deꝰ infinite virtutis

Et ꝙ Deus ſit infinite virtutis, patet, q; eſt infinite eſſentie & ꝑfectionis: vtpote q̃ a nullo dependet, ſed oĩa ab ipſo, tanq; a perẽni fonte rerum: nõ ſolũ que ſunt, ſed que eſſe poſſunt abſq; vllo termino: dicere nanq; ꝙ ſit infinite eſſentie & perfectionis, ſed nõ infiniti vigoris, non eſt philoſophi hominis: q; ex infinitate & illimitatione eſſentie prouenit vt omnia ſint in ipſo infinita. ſ. duratio, ſcientia, potentia &c. Quod ſi Deus eſt vigoris infiniti: cum non poſſit facere infinitũ (vt 3. phyſic. latiſſime demonſtrauimus) non potuit eandem virtutẽ ſplendidius demonſtrare, q; ex mõ hoc agẽdi ĩfinito.

Scotus.

Qđ ſi nobis obiicias argumentũ Scoti. 4. diſ. 1. neq; hunc modũ agendi ſatis pateſacere infinitam potentiã Dei. Nam maxime id inde argueret ꝙ inter nihil & ens creatũ eſſet infinita diſtãtia, q̃ a ſola potẽtia infinita poſſet pertrãſiri: hoc tñ eſt falſum: nam inter nihil & lapidem. v. g. non eſt maior diſtantia q; eſt latitudo perfectionis lapidis, que finita eſt. Reſpondetur, non eſſe hanc cauſam. Haud enim imaginamur interuallum infinitũ inter nihil & ens, ſicuti in ſpatio infinito: alias neq; a potẽtia infinita poſſet ꝑtrãſiri, vt inquit S. Tho. 1. p. q. 45. arti. 2. Sed (vt ait illic art. 5.) arguit potẽtia infinita hoc mõ. Educere formam de potẽtia materie eſt alicuius virtutis: ergo quãta aliqua cauſa rem extraxerit de minori potentia, erit maioris virtutis, atq; adeo q̃ eduxerit ex nihilo erit infinite.

Creari.

Etenĩ creari nõ eſt ſolũ produci formam extra ſubm̃: nam anima creat in ſubiecto, ſed produci ex nulla potentia ſubiecti. Quã obrem creatura nõ poteſt creare. Unde cum dicimus creari ex nihilo, prepoſitio, ex, deſignat cauſam materialẽ, vt ens creari ex nihilo, ſit creari non ex aliquo. & ibi fieri nõ dicit mutationẽ, ſed ſimpliciter inceptionẽ virtute alterius. Per hec detegit falſitas Cõmẽtatoris cõmẽ. 4. negantis minorẽ eſſe virtutẽ agentis preſupponẽtis ſubiectum, q; non pſupponentis, eo

quod



quod putabat hoc eſſe impoſſibile.

Ari. creationẽ admiſit.

Quin imo Ariſt. forte inuitus creationẽ admiſit. Ait nanq; 2. de genere animaliũ cap. 3. animã humanã, qua parte eſt intelligens, non educi de potentia materie, ſed aduenire de foris: quod intelligitur vel de intellectu ſeparato ab anima ad ſenſum Commentatoris, qui ait vnicũ eſſe intellectum in vniuerſis hominibus, eundẽq; perpetuũ, vel de ſingulis animabus, que creantur, dum homines gignuntur: ſenſus autem Cõmentatoris indignus eſt qui a viro Pho, ne dicam ab homine mentis compote, audiatur: ergo neceſſarius eſt alter de creatione animarũ.

Ad argm̃ Ariſto.

At quia non eſt proprius hic locus dicendi de creatione, hec ſatis ſint. Igitur ad illud argumentũ Ariſto. tex. 4. Omne qđ mouetur preexiſtit motui: & tunc vel illud erat corruptibile vel non &c. Reſpondetur interempto primo antecedente, ſi intelligatur de preexiſtentia temporali. Celũ nanq; creatũ fuit mouens, ſicuti ſol illuminans. Et ideo vt ſol natura tantũ prior fuit lumine ſuo, ita & celum ſuo motu. Quocirca ad illud quod ſubdit, vel mouens & mobile erant generabilia, vel perpetua reſpõdetur, mouẽs tãtum fuiſſe perpetuũ, mobilium vero, nullum. Et q̃uis aliqua eorũ que primo facta ſunt (vt elemẽta) fuiſſent generabilia, non tamẽ fuerunt edita

Nota ea q̃ creata ſunt.

per generationẽ: ſed per creationẽ, que neq; eſt motus neq; illũ ſupponit. Eſt hic tamẽ animaduertendũ, quẽadmodũ Deus dignificator nature ea preciſe creauit que aliter edere nequiuerat, vt celos, angelos & animã, atq; elementa, eo quod materiã ſine forma creare, vel nõ decebat, vel certe non poterat. Miſta vero, q; neceſſariũ non erat vt crearet ex materia, inſtar propemodum nature, produxit vt hominẽ de limo terre: mulierem de coſta viri, lignaq; & animalia de terra. Quãuis nõ de ſeminibus: ſiquidẽ lignis & animalibus dedit virtutẽ ſeminandi. Et enĩ ſimpliciter ens in actu (vt animal & arbor) prius eſt ente in potentia: quale eſt ſemen.

Aues priores ouis

Quo circa neceſſarium fuit prius fuiſſe aues q̃ oua. ¶ Secundũ precipuũ argumentũ contra nos Phi extruerẽt a diuino modo agendi.

Vndeus agat ꝑ modum nature.

Deus agit per modũ nature: ergo q̃uis res oẽs ab ipſo dimanent, eas tamen ab eterno protulit & nõ ex tẽpore. Conſequẽtia nota eſt: q̃m ſi agit per modũ nature, non fuit in ſuo arbitrio res condere vt luberet, ſed determinato id fecit modo: ergo, vti ſol quandiu fuit, protulit lumen, ita et Deus res.

Quid nã de hoc ſenſerit Ariſ.

& quia nemo quẽ viderim exploratum habet, quid de hoc ſenſerit Ariſto. verbũ de hoc vnũ ſubiciã. Notandũ ergo primũ, ipſum non negaſſe Deum agere per intellectum. Ait quippe. 11. metaphy. ca. 6. Diuinam ſcientiam eſſe principium primum, & principium maxime, nimirum vniuerſi. Neq; negaſſet agere per voluntatẽ. Docet ſiquidẽ. 9. metaphy. tex. 10. Intellectũ, vt qui indifferens eſt ad vtrãq; partẽ contradictionis, per appetitum & electionẽ applicari ad opus. Et. 2. Phy. tex. 50. Docet Deum & naturã agere propter finẽ. Et. 12. metaphy. tex. 52. naturam vniuerſi eſſe optimum quiddã, ordinatum in finẽ: puta in Deum, ſicuti exercitus ordinem habet ad ducẽ. Que omnia, documẽta ſunt, Ariſtotelẽ haud ignoraſſe Deũ agere per intellectum & voluntatẽ. Sed tamen ſicuti nos confitemur filiũ in diuinis procedere per intellectũ, et ſpiritum ſanctũ a patre et filio per voluntatẽ, nihilominus vtrunq; ex neceſſitate nature, ita Ari. affirmaret promanare vniuerſum a Deo. Qua hic de cauſa tex. 15. & 2. metaphy. tex. 4. ait eternorum cauſam eſſe neceſſariã. Itaq; ſicuti hominẽ eſſe animal rationale cauſa eſt vt ſit riſibilis, nihilo ſecius effectus hic ſuã ſequitur ex neceſſitate cauſam, ita arbitraretur de vniuerſo reſpectu Dei. Atq; adeo diceret, Deũ ex ſe omnia ꝓtuliſſe, voluntate quidẽ cõplacentie, haud tamen contradictionis libertate, vt potuiſſet non facere. At qui cauſa huius potiſſima eſt, ſua ipſius Dei immobilitas. Id quod in Cõment. 53. adnotauimus. Nam poſtq; tex. 44. cõſtitutum reliquiſſet, primũ motorem eſſe immobilẽ, poſt tex. 53. docere perrexit, neceſſariũ eſſe, & ideo primũ quoq; mobile, eſſe perpetuũ, vnde varietas ac diuerſitas horum inferiorũ proueniret. Nã id inquit quod immobile eſt, nempe Deus, vno ſemper motu mouebit, cum ipſum non mutetur. Itaq; vult arguere, ꝙ ſi Deus eſt immobilis, inde fit conſequens, vt per modũ nature agat certo prefinitoq; ordine. Quapropter tex. 15. ait, quod infinito tempore quieſcere motorẽ & mobile, & tũc, potius q̃, prius inchoare motũ, nõ eſt nature opus.

Cõmentator de Xp̃ianis.

Vbi Cõmẽ. ait rationabilius nos chriſticolas q̃ Anaxagorã loqui: vt qui hãc cauſam nõ in naturã referimus, ſed in diuinã voluntatem. At nihilominus & impoſſibilia nos dicere exiſtimat nam (vt Cõm. 8. prenotauerat) non poteſt, inquit, antiquus motor nũc facere, quod antea nõ fecerat, per voluntatem, niſi in ipſo mouente aliqua ſit noua cõcupiſcẽtia faciendi, per quã motor ipſe mutetur: id quod motori primo repugnat.

Aug.

Et Auguſti. 11. de ciui. capi. 4. hanc cauſam inſinuat obſtitiſſe Phis, ne crederent Deum in tẽpore creaſſe mundum: q; inde putabant cõſequi, diuinã voluntatẽ fuiſſe mutatam. Hec adduxerim, vt mentẽ exererem Ariſto. qui Deum credidit agere per modũ nature, cuiꝰ cauſam cõmentus fuit ob eius immobilitatem.

Monſtrat Deum extra libere agere.

¶ At ex ipſis nihilo ſecius nature viſceribus depromuntur argumẽta in contrariũ. Primũ. Infinita Dei omnipotentis virtus nõ definitur, coarctaturq; ad vnũ, vno ve determinato modo agendi: ergo nõ agit extra ſe per modũ nature. Antecedens palam eſt, q̃m agens naturale ex eo limitatur ad faciendũ rem hãc, & hoc modo, q; vnũ quodq; agit vt procreet ſibi ſimile, Deus aũt nequit ſibi ſimile extra ſe producere: ergo nulla eſt cauſa cur eius preſcribatur virtus. Et preterea, quia (vt ſupra diximus) in hoc conſiſtit vt ſit infinitus, quod neq; genere certo predicamẽti concluditur in eſſendo, neque vllis adeo in agendo ambitur terminis: nõ ergo agit per modũ nature. Item tertio (vt iam citatũ eſt. 2. Phyſi. & 12. metaphyſi.) natura agit propter finem, res aũt ſine cognitione referre ſe nequeunt in finem, q; hoc eſt ſapientis opus, cognoſcẽtis ordinẽ ad finem: ergo reduci debent ad vnũ primũ a quo dirigantur in ſuos fines, manifeſtũ ergo eſt primũ motorem ſingula deſtinaſſe in ſuos cuiuſq; fines proprios atq; omnia in ſe ipſum: hoc autẽ eſt ꝓpriũ intellectus & volũtatis: opus ergo nõ per modũ nature, ſed per has potẽtias agit. Ac perinde ſicut agit que vult, ita & quãdo vult. Quod ſi Phs rñderit, ſe nõ negare qđ agat per intellectũ & voluntatẽ ſed tñ affirmare, voluntatẽ eius de neceſſitate velle ea que ſunt ꝑpetua: atq; adeo ab eter-



no illa

no illa perfeciſſe, arguitur ꝛ cõtra hoc. Uolũtas
non fertur de neceſſitate niſi in illud bonũ, quod
ſecum habet proportionẽ, vt ipſam expleat: ſola
autem diuina bonitas equatur eius voluntati,
q2 vtraq; eſt infinita: ergo de neceſſitate De⁹ ſuã
tm̃ amat bonitatẽ, ꝑ quã, abſq; vllo externo bono
eſt in ſe oĩno beat⁹, neq; oẽs res mũdi vllã acceſ-
ſionẽ faciũt ad eius internã ꝑfectionẽ quippe in
qua oĩa ſunt eminenter. Preterea Deus eſt finis
omniũ, vt de mente etiã Phi citatũ iã a nobis eſt.
12. metaph. cõcupiſcentia aũt, electioq; ordinato
rũ in finẽ nõ ſequit̃ neceſſario ex volũtate finis, ni
ſi qñ illa ſunt media ad ipſum neceſſaria: rerũ aũt
creatarũ vniuerſitas nullatenus neceſſaria eſt,
vel ad eſſe, vel ad felicitatẽ Dei: ergo ob ſui amo-
rem nõ neceſſario Deus optat res extra ſe exiſte
re. Item cum multe ſint alie res, rerũq; ſpecies,
quas Deus cum potuit producere, nõ tamen fe-
cit, ſignũ eſt nihil velle de neceſſitate, ſed ſicuti
prophetauit Dauid, omnia quecũq; voluit fecit.
Alias omnia quecunq; poſſet feciſſet ſicuti ignis
et id genus naturales cauſe. Adde quod cũ liber
tas agendi perfectionẽ dicat in creaturis, ceci-
tas eſſet id Deo denegare. In ſumma Deus in re
rum productione fuit ſicut artifex, qui per ideas
in ſe eternas extruxit, ornauit, depinxitq; orbẽ:
fecit id ergo quando ſibi placuit. Unde ad argu-
mentũ de mente Ariſtotelis ꝛ cõmentatoris ob-
iectum negatur ex hoc ſequi, vt ſit mutabilis, nã
ab eterno propoſuit tali tẽpore mũdum creare, ꝛ
per eternã illã conceptionẽ, que ſua eſt eſſentia
eũ fecit ſine ſui mutatione. Ob idq; creatio nihil
quicq; noui dicit in Deo preter ſolã rationis rela
tionẽ ad nouum mundum, ſed poteſtas ipſa eter
na creandi ab eterno decernẽs creare dicit͂ dum
res condit, ob ſolam illã relationẽ, actio. Sed de
hoc Theologi latius. ¶ Illud autẽ quod Ariſto.
ſubdit tex. 10. ꝛ 11. de nũc tẽporis. Omne quod fit,
fit in aliquo nũc tẽporis: omne autẽ nunc eſt con
tinuatiuũ precedentis partis tẽporis ꝛ ſubſequẽ
tis: ergo ante illud inſtans fuit tempus ꝛ motus,
atq; adeo tunc nõ incepit mundus. Illud inquã
plane ſolutũ eſt in cõmentis per interemptionẽ
minoris. Eiuſmodi quippe argumẽta (vt illic mõ
ſtrauimus) nõ probant, ſed falſo ſupponunt eter
nitatẽ temporis: quã quia Anaxagoras admitte
bat in ipſum militabãt. Nos autẽ dicimus mun-
dum incepiſſe potius cum tẽpore (vt ait. 11. de ci-
ui. Aug.) q̃ in tẽpore: vel incepiſſe in initio tẽpo-
ris pura in inſtãti, quod nihil ꝑceſſit tẽporis. Re-
ſpondetur ergo q̃ voluntatis Dei, que omnium
eſt cauſa, nulla eſt cauſa: ꝛ ideo nulla reddenda
eſt, cur potius tunc, q̃ antea creauit, ꝛ q̃uis cau-
ſam finalem bene habuit creandi mundũ. Fecit
enĩ eum propter hominẽ: hominẽ autem propter
ſuam ipſius beatitudinẽ, cur autẽ non antea ipm̃
produxerit, cũ plures forſan potuiſſent beari, iã
hoc predeſtinationem eius attingit, cuius nulla
fuit cauſa. ¶ Quod autẽ Ariſto. lib. 4. mõſtrauit,
nõ eſſe poſſibile vacuũ, nequaq̃ nos oppugnat:
vt qui ante mundi creationẽ, nec locum fuiſſe di-
cimus, nec ſubinde vacuũ: ſiquidẽ vacuum (vt
illic habetur. tex. 60.) eſt locus non repletus cor-
pore, aptus repleri. ¶ Nec vero id quod de motu
circulari, preſenti libro text. 73. ꝛ infra demõſtrat,
vllius vigoris eſt contra veritatem fidei: nam ra
tiones ille non tam oſtendunt motũ circularem

*Uoluntatis Dei nulla eſt cauſa.*

2. arg.

eſſe perpetuũ, q̃ id non repugnare figure et pro-
greſſui eiuſmodi motus: qd̃ nos interim admit-
timus: quãuis queſtiõe ſequenti examinabimus
de preterito, an aliunde monſtretur impoſſibili-
tas talis motus ab eterno. ¶ Poſtremũ igitur ar-
gumentũ ſit, quod habetur. 1. celi tex. 109. contra
Platonicos, quorũ (vt fertur) profeſſio erat mun
dum habuiſſe initium, haud tamẽ habiturũ finẽ.
Nullum eorũ que ſuapte natura virtutem habẽt
vt ſint ſemper, quandoq; eſt ꝛ quandoq; nõ eſt, ſꝫ
celi ꝛ intelligentie virtutem habent vt ſint ſemp,
ſunt enim natura ſua res incorruptibiles: ergo
falſum eſt, illa aliquando, aut tempore imagina-
rio, non fuiſſe: qua enim virtute perpetua ſunt in
poſterũ, ſunt ꝛ in preteritũ. Reſponſio. Inprimis
ſub iudice eſt, que nam fuerit de hac re ſententia
Platonis. Ariſto. quippe hic tex. 10. hanc notam
inuſſit ei, q̃ celũ cum tẽpore docuerit fuiſſe exor
tum, atq; adeo neutrũ eorũ fuiſſe ſempiternũ: et
idem adnotat Cõmẽ. eodem. com. ꝛ com. 17. idẽq;
fere interpretes tex. citato. 1. celi. Platonici vero
non nulli (vt retulimus eodẽ. com. 10.) aliter ſuũ
interpretantur magiſtrum, videlicet q̃ docuiſſet
tempus ꝛ celum eſſe factum, atq; adeo mũdum,
eo preciſe ſenſu, q̃ habuerũt cauſam, ab eterno
tamen: ſicuti Ariſto. ipſe concedit tex. 15. de eter-
nis, que nihilominus a prima cauſa dimanant.
Cuius fidem potiſſimũ facit Auguſt. 10. de ciuit.
Dei. c. 31. vbi ait, ſecũdum Platonẽ mundũ fuiſſe
factum, nõ quidem ſecundũ temporis, ſed ſecũ-
dũ ſubſtitutiõis initiũ. Ueluti ſi pes ex eternitate
ſemper fuiſſet in puluere, ſemper ei ſubeſſet veſti
giũ, quod tamen veſtigiũ a calcante factum ne-
mo dubitat. Hec Auguſt. His verum tamen non
obſtantibus haud dubiũ, quin ſententia Plato-
nis fuerit ea, quã Ambroſius ex Baſilio ꝛ grecis
deſumptam affert in exordio Hexameron: nẽpe
Deum ꝛ ideam atq; hylen, hoc eſt materiã, fuiſſe
perpetua, ex qua quidẽ Deus materia ad idearũ
exemplar conſtituit cũ tempore celum ꝛ reliquũ
mundũ: non quidẽ voluntatis arbitrio, ſed ex ip-
ſa idearũ materieq; neceſſitate. Preter angelos
quos immateriales faciebat. Nec vero preteri-
bo Cõmentatoris verba. 12. metaph. Com. 44. de
Platone. Id enĩ, inquit, quod Plato dixerat ob-
ſcuris verbis, q̃ Deus intelligentias manu fecit,
quibus precepit vt mortalia ille facerent, vt ipſe
requieſceret, dixit cauſa ſabbati poſiti in lege fi-
liorum Iſrael. Hec Commen. vbi alluſit ad illud
Gene. de Deo, Requieuit die ſabbati. Conſtat enĩ
Platonẽ cõmerciũ habuiſſe cum Iudeis. Exulta
uit quippe (vt ait Diogenes) apud Caldeos, ꝛ pe
regrinatus eſt in Egyptũ: vbi multa noſtre legis
ab Iſraelitis doctus eſt. Sed q2 percipere nõ dũ
valuit creationẽ materie, credidit quidẽ initium
mundi, nunq̃ tamẽ plane iuxta catholicã verita
tem. ¶ Reſtat ergo vt ad argumentum hoc pacto
reſpõdeamus. Res neutiq̃ a ſeipſis habere poſ-
ſunt perpetuitatẽ eſſendi, niſi ꝛ ipm̃ eſſe habeant
a ſe ipſis: que autem ab alio naturã ipſam recepe
runt, ab eodem ſimul receperunt eſſe, iuxta ſuas
ſingulorũ naturas. Deus ergo ſe ipſo perpetuus
eſt, quia non aliunde recepit eſſe: cetera vero ab
illo procreantur. Attamẽ partim vt cõtingentia
ſint, partim altiori genere, vt ſint ſuapte natura
neceſſaria. Similimodo quo in ſcientiis ex vno
neceſſario principio alia cõſequũtur neceſſario,
ꝛ alia

*De Platone qd̃ nã de mundi eternitate docuerit.*

3. arg.

*Sentẽtia Platonis*



et alia non neceſſario. Fecit ergo Deus intelligẽ
tias ꝛ rationalẽ animã, ſubſtantias immateria-
les, atq; ideo ingenerabiles ꝛ incorruptibiles: ꝛ
preterea celos, quorũ nec materia appetitũ ha-
bet alius forme, nec forma cõtrariũ vllũ. Et ideo
q̃uis in initio tẽporis talem receperint naturã,
ſunt nihilominus omnia ex ſe incorruptibilia, ſi-
cuti ingenerabilia. Ob idq; ſicut non potuerunt
incipere, niſi per creationẽ, ſolo Deo auctore, ita
nec poſſunt eſſe deſinere, niſi eodẽ annihilante,
hoc eſt ſuſpendente generalẽ cõcurſum. Nec ta-
men digni ſunt, qui inter Phos recipiantur, au-
ctores quidam, nullã aliam naturalẽ perpetuita
tẽ in angelis et celis perſcrutãtes, q̃ volũtatẽ
Dei, cui placet illa perpetuo conſeruare, non au
tem hec inferiora. Eſt enim natura ſublunariũ
omnium, corruptibilis, tam ratione materie, q̃
vi contrarietatis, ille vero celeſtes ſubſtãtie, mi-
nime. Quocirca ſi Deus me perpetuo conſerua-
ret, id quidẽ per miraculum faceret ſuper natu-
ram, ſpeciali concurſu: q̃ vero celos ꝛ intelligen
tias perpetuo ſeruet, natura eſt ipſarũ rerum id
quod citra miraculum cõcurſu perficit genera-
li. Imo vero ſi illa annihilaret, illud plane eſſet
miraculum. Igitur ad formã argumenti, ſi id qd̃
ais, ea que ſuapte natura virtutẽ habent vt ſint
ſemper, nunq̃ poſſe non eſſe, intelligeres de vir-
tute ſimpliciter, que a nullo alio pendet, conce-
deretur quidem, ſed tamen talis virtus nõ eſt ex-
tra Deum. Si illud tamen intelligas de virtute
Phyſica, aliunde pendente, negatur omnino. nã
licet ſit in angelis talis virtus perpetuitatis, poſ
ſunt nihiloſecius per Dei nutũ ꝛ potẽtiã, nõ eſſe,
quippe a quo eãdẽ cũ tẽpore ſuſceperũt virtutẽ.

*Quorundã hallucinatio.*

## ¶ Quæſtio ſecunda.

### VTRVM MVNDVM fuiſſe ab æterno fuerit poſsibile.

OFfertur nanq; ſtatim in
foribus argumentũ primum a par-
te negatiua ex ipſa rerũ natura, quã
precipui Phi confeſſi ſunt. Mundus
habet effectricem cauſam, a qua dependet: ergo
eſt factus. Antecedens eſt omniũ cõſenſus de na
tura loquentiũ. Non enim illi tantũ, qui mundũ
fecerũt, vt Anaxagoras, Empedocles ꝛ reliq̃, cau
ſas illi tribuerũt, ſeu mẽtẽ, ſeu litẽ (vt lib. 1. ꝛ i hoc
8. frequenter refert Philo.) verũ ipſe, cui⁹ iudicio
mundus fuit eternus, generationes oẽs et mo-
tus refert ad vnum primũ motorem, in quo demõ
ſtrando. lib. hic verſatur. Conſequentia autẽ vi-
detur per ſe manifeſta. nam ſi mũdus dependẽs
eſt a Deo, vix poteſt intellectu aliud capi, q̃ q̃ ſit
eius effectus: atq; adeo factus ab illo. Quod ſi fa
ctus eſt, cõſequitur vt habuerit eſſe poſt nõ eſſe,
ac perinde non fuerit eternus. Nã pro manifeſto
habet hic Ariſto. tex. 69. id quod fit, non eſſe. Sed
nihilominus pars affirmatiua inde colligit̃, q̃
non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum
quod eſt dicere, omne quod eſt factu poſſibile:
puta quicquid non implicat contradictionẽ: ni-
hil autem eſt in natura rerũ, que Deo eſt obediẽ
tiſſima, cui repugnet creari, quandocũq; illi pla-
cuiſſet, etiam in eternitate, vt inter reſpondendũ

ad cõtraria argumenta liquebit: potuit ergo mũ
dus ab eterno fieri. Queſtio hec non ſimplici, ſꝫ
duplici (vt arbitror) reſponſione opus habet. Et-
enĩ, vt ſunt alique mũdi partes, quibus nihil ob-
ſtare videtur, quo minus cõdi potuiſſent ab eter-
no, ita orbem vniuerſum, ſecundũ totam naturã
ſuã conſideratum, eternũ fuiſſe, apparet impoſſi-
bile. Sit ergo prima cõcluſio, qua ſenſus queſtio
nis exponatur. Sic mundũ fuiſſe eternũ, vt neq;
a Deo factus ſit, non ſolũ impoſſibile eſt, verum
qui dicerent fuiſſe poſſibile, impietatis morbo in
ſanirent. Cõcluſio eſt Auguſt. 11. de ciui. Dei. c. 4.
Haud enĩ ſole prophetice voces, verũ ꝛ mundus
ipſe ordinatiſſima ſua mutabilitate et viſibilium
oĩm pulcherrima ſpẽ tacitus, ſe factũ eſſe a Deo
proclamat, vniuerſaq; eius membra pſallũt (qd̃
ait propheta) ipſe fecit nos ꝛ nõ ipſi nos. Ob idq;
celi enarrant gloriã Dei, ꝛ ignis, grando, nix, gla
cies, faciunt verbum eius tanq̃ ſui ipſorum con-
ditoris. Et Ariſto. preterq̃ lib. preſenti, vbi cõſti-
tuit vnum primum motorẽ. 12. quoq; metaphyſi.
tex. 24. ait primam cauſam, eſſe omnium cauſam.
Et. 1. de cel. tex. 100. ait ab illa ceteris rebus, aliis
quidem exactius, aliis vero offuſcatius ipſum eſ
ſe, viuereq; dependere. Et tex. hic. 6. ꝛ. 2. metaph.
tex. 4. (vt eſt iam citatũ) ait eternorũ eſſe cauſam
neceſſariã. Uerum eſt tamẽ non eſſe abſq; ambi-
guitate, quid in huiuſmodi locis ſenſerit Phs
de emanatione mundi a prima cauſa: id qd̃ pau-
lo inferius adnotabimus. Eſt nihilominus con-
cluſio noſtra omni procul dubitatione conſtitu-
tiſſima. Et ratio eius naturalis, eſt illa, quã ſupe-
riori queſtione faciebamus. Nẽpe q̃ ſolus Deus
per ſe eſt. nam cũ excogitari non poſſit, vt ab alio
eſſe habeat, (alias non eſſet ſummum ens) ſi per
ſe ipſe natura ſua nõ ſubſiſteret, nullatenus poſ-
ſet exiſtere. Cum ergo ſit per ſe ens, fit vt fons ſit
et origo toti⁹ entis, hoc eſt vniuerſorũ, q̃ vllã par-
ticipant rationem entis: ſicuti quod eſt per ſe cali-
dum, cauſa eſt omnium calorẽ participantiũ. At
vero an poſſibile fuerit ab eterno fuiſſe mũdum
factũ a Deo, id aſciſcitur in queſtionem. De hoc
ergo, cum triplices ſint orbis partes, puta incor-
ruptibiles, ꝛ corruptibiles, quarũ alie ſunt per-
manentes, ꝛ alie ſucceſſiue, e quibus vel ſecun-
dum indiuidua loqui poſſumus, vel ſecundũ ſpe
cies, ſtatuitur ſecũda concluſio Deus potuit mũ
dum ab eterno condere, quantum ad illas par-
tes attinet, quas ſuperiori queſtiõe aſtruximus,
eſſe ſuapte natura incorruptibiles, vtpote ange-
los, rationales animas, ꝛ celos. Cõcluſionẽ hãc
probat ratio illa ſecundo loco queſtionis. Nam
quicquid ex parte rerum non implicat contradi-
ctionem põt omnipotens efficere: hoc autẽ nul-
lam implicare videtur: ergo. Fit autẽ ſic apertior
hec ratio. Deus (vt in. q. ſuperiori dicebamus) li-
bere agit quicquid extra ſe profert, et quia infini
tus eſt, nullatenus a tempore pendet in agendo
quippe cui nihil põt virtutis accreſcere nec iuua
menti: ergo ſicut potuit quo libuiſſet tẽpore res
condere vniuerſas, ita ꝛ in eternitate, illas, qua-
rum nature id nõ repugnaret. Alias ſequeretur
Deum per infinitũ tempus fuiſſe neceſſario pre-
peditum, ne quicq̃ extra ſe proderet: nam ſi non
potuit id facere niſi in tempore, cum quodcunq;
temporis momentum anteceſſerit eternitas, fit
per infinitum imaginarium tempus toto illo co-
gitato

*Prima Cõclu.*

*Secunda Cõcluſio.*

gitato ſpatio, Deũ fuiſſe coercitum, neq; illi fuiſſe poſſibile gloriam ſuam expãdere. Preterea id confirmatur. Si Deus ex neceſſitate ageret nature, pꝛoduxiſſet mundũ ab eterno (vt Phus autumat) ſicuti ſol aut ignis (vt ait .6. de tri. Augu.) ſi fuiſſet eternus, ab eterno illuminaſſet, ⁊ ſemper calefeciſſet: alioqui, cũ non eſſet tunc de vno tempoꝛe maioꝛ ratio q̃ de alio, nullũ poſſet deſignari per imaginationẽ tempus, quo illum pꝛoduxiſſet: at libertate agere, ampliorem arguit virtutẽ, q̃ agere ex neceſſitate: ergo idem potuit efficere libere. Nec vllo modo obſtitiſſet hoc, quod qui agit libere, agit per electionẽ pꝛecedentẽ opus: quia licet electio in nobis antecedat operi, eo qḋ tempoꝛe conſultantes iudicamus, tamẽ in Deo eſt eterna abſq; motu, cui ideo potuit opus fuiſſe coeternum. At quoniam de potẽtia Dei nemo heſitat, ſed tota vis eſt, vt demonſtretur non eſſe a parte ipſarum repugnantia, id demonſtremus ſoluendo argumenta contraria. ¶ Ad illud ergo quod in fronte queſtionis opponebamus reſpõ-

Ad pꝛimũ ꝑncipale.

dentes concedimus, pꝛimũ nullatenus potuiſſe mundum exiſtere, niſi a Deo fuiſſet factus: negaretur verum tamen conſequentia ab his, qui defenderent mundũ fuiſſe ab eterno, cum infertur, ꝙ ſi factus eſt, habuit eſſe poſt non eſſe. Et Ariſt. tex. 69. vbi ait, id quod fit non eſſe, ſolum loquitur de ijs que fiunt in tempoꝛe per generationẽ. Secus enim in ijs que eſſent eterna: nam cum creatio, nec motum dicat, nec ſucceſſionẽ, ſed momẽtaneã pꝛoductionẽ, ſequitur vt id quod creatur, non pꝛius fiat, q̃ factũ ſit: ſed fit per pꝛimum ſui eſſe ſecundum ſe totum. Et ideo ſi fiat ex tempoꝛe (vt facta eſt creatio mundi) cõcedimus quidem fieri poſt non eſſe: non tamẽ verum eſt quod dum fit, nõ eſt. Nec vero eſt neceſſariũ ex natura creationis, vt res fiat poſtq̃ non fuit: ſed põt res creata eſſe coeterna ſue cauſe: ſicuti eſt lumẽ coeuum ſoli, ⁊ Dei filius coeternus patri. Tametſi hic nulla ſit ratio vel cauſe vel effectus. Quod ſi arguas Si mũdus fuit ab eterno, fuit creatus ex nihilo:

Creari ex nihilo.

ergo poſt non eſſe. Negatur hec poſtrema conſequẽtia: qm̃ creari ex nihilo, nõ dicit oꝛdinẽ termini a quo, ſicuti dicimus hominẽ gigni ex non homine, ſed ſolam negationẽ ſubiecti ex quo, puta non fit ex aliquo. Quãdo vero creatio fit in inſtãti tempoꝛis, tũc fit poſt nõ eſſe. Et ſi iterũ arguas. Ad minus, nõ eſſe, in rebus creatis pꝛius natura eſt q̃, eſſe, qꝛ hoc videtur ſonare nomẽ creature: alias equipararetur Deo. Quod ſi verũ ſit, arguitur hoc modo. Non eſſe rei, ⁊ eſſe eiuſdẽ, non poſſunt eſſe ſimul tẽpoꝛe: ergo cũ, nõ eſſe, ſit pꝛius natura, debet etiam tẽpoꝛe antecedere. Rñdetur pe-

Nullus oꝛdo inter eſſe, ⁊ nõ eẽ.

rempto pꝛimo aſſumpto. Nullũ enim neceſſariũ oꝛdinẽ nature depꝛehẽdere mente poſſum inter, non eſſe ⁊ eſſe. Jmo ſicuti in Deo nullus eſt talis oꝛdo, ita nec vt̃ neceſſarius in creatura: ſed huic accidit, qꝛ pꝛoducit in tẽpoꝛe. Et eſſet pꝛeterea neceſſarius ſi pꝛoduceret per gñationem: nam tũc anteq̃ res eſſet neceſſarius fuiſſet motus. Niſi q̄s dicat in hoc ſenſu conuenire creature pꝛius natura non eſſe, qꝛ de ſe, a Deo deſtituta, in nihilum abiret: verũtamen hoc, ſolũ oſtendit creaturam non poſſe a ſeipſa ſola exiſtere, non tamẽ ꝙ nature ſue natiuũ ſit atq; ꝑus natura, nõ eſſe. Per hoc ergo rñdetur ad cõſequentiã illã, qua inferebat, quod ſi admitteret ſempiterna creatura, illa adequaretur Deo. Nulla enim eſt illatio. Pꝛimũ qꝛ eternitas, eſſentialis eſt Deo ex ſua natura: creature vere, accidẽtaria: vt que non poteſt nõ ſemper eſſe ab ipſo dependens. Et pꝛeterea neq; in pꝛopꝛia natura eternitatis par eſſet ei, vt ait Boeti. in fin. de conſol. nam eternitas pꝛopꝛie conſiſtit in hoc ꝙ res eterna ſit tota ſimul abſq; ſucceſſione pꝛioꝛis ⁊ poſterioꝛis, quod ſoli Deo conuenit.

Differt inter eternã creaturã, atq; Deũ.

Coꝛollarium.

¶ Hinc fit pꝛimũ ꝙ Deus potuit nullũ cõpoſitum ab eterno pꝛoducere pꝛoductiõe ſucceſſiua. v.g. creando ab eterno materiã, quã ſucceſſiue diſponeret ad pꝛoductionẽ rei, vt poꝛe lapidis. Nam ſi talis ſucceſſio, exẽpli gratia, fuiſſet hoꝛaria, tunc fieret cõſequẽs, vt vel lapis fuiſſet ab eterno, quẽ tñ materia anteceſſiſſet per hoꝛã, atq; adeo duarum durationũ infinitarũ altera fuiſſet maioꝛ verſus illud extremũ infinitũ. Jtẽ daretur pꝛima hora durationis infinite, quoꝛũ vtrũq; eſt impoſſibile. vel ſi lapidem non admiſeris fuiſſe ab eterno, tũc eterna materia nõ anteceſſiſſet tẽpoꝛalẽ lapidem, niſi per hoꝛã. Fit ergo vt illa ſucceſſiua pꝛoductio deberet fieri per infinitũ tẽpus contra generationis naturã.

Mens Ariſto.

¶ Per hec vtiq; aperiri mens poterit Ariſto. que vix dum cõperta eſt de hac rerum perpetuarũ pꝛoductione, puta celoꝛũ ⁊ angeloꝛũ: nã de animabus poſt dicemus. Extãt enĩ ex vna parte teſtimonia ſuperius allata, quibus aſſerit res ſempiternas, habere cauſam, puta pꝛimum motoꝛem: ex altera vero parte, eſt argumentũ ꝙ illa non potuerũt pꝛoduci per generationẽ, ſed per creationẽ ex nihilo, quã ipſe nuſq̃ agnouit. Et ideo aliqui dicunt illũ nuſq̃ ſenſiſſe mundũ fuiſſe factũ licet actiones rerũ ab illo pẽdeãt. Et re vera cũ nunq̃ fuerit ſpeculatus, quid mundo acciderit, ſi actio pꝛime cauſe ceſſaret (qꝛ hoc eſt ſupernaturale) ſed crediderit, Deũ agere ex neceſſitate nature, nil mirũ ſi ignoꝛauerit legitimam dependentiam mundi: qua ſcilicet ratione ⁊ modo ab illo dimanauerit, vt tertia hec nr̃a ſubſequens concluſio vrgentius demonſtrabit.

Jgnoꝛauit Phi. legitimum modum emanationis rerũ a Deo.

Tertia Cõclu.

¶ Globus hic ſublunaris mũdi, ex partibus gñabilibus ac coꝛruptibilibus cõſtans, nullatenus potuit ab eterno per Dei potentiam creari, neq; vero vlla eius pars, ſi ſue deinde relinqueretur nature. Potuit inquã Deus ab eterno hoĩem, ⁊ qḋuis aliud coꝛruptibile edere, ſi illud infinito tempoꝛe ſuſtentaret, quod ſupꝛa naturã eſt talis coꝛruptibilis creature: alias vero nequaquã. Cõcluſionem hanc Phi. vulgus de muliere pꝛegnante adſtruit, quam aiunt neutiq̃ ab eterno creari potuiſſe, niſi pꝛegnans eſſet infinito tẽpoꝛe. Nam ſi nono pareret menſe, tunc vel illius partus etas, infinita eſſet, an finita: ſi infinita, tunc vnũ infinitum eſſet alio maius verſus extremũ infinitum: nam mater eſſet partu ſenioꝛ per nouem mẽſes: que tamẽ implicatio eſt cõtradictionis: eſſet enĩ tunc concedendũ ꝙ infinitũ illud tẽpus ex quo peperit anteceſſiſſent nouẽ mẽſes, quibus vterũ geſtauit. Si autẽ dederis etatẽ illã filij eſſe finitã, tunc ⁊ matris etas erit finita, poſtq̃ non exuperat, niſi per nouẽ mẽſes vel neceſſe eſt vt infinito tẽpoꝛe fuerit pꝛegnans. At vero non opus eſt in particulari concluſionẽ conſtituere: eſt enim ratio pari iure vniuerſalis in omnibus coꝛruptibilibus. Enimuero ſi conceſſeris, elemẽtum vel miſtum quodlibet ab eterno creatum, percontaboꝛ ſtatim, quo tẽpoꝛe fuit coꝛruptum, ſi rñderis poſt mille annos a ſua creatione, idem recurrit argumentũ, quod modo foꝛmatũ eſt: nã vel poſt coꝛruptionẽ tranſiuit huc vſq; tẽpus infinitum, ⁊ tunc alterum creationis infinitũ erit eo maius: vel finitum, ⁊ tunc ſequitur quod non fuit creatum ab eterno. Niſi dederis ꝙ infinito tempoꝛe creatio rei pꝛeceſſerit eius coꝛruptionem: quod eſt ſupꝛa naturam rei coꝛruptibilis.

Coꝛollarium.

Ex hac conſequitꝰ concluſione, ꝙ in lumine naturali nemo potuit Phi. opinari, indiuiduum aliquod coꝛruptibile, fuiſſe ab eterno: nã quod coꝛruptibile eſt, non potuit ſuapte natura durare infinito tp̃e. Ex his deniq; videre ego mihi videoꝛ exilii iudicio meo contra Ari. hãc vere affirmare cõcluſionẽ, qḋ in lumine naturali neq; debuit, neq; vero potuit, vel concedere, vel opinari, vllam ſpecierum rerum coꝛruptibilium, que ſpecies, indiuiduoꝛũ ſucceſſione perpetuat, fuiſſe ab eterno.

Contra Ariſto.

existimantem res corrupt. esse perpetuas

Et ratio mea eſt hec. Species. v.g. humana vel equina exiſtere nõ potuit a Deo per vllam ab eo pꝛoductionẽ, niſi eadem ſpecies in aliquo indiuiduo vel indiuiduis pꝛoduceretur: huiuſmodi aũt indiuidua, vt monſtratum eſt, ſalua eoꝛũ natura ⁊ duratione finita, eſſe non potuerunt ab eterno: et ꝙ ſupꝛa naturã quodpiã eoꝛum cõſeruaretur, non eſt Phi. admittendum: ergo lumine naturali conſtat, hãc ſpecierũ fabꝛicã nõ fuiſſe ab eterno. Pꝛofecto tantã vim habet Phyſica hec demonſtratio, vt Ariſto. cauillare eam nõ poſſet, niſi dicendo ꝙ huiuſmodi ſpecies non fuerunt pꝛoducte a Deo, licet fuerint quodã modo ab eo pendẽtes. Attamen neq; reſponſio hec lumini intellectus naturali ſatiſfacit. Nã quod filius in diuinis ab eterno pꝛoceſſerit a patre, facile intelligimus, eo quod nullatenus a patre depẽdet, ſed eſt illa ſimplex emanatio. Et quod vna res, puta celũ vel angelus, ab eterno exierit a Deo ſicuti lux a ſole, vtcũq; etiã mente cernimus: ſed tamen ꝙ exiſtat ſpecies vlla que in indiuiduis dimanauerit a Deo ab eterno ⁊ ꝙ Deus non cognoſcat, quod nam fuerit illud indiuiduũ, quod ab ipſo ab eterno dimanauerit, fateoꝛ me intelligere nequaquã poſſe. Jllo autem admiſſo militat argumẽtum noſtrũ: Sed

S. Tho.

ais: Nunquid non. S. Tho. 1. p. q. 46. arti. 2. ſimile argumentũ ſoluit de diebus infinitis, ſi mundus fuerit ab eterno? Ait enĩ nullatenus repugnare infinitos dies fuiſſe tranſactos: qm̃ illud infinitũ non clauditur inter duo puncta: quod eſt dicere, illam dierũ multitudinem nunq̃ incepiſſe: nam quod ab eterno eſt, nunq̃ incepit. Pari ergo modo, ais, diſſolui poteſt et argumentũ noſtrũ. Reſpondetur nihilominus, multo plus vigoꝛis in

Motꝰ celi.

eſſe huic noſtro argumento: nam tẽpus eſt continuum: ⁊ ideo quod ab eterno fuerit pꝛoductum, ſicut celum, non eſt cogitatu impoſſibile. Haud enim ſe, tanq̃ impoſſibile effert, quod celum fuerit ab eterno creatum, idemq; creari mouens: cuius ideo motus fuerit ab eterno continuus, atq; adeo tempus, quod eſt eius mẽſura. Species autem humana ⁊ equina non eſt continua: quin vero cõſtat ex diuerſis indiuiduis. Neq; nos vim facimus in eo quod ceperit, nec ne, ſed in hoc ꝙ nõ potuerit a Deo dimanare, niſi in aliquo eius indiuiduo, qḋ Deus nouit: ⁊ ideo ſi durauit illud per infinitum tempus non fuit conſeruatũ naturali modo. Si autem durauit tantum finito, non potuit eſſe ab eterno: alias ab eterno etiam fuiſſet coꝛruptũ, quod nihilominus ante ſui coꝛruptionem ꝑceſſiſſet finitis annis durationis. Hoc autem intellectus nõ põt cõpꝛehẽdere. Jgitur licet intelligibile ſit, motum celi, q̃ cõtinuus eſt, fuiſſe ab eterno, cuius ideo nulla fuerit pꝛima circulatio, non tamẽ ſic poteſt intelligi, ſpeciem humanam infinitoꝛũ ſucceſſiue indiuiduoꝛũ fuiſſe ab eterno: quia non eſt intelligibile, quin fuerit aliquod eius pꝛimũ vel aliqua indiuidua.

Quarta cõcluſio de animabus.

¶ Quarta concluſio De ſpecie humana eſt peculiare, idẽq; inſigne, atq; (vt reoꝛ) inſolubile argumẽtũ; quod non potuerit eſſe ab eterno. Argumentũ eſt triuiale, ſed tamen cuius nunq̃ fuit hactenus audita ſolutio cui intellectus acquieſcat. Et nititur immoꝛtalitate animarũ. Etenim cum anime ſint immoꝛtales, ſi ſpecies humana fuiſſet ab eterno, infinite nũc eſſent ſuperſtites anime: infinito autem natura ſua repugnat, vt ſit per vllam potentiam pꝛoducibile. Hoc argumentũ vno triũ modoꝛum deluditur, potius q̃ ſoluitur: ſunt enĩ pꝛimum qui negant, animas eſſe immoꝛtales: quod tamen neq; Ariſt. vſq̃ negauit, neq; vero a Phis naturalibus audiendi ſunt, nedũ a Chꝛiſtianis, qui id negauerint: id quod .3. lib. de anima pluribus demonſtrabitur. Alij vero ſuffugere conantur ad illam Pythagoꝛicoꝛũ dementiam de commigratione animarum in diuerſa coꝛpoꝛa, vt per illud figmentũ ſuſtineant homines vixiſſe infinitos, cũ certo animarũ numero. Hec autẽ, tũ Chꝛiſtianis hereſis eſt manifeſtaria, tũ etiam Phis ludrica opinio: vt ſuper epiſtolam ad Roma. diſputatum a nobis eſt. Tertia igitur reſponſio eſt, eoꝛum qui Auicẽnam ⁊ Algazelem auſcultãt videlicet ꝙ multitudo per ſe infinita, ſit nature repugnans, non tamen multitudo per accidẽs infinita. Multitudo per ſe idem eſt quod cõcurſus per ſe cauſarum vt ad generationẽ animalis concurrit animal ſubalternatũ celo, ⁊ celũ ſubalternatum intelligentie ⁊c. hec enim multitudo ſi infinita eſſet, nullus vnq̃ ſequeretur effectus, vt ſepe repetit Ariſto. Multitudo autẽ per accidens, eſt in cauſis per accidens. Accidit quippe fabꝛo, vt vno vel pluribus vel infinitis martellis gladium cudat.

Infinitũ oĩno impoſſibile.

At vero contra hoc eſt argumentũ, quod infinitũ, non ſolum eſt repugnãs in cauſis, ſed per ſe in rebus ipſis creatis. Secus de infinita eſſentia, et virtute Dei. Etenim vt impoſſibile eſt eſſe infinitum continuũ, ita ⁊ infinitã multitudinem actu, que reſultat ex diuiſione cõtinui: qm̃ infinita multitudo non ſolũ eſt impoſſibilis quãtum ad id quod eſt fieri ex continuo, quod nõ poteſt diuidi in omnem ſuã partẽ, verũ et ſua ipſius foꝛma numeri, qui non poteſt eſſe actu infinitus. Et licet animarum non ſit numerus reſultans ex continuo, eſt tamen vere numerus, qui ſi eſſet infinitus careret ſpecie ⁊ intentione agẽtis. Deus autẽ nihil ſcit facere niſi numero ⁊ pondere ⁊ mẽſura. Et re vera pleraq; argumentoꝛũ que contra exiſtentiam infiniti lib. 3. oꝛditi ſumus, eadem vi pugnant aduerſus infinitam animarũ multitudinem, qua aduerſus aliam quãcunq;. Quocirca S. Tho. q. modo citata hoc argumento cõuictus merito deſiſtere videtur ab opinione Ariſtote. in vniuerſum defenſanda. Sed ait ꝙ licet poſſit ſuſtineri mundũ fuiſſe eternũ, quo ad aliquas eius partes, non tamen quo ad omnes. Atqui demirãdum eſt cum Ariſto. tanta inculcatione diſputauerit

uerit, mundū fuiſſe ab eterno, neq; vero infinitū vllo pacto admiſerit, cur nuſq; animarum meminerit, quas ipſe procul dubio credidit eſſe immortales. Profecto non apparet modus, quo ſe hinc valuiſſet extricare. Quin vero hoc dicere auſim, quod nunq; ei fuit ſatis cōpertum de animarum productione: & ideo nullibi perſpicue de hoc definitam protulit ſententiam. Viſus quippe eſt ex vna parte in illo perſtitiſſe antiquorū axiomate. Ex nihilo nihil fit, atq; adeo creationem ignoraſſe. At ex altera parte (vt .3. de anima patebit) veritate ipſa deuinctus, concedere renuit, animam educi de potentia materie. Ex quo fiebat illi protinus conſequēs, illam creari. Sed de his nunc ſatis. ¶ Reſtat ergo ad argumentū partis affirmatiue queſtionis reſpondere, ꝙ quāuis nulla appareat contradictio, celum cum ſuo motu, atq; adeo tempus, & preterea intelligentias & animas rationales ſub finito numero, fuiſſe ab eterno creata, nihilominus ſpecies rerum corruptibilium ſucceſſione indiuiduorum defluentium, repugnantia eſt, quam explicuimus, potuiſſe ab eterno condi.

Tex.28. Eſt maxime moueri ab eo quod mouetur &c.

## ¶ Quæſtio tertia.

### VTRVM OMNE QVOD mouetur moueatur ab alio.

A Parte negatiua ſunt argumenta omniū prima, illa que Ph. ipſe ſibi obijcit. Primū arguitur de grauibus & leuibus. Lapis, dum cadit, & ignis, dum aſcendit, mouent: & non ab alio, ſi quidem nullo cogēte ſuapte natura feruntur: ergo. ¶ Secundo arguitur de proiectis ſagitta et globus ardenti ſulfure eiectus mouentur: & non ab alio: quia maxime a proijciente, quod tamen pōt prius perire ꝙ ceſſet motus, vel ab aere deferente proiectū, vt text.82. docere videtur Ariſto. que tamen opinio egre probatur & egrius creditur: ergo. ¶ Et confirmatur Dum proiecta occurrunt reſiſtenti, recurrāt motu reflexo: & ꝙ illo motu non moueantur ab alio, probat. Vel affirmas proiectum in puncto reflexionis quieſcere, vel negas. Si negas, contradicis Ariſtoteli text.70. ſi vero id cum illo affirmas, tunc non mouetur a proijciente, poſtꝙ eius iam motus ceſſauit: neq; ab obſtaculo: immobilis paries non videtur pilam recutere. ¶ Tertio arguitur de viuentibus, & preſertim de animalibus. Hec enim mouentur, & non ab alio, vt patet in motu deambulationis: ergo a ſe ipſis. Quod ſi cum Phi. reſponderis, text.28. & tex.40. in aīali deſignari partē ꝑ ſe motā ab illa q̄ ꝑ ſe mouet, hoc non eſt explicatu facile qm̄ ſi pars ꝑ ſe mouēs affirmet aīa, illud eſt falſum: q2 non mouet niſi per intellectum qui etiam mouet per ſpecies ab obiecto. Neq; vero materia eſt per ſe mota: tum quia accidentia nō recipiuntur niſi in toto compoſito: eo tum maxime quod actiones ſunt ſuppoſitorum: & ideo neq; anima deambulat, ſed totum: neq; laſſitudo recipitur in materia, ſed in toto. ¶ 4. deniq; arguitur: ſi omne qđ mouetur, ab alio moueretur, tunc vel eſſet proceſſus in infinitum, quod eſt contra Phi. text.34. vel deueniendum eſſet ad vnum primū mobile, quod ſeipſum mouet, vt colligere ipſe videt text.50. hoc autem ſecundū membrū eſt creditu duriſſimum: nam tunc ſequeretur, primū mobile eſſe animal. ¶ In contrariū ſtat ſententia Philoſophi.

¶ Titulū queſtionis nō expreſſimus verbis Ariſt. Ipſe enim non ait (vt Cōment. 28. adnotauimus) niſi, omne qđ mouetur, ab aliquo moueri: nā mouerī ab alio, apud ipſum, idē eſt, quod ab alio ſuppoſito moueri: at vero quia dum ait, ab aliquo, intelligit, ab aliquo, vel ſuppoſito alieno, vel ſaltē diſtincto principio, quod ſit intrinſecum rei que mouetur, citra preuaricationem textus reſponderi poteſt, omne quod mouetur moueri ab alio. Eſt autem premittenda diſtinctio, quam ipſe tex.27. preiecit: videlicet tā id quod mouet, ꝙ id quod mouetur, bifariam moueri: ſcilicet, per ſe, et per accidens. Muſicus em̄ per accidens ſanat, & ſanatur: accidit quippe tam medico, ꝙ egroto, eſſe muſicum. Quāuis & moueri per accidens, ſit etiam moueri ad motum alterius: veluti vehitur remiger ad motū nauis, quā cogit ipſe. Per ſe autē contingit & dupliciter: nam eſt quod mouet per ſe primo, id eſt neq; ratiōe accidentis neq; ratione partis, ſed ſe toto vt Deus, dum res ex nihilo condidit, ſed eſt aliud qđ mouet, per ſe quidem, quia non per accidens, ſed tamen nō per ſe primo, quia per partem, vt animal pedibus mouet pectus, & corde reliquum corporis. Rurſus notandū eſt, duplicem eſſe motū: alterum Phyſicū, hoc eſt, corporeum et materialē, alterum ſpiritualem: quales ſunt intellectus et voluntatis actus. Et ꝙuis Ariſto. ſermo de ſolo ſit Phyſico inſtitut⁹, veritas tamen vniuerſalius patet ad omnē motū: atq; in ſenſu vniuerſali neceſſaria eſt, vt per eam perueniatur in noticiam primi motoris immobilis. Nam intelligentie, celorum motrices mouentur quidem, non aūt motu Phyſico. At vero ne tot multiplicentur queſtiones, quot eſſe poſſent difficultates, ſeptē concluſionibus ad hanc reſpondebitur, quibus ad vniuerſa fiat ſatis. Prima eſt, eademq; vniuerſalis. Omne quod mouetur, ab alio mouetur. Ab alio inq;, vel externo ſuppoſito, vel principio intrinſeco a re diſtincto, que mouet. Cōcluſio fuit Ariſto. in fronte .7. libri quā repetit in hoc .8. tex.28. & .34. In cuius confirmatione verſatur vſq; ad tex.50. Eſt aūt concluſio hec in Phyſica, veluti dignitas. Cuius ratio ſtatim in promptu eſt, eandēq; tex.40. ex diffinitione motus quam ſtatuerat lib.3. tex.8. & .9. colligit talē Phi. Nihil ſeipſum ſcđm ſe ipm totū primo mouet: ergo quicqđ mouetur, mouetur ab alio. Exponatur antecedens. Pōt quid piā ſe ipſum per accidens moueri: vt de remigero diximus, & de anima patet, que dum hominē mouet, mouetur. Et pōt ſe res per partem mouere, vt homo corde mouet corpus ſed tamen quod ſe primo totū non poſſit mouere, patet, qm̄ nihil mouet, niſi quaten⁹ eſt in actu, hoc eſt actu habet formā, quā in paſſum traducit: nihil em̄ calefacit, niſi dum actu eſt calidū. Nihil aūt mouet ad aliquā formā, niſi, qua caret, eſt ſiquidem motus, actus entis in potentia: vnde cum mobile recipit totam agentis formā, ceſſat motus. Idē aūt ſcđm ſe totū non pōt ſimul eſſe in actu & potentia: ergo



ergo nihil ſcđm ſe totū eſt ſimul mouēs & motū: & ideo neq; eſt aliquid qđ ſe ipſum primo moueat. Subditur etiā exemplū in ſpiritualibus: Nihil em̄ docens docetur: nā qui docet, iam eſt ſciens, qui autem docetur, caret ſcientia. At cōtra rationem hanc arguitur. Agens aliquod pōt in ſe habere virtutē producendi formā, qua caret: ergo poterit ſe ad illam formā moueri. Exēpli gratia ſol virtute eſt calid⁹, nō aūt formaliter: ergo ſi eſſet formalis caloris capax, per virtutē quā habet ſe formaliter calefaceret. Et intellectus dormiētis poteſt dū expergiſcitur, per ſpecies ſe reducere in actum intelligendi. Et aqua dum ſe ex calore reuocat in ſuam temperiē, mouet ſe. Reſpondetur ad primū ꝙ ſol non hēt virtutē calefaciendi ſe, ſicuti neq; angelus. Si tamē res eſſet, caloris formalis capax, qui calor non eſſet illi naturalis, tūc non moueret ad calorē, niſi dū eſſet extra ſuā naturalē diſpoſitionē. Quare illa reductio nō attribueret virtuti proprie, ſed generāti. Sicuti aqua, dum ad frigiditatē reducitur, virtute generātis mouetur, cuius intentio eſt illam in ſua naturali diſpoſitione conſtituere. Sol autē eo quod eſt ingenerabilis & incorruptibilis, nō eſt patibilis huiuſmodi accidentiū. Alias ſi virtute ſe propria calefaceret, iugiter id ſemperq; efficeret. Intellectus vero non a ſe ipſo mouetur, ſed ab obiecto, a quo miniſterio ſenſuū ſpecies recipit. Aliquando homo excitatur a ſomno, iā docuit Ari. tex.20. quomodo motus ille prouenit a ſe datis humoribus. Et dum quis vigilās de aliqua re incipit meminiſſe, ille motus euenit ab aliquo incidēti euētu eiuſmodi ſpecies commouente.

¶ Clareſcet autem magis cōcluſio reſponſionibus per argumentorū reſponſa. Ad quorū primū Ariſto. reſpōdet tex.32. ꝙ grauia et leuia per accidens mouentur a remouēte prohibens: per ſe aūt a generāte. Quā quidē reſponſionem bona ex parte dilucidauimus. lib.2. q.1. Etem̄ qui de rebus iudicant ſecundū ſenſum, cū videant, graue, ſublato impedimēto, nullo mouēte cadere, neq; perſuadere ſibi poſſint, vt res que non adeſt, eū moueat, colligunt, graue & leue nō moueri a generante. Et ideo diuerſa excogitant hic mouentia. Alij fingunt, moueri a celo per expulſionē: alij a ſuis locis naturalibus per attractionem. Itaq; centrū attrahit ad ſe graue ſicuti magnes, ferrū. Alij fingunt, mediū puta aerē vel aquā illa mouere. Sed ſunt hec omnia adeo ridicula, vt nihil opus ſit in eius refutatione tēpus vllū terere. Gregori. iſta perſequitur .2. ſentē. diſt.6. q.1. ipſe autē & Scotus eodē lib. diſt.2. q.10. arbitrantur hec corpora a ſe ipſis moueri. Hec autem opinio apertiſſime in primis cū Philo. pugnat vt primū patet tex.27. vbi inter ea que per ſe & naturaliter mouentur diſtinguit, quod animalia a ſe ipſis mouentur, grauia vero & leuia mouētur ab alio. Et deinde text.28. tanq; de re abſcondita dicit, dubitationē afferre, a quo hec moueātur. Et ſi a ſe ipſis mouerentur, profecto nulla eſſet dubitatio. Et text.29. & .30. quatuor rationibus probat, moueri ab alio: & tandē tex.33. aperte concludit ꝙ per ſe mouentur a generante. Neq; vero authoritas Ariſto. licet ſit in hac re grauiſſima, tanti eſt ponderis, quanti illa prima ratio, quā affert text.29. nempe rem mouere ſe ipſam, eſſe propriū officium vite: hoc eſt, eſſe viuentibus peculiare, atq; adeo per quod diſtinguūtur a non viuentibus. Quod quidem non fuit tm̄ aſſertū Ariſ. vt hic patet & latius ꝑ mo de anima, ſed fuit indubitata cōfeſſio omniū Phi. vt in Phedro videre eſt apud Platonē. Vbi nullū aliud diſcrimen inter viuentia & res inanimas cōſtituit, quā ꝙ viuentia habent internum motorē, res vero inanime, nō niſi externū. Et vſq; adeo hoc fuit ſemper cōſtitutiſſimū, vt qui dicebāt orbes celeſtes a ſe ipſis moueri, effugere nō poterant, quin in elucrabili cōſequentia protinus cōcederent, eſſe animalia. Et re vera illis qui profitentur grauia & leuia moueri a ſe ipſis, nullū relinquitur interſtitiū, quo poſſint viuentia a non viuētibus diſcernere. Nam quod ait Grego. differentiā eſſe, ꝙ viuētia ſic mouent ſe vt poſſint ſe ponere in illo loco vnde poſſint rurſus moueri: ſed nō viuētia, cū non moueātur niſi quādo ſunt extra locū naturalē, non poſſunt moueri, niſi ponantur in eo loco extraneo, vnde moueantur ad naturalē: hoc inq; cōmentū Gregorij, eſt in primis cōtra Ariſt. qui non adducit hoc tanq; differentiā inter duos modos, quibus res mouent ſe, ſed tanq; teſtimoniū ad cōcludendū ꝙ illa que ſic ſe ponūt in quocūq; loco, mouent ſe localiter: alia vero, minime. Et preterea in ſua ipſius ratione deberet inſpicere Greg. quare grauia & leuia non mouēt ſe. Ex eo inquā ꝙ nō mouentur in ſuo loco naturali, ſed ad ipſum, deberet colligere perfectionē ſupremā grauis non conſiſtere in moueri, ſed in quieſcere: & ideo motus ille quo feruntur ad ſua loca naturalia, nō attribui ipſis, ſed generanti. Neq; reſponſio Scoti ſatiſfacit. Ait em̄ animalia mouere ſe ipſa per cognitionē: non viuētia vero, minime. Nā ſi hoc tantum diſcrimen Ariſto. cogitaſſet, facillime ſe expediuiſſet ab hac dubitatione: cū tamē graue dubium exiſtimet a quo grauia mouentur. Neq; vero inquirit quomodo mouent, hoc eſt, per cognitionem nec ne, ſed a quo mouentur. Et preterea plante etiam mouent ſe (nutriuntur quippe & augentur a principio intrinſeco) licet nō per cognitionem. In ſumma Ariſt. pretendit ꝙ nihil ſe moueat a loco in locū, niſi per cognitionē. Alia vero differentia, quam alij fingunt, nempe ꝙ viuentia mouent ſe ad omnē differentiā poſitionis: nō viuentia vero, non, niſi ad vnā, profecto accidentaria eſt, & extra rem: qm̄ licet planta nō augeretur niſi ſolū ſurſum, aut ſolū deorſum, ſe ipſam nihilominus moueret. Potiſſima ergo, quin tota ratio cur compulſi ſunt Phi. dicere grauia & leuia moueri a generāte, fuit ne vitam illis tribuerēt. Mens igitur Ariſto. eſt ꝙ principium naturalis motus elementoꝝ eſt duplex: aliud quo, & aliud, quod: principiū quo, principale eſt forma ipa ſubſtantialis: minus autē principale & inſtrumentale, eſt grauitas & leuitas: principiū autē quod, eſt generans. Et ideo ait ꝙ habent in ſe principium ſui motus, non actiuū, ſed paſſiuū. Inepte em̄ loquunt illi qui dicūt principiū quod mouens, eſſe formā, & id quod mouetur, eſſe materiā. Nā cum actiones ſint ſuppoſitorū, id quod mouet, nō eſt, niſi totū cōpoſitum. Et preterea cōtra hoc arguitur. In illo quod mouet ſe diſtinguenda eſt pars mouens a parte mota, non ſolū tanq; forma & materia, vt ſtatim in ſolutiōe ad tertium patebit, verum tanq; diſtincte partes integrales, et organice,

nice, que quidē in rebus inanimis dignoſci non poſſunt: ergo id qđ mouet nō eſt intrinſecū graui. Rñdetur ergo ad argm̄ ꝙ grauia ⁊ leuia mouētur a generante, etiā tunc qñ nō eſt preſens re: ſatis eñ eſt ꝙ ſit preſens virtute: ſicut filius gignit a patre qñ animatur tunc eñ proprie gignitur licet tūc pariter ſit mortuus q2 manet in virtute ſeminis.

obiectio

Quod ſi perconteris cur ergo animal nō mouetur a generante dū ambulat, poſtq̄ id agit virtute generantis. Reſponſum a nobis eſt lib. 2. q. 1. vbi ⁊ hāc rem tractauimus, ꝙ cū perfectio viuentis conſiſtat in moueri: tādiu quippe viuit, quādiu mouetur: et intentio generantis ceſſet quādo genitum conſtituit in ſua perfectione, ille motus animalis attribuitur ipſi genito: ſed quia perfectio ⁊ finis leuis et grauis conſiſtit in quieſcere in proprio loco, intentio generātis eſt illud illic ſiſtere: ⁊ ideo omnis motus quoaduſqꝫ illuc perueniat, attribuitur generanti: Et per hoc ſoluitur aliud argm̄ quod nōnullos male torquet, neqꝫ vero reſpondent ad rem. Argumentū eſt qđ tūc ſe quereretur dum ignis calefacit, aut cōburit lignū, illā actionē tranſcribendā eſſe generanti, quin vero p̄mo creato igni, qui quinqꝫ milibus annorū anteceſſit: nam iſte ignis ſuſcepit virtutem ab alio, ⁊ ille ab alio ⁊c. Illatio tñ, nulla eſt: intereſt enim plurimū. Nam ignē calefacere eſt propria perfectio ⁊ finis ignis: ⁊ ideo dum genenerans dedit illā virtutē genito, tunc ceſſauit eiꝰ intentio: quapropter motus, quo ignis calefacit externum paſſum attribuitur ipſi igni calefacienti, qua ratione deambulatio attribuitur animali.

Scotus.

Eſt per hoc rurſus reſpondetur Scoto, qui arbitratur Ariſto. cenſere ꝙ graue mouetur a ſe ipſo. Ait quippe text. 32. ꝙ ſicut ſciens habitu per ſe ipſum poteſt actu cōſiderare, niſi impediatur, ita ignis poſtq̄ formam ſubſtantialē habet ſtatim cōburit, niſi impediat: ⁊ pariter leue poſtq̄ habet talem formā, ſtatim aſcendit, niſi impediatur, quia natura eius eſt eſſe ſurſum, vnde colligit Scotus ꝙ ſicut ignis per ſe calefacit, ita ⁊ a ſe ipſo mouet ſurſum. At deceptio, vel ſua, vel mea, eſt, quod non meditate conſiderauit verbū Phi. Dicens enim ꝙ natura ignis eſt eſſe ſurſum, ſicut ipſum calefacere, docuit diſcrimen, ꝙ motus ille ſurſum, quoaduſqꝫ ſit in loco naturali, nō eſt effectus ignis geniti, ſed generantis, cōſtituētis genitum in ſua perfectione: calefactio autē, quia in ipſa actione conſiſtit, ſuprema perfectio ignis, adſcribitur calefacienti.

Ad ſcdm prin. de ꝓiectis.

¶ Ad ſecundū principale argumentū reſpondet Phi. text. 82. ꝙ proiectū mouetur ab aere circunſtante quia proijciente propellitur. Non quidē ab aere retro percutiente, vt nonnulli cogitant: nā dum iacio ego manu lapidē, non ferio aerem interclusum inter manū et lapidē: quippe cū vel nullus ſit, vel per quā tenuiſſimus, ſed ab aere circunſtante ſubtus et ad latera ꝓiecti: qui quidē percuſſus, ipſum ſecum rapit. Et quod moueatur per antipariſtaſin, iam ſuper textū iuxta mentē Phi. reprobauimus. At vero ſunt pleriqꝫ multi, qui vix ſibi poſſunt hanc opinionem Phi. perſuadere. Primū quia non vident tantā virtutē impingi poſſe aeri a proijciēte, vt poſſit ſagittam vel aliud ponderoſius iaculum mouere. Secundo q2 aer neqꝫ vnciā plumbi ſuſtinere in altum poteſt: quomodo ergo poterit ingentem globū tanta velocitate, perqꝫ tantum ſpatium, nō modo ſuſtinere, ſed ⁊ mouere. Et preterea experimur, validiſſimū vētū nōnunq̄ agitari: q̄ tñ nō valet lapidē ſe ipſo mouere, quē q̇dē nos iactatum mouemus: non ergo motus aeris, cauſa eſt que ꝓiectū mouet, Sed iaculator, imo impetus. Et confirmat hec ratio. Si motus aeris eſſet in cauſa, velocius raperet ac moueret plumam vel lanā, q̄ lapidem aut ferrū: cuius nos tamen contrariū experientia docet. Tertio arguit. Dum impetuoſus aer contra te perflat, ſi contra eius impetū lapidē eijcias, videtur aer tunc non poſſe a te retropelli et nihilominus lapis mouet contra eius curſum: ergo tunc lapis nō mouetur ab aere, ſed a proijciente dumtaxat. Item eſt argumentū de rota barbitonſoris, que ſi poſtq̄ ſemel fuerit in circulū pulſa, dimittatur, mouebit in circulū, ⁊ tamen aer non apparet ſic circulariter moueri: nam a quo moueretur? Tūc maxime, quomō impulſus nō fit in circūferentia rote vbi aer circunſtans tangatur a pulſore ſed in axe qui eſt in medio. His ⁊ hmōi argumētis multi deuicti docent motum proiectorū non fieri ab aere, ſed ab impetu impreſſo ipſi eidē ꝓiecto a ꝓijciēte, vel ab eius machina, in ipſo proiectionis momento. Atqui iſtorū quidam aiunt non docuiſſe hoc loco Ariſto. ſuā ipſius opinionē, ſed alienā retuliſſe. At profecto nulla poſſunt probabilitate ſic Ariſtote. illudere: tum quia recitata priori opinione, ſubdit neceſſe eſſe ſic dicere: tum etiā qm̄: inde infert motum proiectorū non eſſe continuū. Ex quo ad conſiderationē aſcēdit continui celorū motus. Videtur ergo ſuā affirmare ſententiam. Alij vero nihil formidant eū negare. Sed neqꝫ iſti tam validū habēt argumentū vt ei contradicere deberent.

Rñſſo.

¶ Poſſumus ergo hiſce concluſionibus litem hanc cōponere. Prima Negari non debet, quin iaculator aut machina, mouēdo proiectū, vna cōmoueat ⁊ aerem, vt experientia conſtat in aqua circulariter ad iactū lapidis commota. Idqꝫ potiſſime verū oſtenditur in ſulfureis machinis: ex quibus aer vna cum globo impetuoſiſſime excluditur. Ob idqꝫ Phi. cū paulo ante definiſſet grauia ⁊ leuia a ſolo generante moueri per grauitatem illi impreſſam, non ſatis exiſtimauit dicere, ꝙ proiectū a ſolo proijciente moueatur: nā cum proijciens ſit preſens, intellexit vna cum proiecto aerem etiā ab ipſo cōmoueri: quod in motu grauiū dicere non poterat: cum generans tunc non adſit ad verberandū aerem.

2. Conclu.

Secunda cōcluſio: nō ſolus aer eſt cauſa que mouet proiectū, verū ⁊ proijciens ipſe per impetum proiecto impreſſum neqꝫ Ariſtote. credendus eſt hoc dubitaſſe, ſed pro cōperto reliquiſſe ex analogia grauiū ⁊ leuiū, que eſt prima ratio affirmandi humōi impetū. Nempe ꝙ ſicut generans graue tribuit illi naturalē qualitatem, que eſt grauitas, qua illud per mouet vſqꝫ ad centrum, ſic et proijciens impingat impetū proiecto quo ipſum eminus moueat. Unde ⁊ S. Tho. mentis Ariſto. ſedulus explorator. q. 3. de potentia. ar. 11. Et. q. de anima. ar. ibidē. 11. palam fatetur hmōi impetus impreſſionē in proiecto. Sed ſciſcitaris nūquid ſatius eſt dicere proiectū moueri ab impetu effectiue, q̄ a proijciente remotiſſimo? [illegible] vera non: quoniā (vt tex. 33. viſum eſt) ea que non ſe ipa mouent, neceſſe habent moueri a ſuppoſito diſtincto: impetus ergo, q2 non eſt ſuppoſitū, non agit,





ſꝫ eſt virtus agētis, puta motoris: quin vero paſſiua non actiua, verū eſt virtus infixa rei mote: ſicuti et de grauitate mōſtrauimus. Et cōfirmatur hec eadē cōcluſio ex verbis Phi. Ait quippe proiectorē dare aeri, vt moueat, ⁊ vt moueat. Concedit ergo aeri imprimi virtutē motricē p̄ter motū: nā dicit ꝙ prius deſinit moueri, q̄ mouere (id qđ ſuper textū expoſitū eſt) ergo maiori rōne imprimit virtus ipſi proiecto: quādo quidē propius vehementiuſqꝫ pellitur q̄ aer. Nā ſi aerem, nihil de manu eijciendo, verberarē, non tā ipſum mouerem, q̄ lapidē, quē eijcio. Secūdo in fauorem huius ſecunde concluſionis de impetu extant experientie inter modo arguendū allate. Prima ꝙ ſi ſolus aer moueret, non moueretur iaculū, cōtra ingentem aeris flatū. Secūda de motu rote poſt violentum tactum axis dimiſſe: vbi aer nō apparet moueri. Et preterea tertia de proiecta pluma que ſi a ſolo aere veheretur, celerius quā ſagitta volaret. Eſt veruntamen alia experientia. que atteſtatur, aerem etiam in cauſa eſſe motus. Experimur enim ſagittam non tanta vehementia ferire obiectum propinquius, quam aliquāto remotius: quapropter Ariſtot. 2. celi text. 35. dicit ꝙ motus naturalis intenſior eſt in fine: motus vero proiectorū, neqꝫ in p̄ncipio, neqꝫ in fine, ſed in medio. Huiꝰ atū cauſam inde q̇dā eliciūt ꝙ impetus ſagitte nō ſubito totus imprimit, ſed poſt, vel intenditur, vel extenditur per ſagittam, vt vigētius moueat. Hoc tamen non eſt intellectu facile: quoniam nō apparet, elongata ſagitta, a balliſta, a quo impetus intendatur: nam a ſe ipſo non poteſt accidens intendi. Et preterea cum ſagitta ſit quoddam continuum, toti ſimul impingitur impetus: non ergo poſt extenditur. Et ideo. San. Thom. ſuper eundē text. 2. celi experientiam hāc merito tribuit multitudini aeris commoti nam cum vna eius portio aliam concitet, atqꝫ alia ſubinde aliam, augetur cauſa motus. Et eodem tendit mens Alberti, hoc loco dicentis ꝙ impetus aeris quanto eſt in latiori materia, fortius mouet. Quāuis. S. Tho. 12. q. 75. ar. 6. alteram quoqꝫ probe adhibeat cauſam videlicet ꝙ cū res queqꝫ appetat ſe conſeruari, fit vt quo maiori obuiat reſiſtentie (dum modo vincere poſſit) magis intenditur eius virtus: ⁊ ideo impetus ipſe ſagitte a cōtrarietate reſiſtentie pōt intendi: ſed q2 eſt ab extrinſeco peregrinus, ſtatim incipit debilitari. Et hinc poſſumus cauſam colligere, cur vehementius ⁊ ad maiorē diſtantiā proijciamus iaculum proportionatū viribus noſtris, q̄ exiguum lapillum. Cauſa inquam eſt ꝙ vbi nō eſt tanta reſiſtētia, non eſt capacitas tanta imprimēdi impetus, ꝓpterea qđ vires nō habēt in qđ ſe obiectū ſatis effundant. Atqꝫ hec etiā eſt cauſa cur pluma non tanto impetu volat. Et preterea quia non eſt tam apta ad ſecādū aerē. De motu autem rote, q̄uis referendus potiſſimū ſit ad eiꝰ ipius impetū, nihilominus ⁊ aer nō eſt negādus rapi vna cū rota in circulū: licet forſan (vt alij dicūt) nō intellexerit Ariſ. circularē motū violentū fieri ab aere, ſꝫ illū penitus, qui fit in directū. Motus autē ancipitis trepidatiōis, dū rota anteq̄ quieſcat vltro citroq̄ vertitur ⁊ reuertit, tribuēdus eſt difformi, inequaliqꝫ ponderi partium: nam cum iam languēte impetu, ceſſet motus, non poteſt rota ſic ſe fixa ſiſtere, quin partes illuc vſqꝫ aſcendentes recidant, aliaſqꝫ alterius lateris eleuent: ac rurſus dum alie relabūtur, alias ſubleuant quoaduſqꝫ ponderoſiores omnes cōſidant in parte infima. Si autem admitteretur tam vniformis rota, vt nulla ex parte preponderaret, arbitror, vbi vis ceſſaret impetus, ceſſaret vna et motus. Niſi (vt alij comminiſcuntur) diceres quod cum partes aeris in fronte ad quam tēdit motus: condenſentur, extincto impetu rote, rarefiunt, eamqꝫ repellunt ad partem poſteriorem: et iterum alter aer ad anteriorem: quoaduſqꝫ ſit debita aeris rarefactio. Concludamus ergo, tam a proijciente per impetum, quam etiam ab aere moueri proiecta. Id autem quod Ariſt. ſubijcit nempe ob motum aeris motum proiecti non eſſe continuum, profecto egerrime eſt perſuaſibile. Ecquis enim credat ſagittam aut globum bombarde motum illū perniciſſimum interrupere. Niſi dicamus ſic nō eſſe continuum, quod forſan non eſt vniformis: cum portiones aeris (licet nobis inſenſibiliter) alijs ac ſubinde alijs pulſionibꝰ moueant vti apparet in vndis aque. ¶ Veruntñ nonnulla reſtāt dubiola de huiuſmodi impetu. Primū eſt an diſtinguatur a ſuo ſubiecto. Ad quod libentius reſpondebo quod ſit qualitas diſtincta, ſicuti grauitas et leuitas: quando quidem virtus quedam eſt agentis, preter motū, nā eſt virtus qua mobile mouetur. Hec enim locutio non eſſet adeo propria, niſi impetus eſſet qualitas. Neqꝫ proprie diceretur impreſſio. Eſt autem in illa ſpecie qualitatis que eſt habitus vel diſpoſitio: eſtqꝫ intenſibilis ac remiſſibilis: contrarietatem habēs cum grauitate proiecti: ab illa quippe remittitur: licet altera ſit naturalis, altera vero ab extrinſeco. Et ideo nullam preſe fert apparentiam argumētū Pauli Veneti: quo vult inferre, ſi impetus ſit ponendus, motum proiectorum eſſe naturalem: nam tunc paſſum conferret vim per qualitatem ſibi inherentem. Reſponſio enim eſt ꝙ paſſum non confert vim motui per quodcunqꝫ principium quod ſibi inhereat, niſi ſit a natura ſibi ingenitum: impetus autem forinſecus illi adiacet contra eius naturam.

Ad cōfirmationē.

¶ Ad confirmationem de quiete in puncto reflexionis Ariſ. reſpondet, eſſe neceſſariam, vt patet a textu. 64. vſqꝫ. 70. Quod ſi experientia contra obijciatur de pila vehementiſſime proiecta, que tactu parietis retro vertitur abſqꝫ vlla perceptibili quiete: reſpondetur, ſenſum non percipere ſubitaneam quietem, nihilominus argumentum eſt, illic quieſcere, quod ſi pila eſſet rubro tincta, intingeret parietem, que tinctio in inſtanti fieri nequiuit. Longe tamē pugnatius argumentū eſt ſi ſagitte ſurſum emiſſe occurrat magna moles cadens. Tunc enim palā eſt, ſagittā recidere ſub illa mole abſqꝫ vlla quiete: nā qui admiſerit in pūcto quo magnū cadentē lapidē tāgit, quieſcere, neceſſe eſt, vt cōcedat ⁊ molarē illū lapidē tūc quoqꝫ quieſcere, qđ nō ſolū experientia denegat, verum ⁊ ratio abhorret. Reſpondēt quidam, anteq̄ ſagitta pertingat ad lapidē, detineri tantiſper ab aere qui impetu coactus deſcendit ſub lapide. Neqꝫ obſtat aliorū argumētū, videlicet ꝙ ſagitta infigeretur in corpꝰ qđ cadit ſi eſſet lignū. Nam rñderent alij ꝙ infigitur cum cadens lignū tangit quieſcentem ſagittam. Attamen ſi ponatur tunc incipere deſcenſum lapidis qñ ſagitta deberet quieſcere, non pōt dici

q ab aere q̃ nondū mouet detineat. Igit cui hec nō ſatis facit ſolutio, neceſſe eſt rñdeat cū Egidio ſup text. 65. (quē plerique hoc loco ſequunt, ſicut et ipſe alios ſe antiquiores) q cū Ari. docet, id quod mouet in puncto reflexionis quieſcere, intelligit quādo per ſe quieſcit, hoc eſt quando deficiente impetu ſequitur motus naturalis, aut qñ graue caderet motu naturali z repcuteret a terra quieſcente: quando vero per accidens reflectitur ad motum alterius ſuperiori virtute occurrentis, tunc nō eſt neceſſe quieſcere quiete propria imo idem numero inſtans extrinſece terminat vtrūque motum. Eſt inquam primū quo non aſcendit, et primum quo non deſcēdit. Itaque vſque ad illud extrinſecum inſtans aſcendebat, z inde etiā extrinſece deſcēdit. Haud quippe do vltimū inſtās eſſe aſcenſus: nā alias, cū illic motus rūpatur, daret vltimū inſtās eſſe motus, qd lib. 5. demōſtratū eſt impoſſibile. Illa ergo nō pōt dici quies, ſz inſtantanea motus inciſio. Et hoc ſatis eſt ad propoſitū Ariſto. conſtituentis, nullū motū rectū poſſe eſſe ppetuū. ¶ In text. aūt. 69. ad hoc ppoſitū miſcuit ſermonē de generatione, nēpe quicquid generat incipere eſſe per primū ſui eſſe, z quicq̃d corrūpit deſinere per primū nō eſſe: que quidem non ſunt duo. ſed vnum inſtans, ſicuti modo diximus, de inſtanti quo interſecant aſcenſus et deſcenſus. Huius autē examen ad primum de gñatione ſpectat.

Ad tertiū pncipale.

¶ Subſequitur, vt ad tertiū principale argumentum reſpondeatur que reſponſio expoſitionem requirit ſententie Ariſto. qua ait, tum text. 20. tum etiā z. 40. id quod ſe ipſum mouet, diuidi in partē per ſe mouentē z partē p ſe motā, propterea q cum, mouere, dicat actum per formam que iam habetur: moueri autem receptionem forme qua res caret, que duo inter ſe ex diametro repugnant, fieri nequit, vt res aliqua ſecundū ſe totā moueat z moueatur. Supponamus ergo ex text. 20. z tex. 50. animalia eſſe, que ſe ipſa mouēt. Sunt autem multi qui arbitrantur partē per ſe mouentem, eſſe animā: partē vero per ſe motā, eſſe materiā: quod ſi ita nude intelligatur, a vera Phi. eſt alienū. Notandū ergo eſt, id quod mouet pprie, et mouetur, neque eſſe formā, neque materiā, neque vero partiū vllā, ſed totū compoſitū: nā actiones inquit Ariſto. 1. de anima tex. 64. nō ſunt niſi ſuppoſitorū. Anima eñ nō texit, aut edificat, ſed homo. Neque materia primo augetur aut caleſit, ſed homo. Et ratio eſt, quia, agere, naſcitur ex eo quod eſt, eſſe: z ideo res que proprie exiſtit, illa eſt que proprie agit z patitur: forma autem inexiſtit: materia vero, ſubſtat forme. Atqui accidentia, ſecūdum Ariſtotilem, non in materia prima, verū in toto compoſito recipiuntur. Igitur cum querimus partem per ſe mouentem, nō intelligimus, illam mouere vt, quod, tanque ſuppoſitum, ſed vt, quo, tanquā primum principium, quo fit motus. Et quando inquirimus partem per ſe motam, nō querimus id quod mouet vt, quod, ſed quod eſt patiendi ratio. Reſpondetur ergo ad queſtionē, que in replica tangitur per tres concluſiones.

1. Conclu.

Prima, pars per ſe mouens tanque primū principium quo, non ſolum in animali, verum in omni viuenti, (vt plantas etiam comprehēdamus) eſt anima, qua ratione eſt actus corporis Phyſici: Cōcluſio eſt nota, quia mouere dicit actū: actus aūt ſubſequit eē rei: ergo per id p qd res actu fit z conſtituitur in ſua ſpecie, habet et operari: illud autem eſt anima: ergo. Quin vero ideo anima dicitur actus corporis Phyſici organici z c. (vt habetur. 2. de anima tex. 4.) q z eſt pars per ſe agens. Secūda cōcluſio. Pars per ſe mota eſt corp9, puta materia, nō quaten9 nuda cōſiderat abſque forma, ſed quatenus eſſe recipit corporeū a forma, aut vegetabile aut ſenſibile. Illi qui multiplicāt plures formas in cōpoſito, dicerēt q per vegetatiuā mouetur corpus Phyſicū motu augmentationis: per ſenſitiuā vero, motu ſenſitiuo. At vero quoniā reuera vna eſt tantū ſimplex forma in viuēte, que dat illi eſſe corporeū et vegetatiuum, vt plante: z preter hos, ſenſitiuum, vt bruto: z preterea rationale, vt homini, dicendū eſt q ab eadem mouetur omnibus motibus. Eſt igitur in viuentibus conſiderare plura motuū genera. Primū eſt, elementoꝝ, vt calefieri, frigefieri z c. z iſtorū poſtque omnino ſunt ab extrinſeco aere, quib9 ideo animal non ſe ipſum mouet, ſed tantum ab alio mouetur, non opus eſt ſcrutari partem per ſe mouentem: quia totum patitur. Alij ſunt motus vegetatiui, in quibus pars per ſe mouens eſt anima, quatenus vegetatiua. Et pars tunc per ſe mota, eſt materia, quatenus organizata capax eſt vite vegetatiue. vñ in illa diffinitiōe. 2. de aīa. Anima eſt actus corporis Phyſici organici potētia vitam habentis, viſus eſt mihi ſemper Ariſt. oculatiſſime deſignaſſe ac diſcreuiſſe partem per ſe mouentem, z partem per ſe motā. Sed ſunt preterea in animali perfecto alij motus naturales in quibus eorum vita conſiſtit: vt actio calidi in humidum: palpitatio cordis, inſpiratio z reſpiratio. Et iſti quodam modo tribuuntur generanti. Etenim ſicut ignis natura ſua fertur ſurſuz z graue deorſuz, ſic et natura ſua animal mouetur his motibus. At quia perfectio aīalis non in quiete, ſicut perfectio elementorum, ſed in his motibus conſiſtit, his etiā motibus mouet ſe ipm animal: ſicuti z motu nutritiōis z augmētationis: et ideo etiā in his anima eſt pars per ſe mouēs, z corpus (vt dictū eſt) pars per ſe mota. Sunt preterea et motus ſenſuū in qb9 aīa, quatenus eſt ſenſitiua, eſt pars per ſe mouens, et corpus ſenſibile, puta materia quatenus habet eſſe organicū z vitā ſenſitiuā, eſt pars per ſe mota. Et qua parte eſt appetiua, eſt pars per ſe mouens in motu locali, qui fit per appetitum, et pars per ſe mota eſt corpus, inquantū organis viget aptis ad eiuſmodi motum. At vero ſecundū quod eſt aīa intellectiua, quia pōt ſeparari a corpore z abſque eius depēdentia intelligere, non dicit pars per ſe mouens reſpectu corporis: niſi ea ratiōe qua per intellectū et voluntatē vna cum apprehenſione ſenſus mouet corpus ad motum aliquē et negotium particulare. Per hec clareſcit mens Phi. qui. 1. de aīa conſtāter diſputat otra Platonē z alios Phi. qui docebāt animā ſe ipam per ſe mouere, propterea qd mouet: credētes q nulla res poſſet mouere niſi p ſe pus mota. Cōtra quos docuit Ari. nō eē neceſſariū, vt qcq̃d mouet, moueat: vt patet de primo motore. Quo circa aīa nō p ſe mouet, ſed p accidēs ad motū toti9, vel motu locali vt augmētatiōis z alteratiōis z c. Quo fit vt neque affectionib9 ſpūalibus moueat per ſe aīa, ſed totū: vt gaudio, merore, iracūdia, miſericordia z c. Oēs eñ hmōi affect9 fiūt cū aliquo motu corpali ſanguinis ad cor, vel a corde: z ideo ſunt paſſiōes: nō tñ anime, ſed totius cōiuncti. De ſimilib9 autē affectibus q ſunt in aīa ſeparata, alia eſt ratio. Poſſumus aūt hic adhibere tertiā cōcluſionē. Si loquamur de principio motus, qd eſt veluti organū, pars per ſe primo mouēs integralis, eſt cor ſcdm Ariſtote. vbi ſpūs vitales generant. Qd ſi rē altius cōtemplari lubet, in anima etiā ipſa intellectiua quodā mō diſtinguit pars per ſe mouēs a parte p ſe mota: que q̃dē diſtinctio ſumitur in eadē aīa ſecūdū diuerſas potentias z actus. Ut aīa per intellectū mouet ſe ad amandū z per appetitū ad deprecandum. Et per appetitionē finis, mouet ſe ad veſtiganda media. Unde in conſultatione primū figitur intentio finis et inde procedit ad conquirenda media. Sed hec iam lineā Phyſicorū egrediuntur. Uide apud. S. Tho. 1. p. q. 18. arti. 3. quinque gradus mouentiū ſe ipa. Ad replicā ergo reſpondeatur negando, partē per ſe mouentē eſſe animam, aut partē per ſe motā eſſe materiā.

Ad q̃rtum pncipale.

¶ Argm quartum duplicē tangit materiam. Prior eſt an ſit proceſſus in infinitū in motricibus cauſis, de qua in qōne proxime ſequēti. Poſterior vtrū eſto non ſit proceſſus in infinitū, deueniendū ſit ad vnum primū mobile, qd ſe ipm moueat, an vero ipm pmū mobile nō moueat niſi a mouēte, q ſit immobile. Tetigimus autē particulā hui9 dubitationis lib. 2. q. 1. quā z. S. Tho. 1. p. q. 70. arti. 3. refert: nēpe an Ariſ. fuerit illius mētis q celū moueat ſe ipm. Et punctū in hoc cōſiſtit, qd mouere ſe ipm, non pōt niſi id qd cōpoſitū ſit ex materia z forma, que quidē forma ſit principiū actiuū motus ipius: ita vt inhereat mobili ſicuti anima viuēti. Unde quicūque hoc dixerit, dicere ſubſequenter vincit, celum eſſe animal. Et quidē adeo viguit Athenis placitū hoc, vt, referente Augu. 8. de ciui. Dei, factus reus fuerit in ſenatu Anaxagoras, eo qd negauerit, ſolē eſſe animantem. Et vt illic refert. S. Tho. platonici fuerūt in eadē ſentētia. Quin vero Auguſt. ſup geneſin z in enchiridio dubius manſit. Et Hierony. in partē affirmatiuam inclinauit. At vero nullo eſt pacto credibile (vt illic optime docet doctor Sanctus) q vel, Plato vel Ariſtote. Et multo minus Hiero. vel Augu. ſenſerint, ſpirituales ſubſtantias, celoꝝ motrices, ſic informare celeſtia corpora, vt animaliū formas: ita vt eſſent pprie aīlia. Sed Cōment. in de ſubſtātia orbis et 12. met. com. 41. neſcio quā cōmentus vnionē intelligētie cum celo, anſam exhibuit, vt hec nota inureretur Ari. Qua de cauſa apud multos male audit eo qd dixerit celū eſſe animal. Eſt eñ hoc non ſolū contrariū noſtre fidei: quare neque ſuſpicandū eſt id cogitaſſe, neu Hiero. neu Auguſtinū verū z Phi. naturali aduerſat. De fide nō eſt dubium, quin duas tantū doceat naturas: puta humanā z angelicā a materia ſeparatā capaces glorie: anima ergo celi nō poſſet eſſe intellectualis: alias, eſſet viſionis Dei capax. Dicere aūt qd tales anime eſſent irrationales, in primis eſt contra Ariſto. qui eas cenſet ſubſtātias eſſe intelligibiles. Et pterea ex diametro pugnat cū rōne naturali: nam cū celū ab oībus aſſeratur eſſe perpetuum, eſſet tunc animal immortale, idemque brutum. Et preterea cum neque celum neque aſtra (vt. 1. de cel. tex. 50. docet Ariſt.) nulla habeant organa motus, neque vero vlla vigeant animalis figura aut ſenſu, quiſnam delirus illa aſſerat eſſe animalia. Haud ergo vllo eſt modo, vel ſecundum fidem, vel ſecundum Phyſicam ſcientiam de hac re heſitandum: ſed omni procul dubio confitendum, nullum celorum eſſe animal. Imo vero neque de Ariſtotele, neque de ſapientium vllo arbitrādum eſt in ea fuiſſe opiniōe. Et de Ariſtotile ſunt ineluctabilia teſtimonia. Ait enim. 12. meta. text. 36. q primum mouens mouet ſicut intelligibile z concupiſcibile: nempe ſicut obiecta, que nullatenus ipſa mota, mouent potentias. Et addit q neque eſt mobile per ſe, neque per accidens. Et in toto hoc lib. 8. hoc pſeuerauit docere, qd pmū mouēs eſt immobile per ſe et per accidens: ſic vt neque ſicuti anima, moueatur per accidens ad motū ſui mobilis: id quod expreſſe affirmat tex. 46. et text. 83. Nam aliud moueri per accidens planetarum explicuimus cōment. 52. Et quod de primo mouēte affirmat, id z de ceteris motricibus intelligentijs docet: quarum ſingulas ſingulis orbibus accommodat: vt patet eodem loco. 12. met. text. 43. At vero ſi intelligentie informarent celeſtia corpora tanque anime, impoſſibile eſſet, quin mouerētur per accidens ad motum celorū. Preterea eodem. 12. meta. motrices cauſas celorum appellat ſubſtantias ſeparatas: aperte docens, nō eſſe actus corporū. Et preterea arguitur, cum celo nullus alius competat motus quam localis, neque aliud prorſus opus vite, nulla eſt neceſſitas Phyſica vt cā mouens inhereat illi: ſed ſatis eſt ei applicari cōtactu virtutis motricis: veluti angel9 applicat loco. In ſumma Ariſt. hic tex. 29. ait, mouere ſe ipſum, proprium eſſe animalium: in quam ſententiam citat eum. S. Tho. 3. p. q. 32. arti. 4. Faciunt tamen dubiam eius mentem nonnulla loca ſua, vbi videtur aſtruere, primū mobile mouere ſe ipſum. In primis in hoc lib. tex. 34. proponit ordinem mobilium reducere ad vnum quod ſe ipm mouet: qd eſſe nequit aliud que primū mobile. Et tex. 50. cōcludit in pceſſu mouentiū q̃ mouētur deueniendū eſſe ad primū mobile, qd ſe ipm mouet: licet ſimplr in ordine mouentiū ſit deueniendū ad primū motorē immobilē. Idque repetit tex. 60. Et. 2. de celo tex. 13. aperte ait celū eſſe animatū: idēque z tex. 61. reſumit dicēs, q celū participat vita: eſtque viuēs. Ad hec aūt rñdēdū eſt cū. S. Thoma loco ſupra citato. 1. p. q. 70. q Ariſt. nihil aliud voluit que q celi nō mouent a ſuis motorib9 veluti grauia et leuia a generāte: nā hec mouent a re abſente per virtutē ipſis in ſua ipaꝝ generatione impreſſam: celeſtia vero corpora mouētur a cauſis intellectu apprehendētibus rōnē mouēdi volētibuſque mouere: q̃ idcirco cāe ideo mouēt pſentes, tangenteſque ſua virtute mobilia: ob idque quodāmō mouēt ſicuti anime. Et ideo text. 43. (vt illic notauimus) dixit, q mouētis ſe ipm pars mouens z pars mota vel debēt ſe inuicē tangere, dū ambe ſunt corpora: vel vna alterā: propter cēlum qd intelligētia tāgit: nō aūt ab eo tāgit: q z ſpūale non tangit a materiali. Atque hac rōne ait. 3. de trini. Aug. corpora oīa adminiſtrari a Deo per ſpiritū vite. Et ſic gloſſandus ipſe eſt, z pariter Hiero. ſicubi viſi fuerint vitā tribuere celo. Nā de Platone nulla eſt ambiguitas qñ q̃dē ipſe nuſque aſſeruit celū ſe ipm mouere: ſed animā celi aſtruebat eſſe primū ſe ipſum mouēs, mō expoſito ſup tex. 34. vt in Phedone cōpertum eſt: vbi nullū diuiſibile ponit ſe ipm mouere. Quin vero inde infert aīam Plato.

 eſſe

eē indiuiſib lē ⁊ eternā, ꝙ ſe ipaʒ mouet idepēdēter a corpe. Neqꝫ vero cēſebat motorē informare celū tanqꝫ animā: ſed mouere ad modum anime. Opinabatur enim animā per ſe moueri et eo modo quo ſe intelligendo mouet, puta circulariter vel recte, ſic mouere ꝓpriū corpꝰ. De q̄ refuit ab illo diſſentiēs Ariſt. vt prime dicebamꝰ. Qui negauit aīam moueri ꝑ ſe, ſʒ aiebat tm̄ moueri per accidēs ad motū corpis: qꝛ nō mouet illud ꝑ nudā intellectionē, que ꝓprie nō eſt motus, verū ꝑ appetitū ſenſitiuū ⁊ corporea organa. Qua itidē rōne primus motor oīno eſt immobilis. Quin vero in omni gn̄e motus primū mouēs eſt immobile, ea ſpē motus, qua mouet: qḋ ꝑdocte cōſiderauit. S. Th. 3. p. q. 22. ar. 4. Nā ſol illuminās, nō illuminat: neqꝫ ignis calefaciēs calefit. Hoc igit pacto intelligēda ſunt Ariſt. loca q̄ videnꝛ cōtraria. Preſertim qḋ loco illo citato. 2. cel. text. 61. legitimus tex. nō habet ꝙ corpora celeſtia ſint viuētia, ſed qḋ oportet ea exiſtimare, ac ſi participarēt actione ⁊ vita. Et text. 13. ob id duntaxat vocauit ea aīalia, qḋ ſicut in aīalibus dextra pars eſt: vnde incipit motus, ita dextrū celi eſt oriēs, vnde, ſi celorū motus ceſſaret, inciperēt rurſus moueri. Ex his ergo colligiꝛ ꝙ mens Ariſt. nunq̄ fuit reducere ordinē eorū, q̄ dū mouēt mouenꝛ, ad vnum primū qḋ ſe ipſum moueat: ſed hoc dixit ſcd̄m Platonē. Qui dicebat motorē celi ſe ipſum mouere. Et ideo text. 50. poſt hec verba in animalibus tm̄ et animatis exēpla eorū poſuit, que mouent ſe ipſa. Igitur cū duo poſſint cogitari ordines: alter eorū que mota mouent, alter eorū que ſimpliciter mouent, prior reducitur ad vnū primū mobile, quod mouetur ab alio quod eſt per ſe proprie immobile motu Phyſico: poſterior vero ad vnum primū mouentem ſimpliciter immobilem.

Tex. xliiij. Manifeſtum eſt igitur ex his quod eſt primum mouens immobile.

## Quæſtio quarta.

VTRVM PRIMVM MOuens ſit immobile, idemq; vnum.

A Parte negatiua prioris mēbri queſtionis eſt argumentum, Deū eſſe mobilē: quia qn̄ mundum creauit cepit eſſe in loco vbi antea nō erat: celū em̄ inqt ⁊ terrā ego impleo Hier. 23. incipere autē eſſe in loco nouo eſt rem moueri: ergo Deus mouetur. Secundū argumentum eſt ꝙ ſaltem per accidens moueatur. Eſt em̄ Ariſ. axioma. 2. Topicor. ꝙ motis nobis mouenꝛ oīa que in nobis ſunt, vt moto corpore moueꝛ aīa: Deus autē eſt in celo qḋ mouet, fit ergo, vt moueaꝛ et ipſe. Tertio arguiꝛ. Si Deus eſſet immobilis, ſcd̄m locū eſſet maxime qꝛ eſt ſpūs: ſed angeli qui ſpūs ſunt, mouenꝛ ſecundū locū: legūtur enim angeli crebro celitus ad terrā miſſi, vt ad Abrahā, et ad virginē Mariā: ergo nil vetat ſubſtantiā ſpūalem vere moueri. Quarto arguitur: ex cōmentatore, qui com. hic tenet cōtra Chriſtianos Deū moueri ſecundū intellectū ⁊ voluntatem. Deus ſuā primus eſſentiā cognoſcit ⁊ per eā res creatas: ergo eſt in eo aliqua diſcurſus imago: diſcurſus autē, motus quidā eſt ergo mutatur ſcd̄m intellectū. Et de volūtate adhibetur. Quintū argumētum.

Voluntas eius eſt omnipotens cuius nutui parent vniuerſa: ergo quādo res eſt, tunc vult eſſe, et qn̄ non eſt, tunc nō vult eam eſſe. v. g. quando dixit fiat lux ⁊ facta eſt lux, tunc voluit eam eſſe, quam antea eſſe noluerat. Et pariter quādo ego ſcribo, vult me ſcribere. et quando ceſſo non vult me amplius ſcribere: qui autem vult aliq̇d quod antea nolebat, habet voluntatem mutabilē. Unde quoniam hec omnia inferiora eius ſapientia fiunt. ac diſponuntur, que tamen inferiora in continuo ſunt motu, dicitur de eadem ipſa ſapientia Sapien. 7. ꝙ eſt mobilior omnibus mobilibus. Contra ſecundū membrum queſtionis arguitur poſtremo. Unum eſt principium numeri: in Deo autem nullus eſt ꝓprie numerus, vt pote in quo nulla eſt quātitas molis, ex cuius diuiſione enaſcitur numerus: ergo ſi dicas, eſſe illic vnum, qḋ cum ente conuertitur, arguitur contra quia illa vnitas dicit priuationē indiuiſibilitatis: in Deo autem nulla eſt priuatio: ergo. In contrarium eſt Ariſtoteles qui text. 44. et. 45. concludit primum motorem eſſe immobilē: et tex. 48. eſſe vnū.

¶ Cum liber hic circa mobilia et mouentia verſetur, et de mobilibus et motu, Tres iam queſtiones dederimus abſolutas, conuenit vt et de primo motore duas preterea adhibeamus. Quinqꝫ etenim definit in hoc octauo libro Ariſtoteles de natura primi motoris, videlicet quod ſit immobilis, perpetuus, vnus et infinitus, et ideo indiuiſibilis. Primum ⁊ Tertiū breuitatis gratia, propter eorum affinitatem diſputabimus in hac queſtione: tria vero reliqua, que pariter ſunt connexa, in queſtione ſequenti. At vero de Deo duplici methodo diſputatur, videlicet et naturali et ſupranaturali. Atqui poſterior hic ad theologorum ſpectat facultatem. Prior autem eſt etiam bipartitus: nam exacta Dei cognitio a Metaphiſica ſcientia petenda eſt, in cuius. 12. libro abſolutius atque luculentius diſſerit Philoſophus de eius vnitate, deqꝫ eius altiſſimis atqꝫ inacceſſis attributis. Ad materiam ergo huius octaui Phyſicorū illa rei ſola pertinet cognitio, que per motū haberi poteſt. Haud tamen poſſumus vnam iſtarum viarum ingredi, quin reliquas obiter attingamꝰ. Duo ergo ſunt huius queſtionis articuli: Ad quorum priorem reſpondetur vnica concluſione. Deus eſt omnino immobilis. Quod autē dico, omnino, omnem que excogitari poteſt ſpeciē, quin vero effigiem motus excludit. Itaqꝫ nec eſt mobilis generatione vlla, aut alteratione aut quapiam localis motus ſpecie, earum que lib. 7. text. 10. recēſite ſunt. Nec vero mouetur per ſe aut per accidēs. De motu enim tantum corporeo locutus eſt hic Ariſtoteles. Sed vt acceſſionem nos ad ipſum faciamus, neqꝫ vllo ſpirituali motu ſecundum intellectum aut volūtatē mutabilis eſt. Demonſtrationem autē Ariſto. huius cōcluſionis ex ſolo motu locali extruit. Suppoſita. n. baſi illa in principio ſeptimi ⁊ tex. hic. 28. Oē qḋ mouet, ab aliq̇ moueꝛ, hūc ꝯſtruit ſyllogiſmū. Experimur in hoc mūdo multa moueri: igitur vel omne qḋ mouetur, moueꝛ a ſe, vel ab alio: nō a ſe omnino: ergo ab alio. Minorē autē eleganter ſane probat tex. 40. et deinceps: nā id quod moueꝛ, neceſſe eſt eſſe in potētia, hoc eſt, carere illa forma, aut loco ad quē mouetur

Prima cōclu.



uetur: res autem que mouet, neceſſe eſt eſſe in actu: nil em̄ calefaceret niſi, vel re, vel virtute calidum eſſet: actus vero ⁊ potētia ex diametro repugnant, neqꝫ eſſe poſſunt in eodem ſubiecto: ergo idem ſcd̄m ſe totum nō poteſt vna eſſe mouens et motū: ob idqꝫ oportet, vt qḋ ſe ipm mouet duas cōtineat partes, quarū vna ſit mouens, ⁊ altera mota: fit ergo, vt quicquid mouetur, moueaꝛ ab alio a ſe diſtincto, vel ſcd̄m rōnem ſuppoſiti vel ſecundū partis. Tūc ſic. Si omne qḋ moueꝛ, mouetur ab alio, vel illud aliud mouetur ab alio, et aliud rurſus ab alio, et ſic fiet proceſſus in infinitum, proceſſus autē in infinitū eſt omnino repugnans motui: nā cum in eſſentialiter ſubordinatis primū magis moueat, quā reliqua (vt ait text. 33.) fit vt, primo nō mouēte, nullū ſequaꝛ motus: infinitorū autē nullū eſt primū (vt ait tex. 34) ergo admiſſo proceſſu in infinitū, nullus fieret motus. Hoc igitur ſyllogiſmo cōcludit deueniendū eſſe ad primū quod non moueꝛ ab alio, ſed, vel a ſe, vel a nullo. Si autem dederis a ſe moueri, tūc neceſſe eſt (vt dicebamus) aſſignare partem per ſe mouentem diſtinctam ab illa que mouetur: et tandem deueniēdum eſt ad vnam, que ſit purus actus. Etenim ſi. a. verbi gratia, pars eſt mouēs, vel illa rurſus ſecatur in mouentem ⁊ mobilem, vel non, ſi ſecundū dederis, cōcedis illam eſſe purum actum, ſi primum, queram rurſus de illa parte mouēte, quoad vſqꝫ perueniā ad purum actū. Quando quidem nullatenus eſt in infinitū procedendum. Hucuſqꝫ videtur Ariſto. demonſtratio progreſſa: nuſquā tamen in hoc octauo viſus eſt perſpicue et lucide inde colligere vnū primū motorem per ſe ſubſiſtentē. Attamen ſi penitius mens eius inſpiciatur, ꝑfecto, quantū mea fert coniectura argute id demonſtrauit poſtqꝫ ſyllogiſmus conuincit, deueniendum eſſe ad aliquod mouens qḋ ſit purus actus, ſubinde demonſtrauit, illud nō poſſe eſſe partē. Nā pars in cōpoſitionē venit cōpoſitio aūt manifeſte dicit actū ⁊ potentiā, q̄ puro actui repugnat. Igit ſi nō eſt pars, erit per ſe ſubſiſtēs, quin vero ipſa per ſe ſubſiſtētia. Atqꝫ hoc arbitror apprime cōſiderādū ad venandā Ariſtot. mentē. Hec autē demōſtratio non tantū de latione ſecundū locū ꝓcedit, verū ⁊ de omni genere corporalis motus, in quo aliqua ſit ratio potentie. Accedit aūt ⁊ ſingularis ratio de motu quocūqꝫ, quo rei gn̄atio aut corruptio, fit. Eſt em̄ per ſe notiſſimū primū ens eſſe ingenerabile. Nā cū quippiā a ſe ipo generari, manifeſtā ſecū inuoluat contradictionē, ſi primū ens per ſe nō eſſet perpetuū, nullatenus excogitari poſſet a quo generareꝛ: ⁊ ideo ab omni eſt exēptū corruptiua paſſione. Sumitur preterea ⁊ alia demonſtratio ex illo principio, ꝙ cū videamus rerū oīm alias eſſe alijs preſtātiores, neceſſe eſt ad vnum, ſimplr̄ perfectiſſimū cōſcendere, qḋ omniū generū ſit menſura ⁊ cauſa atqꝫ adeo omniū expers peregrinarū paſſionū, que ab inferioribus poſſent illi impingi. Veluti ignis eo ꝙ eſt calidiorū oīum ſummus, neutiquā pōt ab alijs calefieri. Sed vt ad primū Argumentū rn̄deatur, ſingularis ratio quare Deus nō eſt mobilis ſcd̄m locū, nec de per ſe, nec de per accidens, ſumitur ab eius infinita eſſentia. Inde em̄ habet ꝙ nō ſit diffinitus loco, Nō tn̄ dico qḋ nō ſit circūſcriptꝰ: nā circūſcribi, cōditio eſt corporis: ⁊ ideo neqꝫ angeli circūſcribunꝛ aut mēſuranꝛ loco. Sʒ qḋ dico neqꝫ diffiniꝛ loco: Qḋ eſt dicere. Nō ſic eſt in loco, vt rōne illius exiſtētie repugnet ſimul eſſe in quocūqꝫ alio. Jmmo ſicut ſoli dū obiectiue eſt in oculis meis nō repugnat ſimul eſſe in alijs oculis: ⁊ ſicut ſono nō repugnat ſimul audiri a multis, ita Deꝰ ſic eſt in celo vt pariter ſuapte nā ſit vbiqꝫ: atqꝫ adeo ſimul poſſet eſſe in rebus oībꝰ, etiā ſi eſſent infinite. Ex quo ſequiꝛ qḋ nequit moueri: nā qḋ oēm replet locū, neqꝫ locū mutare pōt, Deꝰ ergo cepit eē in celo nō ꝙ ipe mutatꝰ eſt, ſed ꝙ celū ab ipſo factum eſt: qꝛ nulla res eſſe pōt niſi Deus ſit in ea. Et ideo neque moto celo, vllo pacto mouetur ipe Secus aūt de aīa nr̄a, que licet in nulla ſit parte corporis diffinitiue, eo ꝙ ſimul eſt in oībus, eſt tn̄ diffinitiue in toto corpore. Ac pari mō angelo cōuenit eſſe in loco diffinitiue. Nam ſic eſt in vno loco, vt ſimul nō ſit in pluribꝰ disiunctis. Et ideo dū ad terras deſcēdit (vt ait Damas) nō eſt ſimul in celo. Igiꝛ rn̄ſio ad tertiū argm̄ eſt, Deo non ideo ꝑciſe ꝓpriū eſſe, vt ſit immobilis, qꝛ ſpūs eſt: ſʒ qꝛ infinitus. Motores autē celorū, ſi ſuis mobilibꝰ vnirenꝛ veluti nobis anime, ꝯn̄s fieret vt ꝑ accidēs mouerenꝛ, ſicut aīe nr̄e motis corporibus: at qm̄ (vt ſuperiori q̄one mōſtratū eſt) nō illis cōiungunꝛ vt forme, ſʒ eatenꝰ vt moueāt, fit vt neqꝫ ꝑ accidēs moueanꝛ ad motū celorū. Cui vero parti orbis aſſiſtāt, docuit Phi. text. 84. vbi ait qḋ motor orbis nō eſt in eiꝰ cētro, ſʒ in circūferētia. Neqꝫ vero intelligit, motorē vllū ꝓpter ꝑmiū ad eſſe ſcd̄m ſubſtātiā toti circūferētie ⁊ cuilibet eiꝰ parti, ſicuti aīa adeſt ſingulis partiū corpis: qm̄ vnꝰ angelus, q̇ finita creatura eſt, nō poſſet ꝑm ſubſtātiam tā vaſto aſſiſtere loco, vt cuilibet aſſiſteret parti. Neqꝫ vero (vt. S. Th. 1. p. q. 51. ⁊. 52. autor eſt) intelligētia aliquā ſibi ptē orbis vēdicat, q̄ nūc eſt i oriēte ⁊ poſtea in occidēti: nā alias moueret ad motū orbis: ſicuti dū inter nos mouēt aſſumpta corpa: ſed eſt in dextra pte celi, puta in oriēte: vnde celū mouet, in quo ideo toto eſt dūtaxat ꝑm virtutem. ¶ At vero de Deo ꝑm intellectū ⁊ volūtatē tractare, queādmodū ꝑm hec eſt oīno immutabilis, lineas Phyſi. lōge trāſcēderet. Satis ergo eſt ſuperiores rōnes ad hāc quoqꝫ cōcluſionē extēdere. Enimuero vſqꝫ adeo eſt purus actus, vt nulla in eo excogitari poſſit potentie rō. Quapropter neqꝫ ſpēs vllas a ſe diſtinctas recipere vllo mō pōt neqꝫ actū intelligēdi ſʒ ꝑ ſuā ſimpliciſſimā eēntiā ⁊ ſe ipm intelligit, ⁊ reliqua vniuerſa. Concluſionē hāc ꝓfacte rōnes cōmoſtrāt. Primū ſi tales haberet ſpēs vel actus a ſe diſtinctos, illa eſſent eiꝰ accidētia. Tūc ſic arguiꝛ vel a ſua eſſentia eſſent ꝓducta, vel ab alio: nō ab alio qm̄ ſicut repugnat ſue eēntie ab alio gigni, ita ⁊ q̇dpiā aliūde mēdicare: Nā tūc eius ꝑfectio forinſecus illi aduenire: intelligere. n. perfectio rei eſt. Et ꝑterea ſicut ipſe eſt ꝑfectus, ita q̇cq̇d in illo eſt, alias eſſet mutabilis: nil ergo aliūde recipit: Qḋ illa accidētia a ſua eſſentia nō ꝓducanꝛ, probaꝛ. Nā cū recipere, potentiā dicat paſſiuā quaſi materialē, producere aūt actiuā ⁊ formalē, neceſſe eſſet in eſſentia Diuina duas diſtinctas rōnes diſtinguere, quaſi materie ⁊ forme, q̄ eiꝰ ſimplicitati repugnant. Eſt ergo Diuina eſſentia eminēter oīa ac veluti oīm ſpeculū per quā adeo Deus et ſe ipſum prius natura intelligit, ⁊ ſe intelligēdo cuncta cognoſcit. Quo circa quāuis res tēpore ſuccedāt ſemꝑ ſunt

tamē eī preſentes. Enimuero ab eterno decreuit mundum condere eo tēpore quo condidit et res cūctas ſeruare tēpore quo ſunt, et nō ſeruare tp̄e quo nō ſunt. Et ideo nullꝰ in eo diſcurſus eſt. Nō enī ꝑ eſſentiā ſuā cognoſcit creaturas ſicuti nos ex p̄ncipijs elicimꝰ ꝯcluſiões. Sꝫ ſimplici intuitu in ſua eēntia videt oīa ſūt effectꝰ in ſua cā, nō ſolū efficiētiſ ꝫ exēplari, ⁊ (ꝙ Greci aiunt) in ſua Idea. Quapropter cecitas fuit cōmētatoris cōmēto citato nō poſſe mēte cernere quō poſſit Deꝰ ex tp̄e res efficere ac mutare ſine recēti ulla ac noua cognitione. Quod ſi Plato ſic intellexit primum mouens mouere ſeipſum, pari errore cecutiuit. Ariſtote. enim. 12. Meth. tex. 51. non minus aperte ꝙ̄ꝫ Theologi aſſeruit ꝙ Deus ſe ipm et omina per ſe ipſum intelligit eſt que ſua eſſentia eius intellectio. Atqui vt intellectus eius immutabilis eſt, eadem ratione ⁊ eius volūtas. Quicquid enī vnq̄ꝫ voluit in ſuaqꝫ futurū eſt voluntate, ab eterno ſemp voluit. Ut mundū edere tp̄e quo edidit, ⁊ reliqua oīa mutare ⁊ gubernare ꝓ ſuis cuiuſqꝫ tp̄is articulis ⁊ momētis quibus et gn̄atione aduenīūt ⁊ corruptiōe abeūt. Sed hec iā lineā p̄ſentis loci p̄terunt. Ex his deniqꝫ fit conſequens, ſic Deū eſſe immutabilē vt illi ſit hoc propriū. Nā vt corporea miſſa faciamus q̄ cōptiſſimū eſt cūcta eſſe mobilia atqꝫ aīas noſtras q̄ motis corporibꝰ mouent. Sp̄uales etiā angelorū ſubſtantie mutaliles ſunt omnino. Non quidē eo prorſus modo quo res materiales: nā res iſte corpore ſublunares, ſunt quidem naturaliter mutabiles ſecundū ſubſtantiam propter naturalem materie appetentiam alterius forme, que appetentia cum nō ſit in materia celorū dūtaxat mouent ſecūdū locū. Angeli vero a materia oīno alieni ingn̄abiles quidē ſunt ⁊ incorruptibiles atqꝫ adeo ſuapte natura perpetui. Attn̄ ſm obedientiam q̄ in ipſis eſt, ⁊ potentiā q̄ eſt in Deo, ſicuti ex nihilo ⁊ ſupra naturā creati ſunt, ita poſſunt ⁊ in nihilum redigi. Eſt p̄terea in eis quoddā genꝰ motus ſm intellectū q̄tenus inferiores a ſuperioribꝰ illuminant, et ſm volūtatē quatenus per electionem mediorū tēdūt ī finē. Sꝫ de his nihil ad p̄ſens negotiū.

¶ Secūdus articulus quæſtionis eſt, de vnitate primi motoris, ad quē altera cōcluſione rn̄detur. Deꝰ eſt maxime vnꝰ. Cōcluſionem hāc quā fides nr̄a p̄dicat Ari. tex. 48. duabus rōnibus probat. Prima eſt illa peripateticorū maxima, fruſtra fit ꝑ plura qđ fieri pōt ꝑ pauciora: motus aūt vniuerſi ad vnū p̄ncipiū reduci poſſunt: ergo vnū ſufficit principiū. Altera rō ſumit ex cōtinuitate motꝰ. Experimur. n. in his inferioribus ſemp eſſe motus quoꝝ alij alijs ſuccedūt, ꝯtinuatio aūt que ex pluribus conſtat per accidens eſt: illa vero que ſunt per accidens, reducenda, ſunt ad illa q̄ ſunt ꝑ ſe: vt oīa calida reducēda ſunt ad ignē, q̄ eſt oīum principiū. Neceſſe eſt ḡ deuenire ad vnū primū mobile, qđ vno per ſe cōtinuo motu moueat: vnū autē mobile ab vno primo motore mouet, ergo. Simili rōne vtit. 1. de celo tex. 90. ⁊. 12. meth. tex. 49. Uerūtn̄ perſpicacioribꝰ alijs rōnibꝰ cōfirmat eadē cōcluſio. Prima eſt illa ſupra tacta q̄ ex ipo Dei noīe ſumit. Eſt. n. Deꝰ purus ac ſummus actus, oīm in ſe ꝑfectiōes eminētiſſime ꝯtinēs, at vero ſi duos admiſeris Deos, neceſſe ē aliqđ in vno exiſtere ꝑ qđ ab alio diſtinguat. Nā indiuiduū eſt (ſm Porphy.) cuiꝰ collectio ꝓprietatū nūqꝫ eadē in alio erit: id aūt debet eē ad perfectionē ꝑtinēs: igit ſi eadē re alter caret non erit ſumme perfectus, et ideo neqꝫ Deꝰ. Alia rō ſumit ex eius oīpotentia. Etenī ſi duo ſint Dij rn̄dendū eſt quō ad ſuos effectꝰ cōcurrūt. Nā ſi cōcurrunt tanqꝫ due cauſe, vel altera eſt alteri ſubordinata, et tūc illa q̄ ſubordinat nō eſt p̄ma, atqꝫ adeo nec eſt Deꝰ: ſi aūt ex equo cōcurrūt ꝑ modū vniꝰ, tunc vel vna ꝑ ſe ſufficeret, ⁊ tūc alter Deꝰ eſſet ſuperuacaneꝰ, ꝙ a natura Dei abhorret. Si aūt neuter ꝑ ſe ſufficeret, neuter eſſet oīpotens, qua vtiqꝫ rōne neqꝫ eſſet Deꝰ. Eadē pene demonſtratio ſumit ex rōne finis. Deꝰ. n. notiōe ſua docet eſſe vltimū oīm finē, duo aūt fines ſupremi eſſe nequeunt, ergo neqꝫ duo Dij. Minor patet: qm̄ vel vnus ordinat referturqꝫ in alterum, vel ſecus, ſi refert ergo nō eſt Deus: ſi autem neuter refertur in alterum neuter eſt Deus quia non omnia referuntur in ipſum. ¶ Ad argumentū autē in contrariū, reſpōdetur, Deum eſſe vnum, non quidē vnitate, vt eſt principiū numeri, qui ex diuiſione quātitatis cōflat: eſt aūt vnꝰ vt vnū eſt ꝓpria paſſio entis. Nō ꝙ illic ſit proprie priuatio diuiſionis quia priuatio dicit imperfectionē, ſed quantū ad apprehenſionem noſtrā, nō cognoſcitur niſi per modū remotionis: ſcilicet quod neqꝫ eſt hoc, neqꝫ illud, neqꝫ in ſe habet hoc, aut illud, qđ nō ſit idē ipſe.

Tex. lxxviij. Quod aūt hoc neceſſe eſt in ꝑ ſe eſſe.

## ¶ Quæſtio quinta.

### VTRVM PRIMVS MOtor & duratione infinitus ſit atque adeo impartibilis.

A Parte negatiua, arguitur ſic. Si Deus vel virtute infinitus eſſet vel duratiōe, hoc eſſet quia ſua eſſentia eſſet infinita, nā rōne eſſentie relique illi perfectiones attribuūtur eſſentia autem eius non eſt infinita, ergo nec virtus nec duratio. Minor probatur a ſigno. Si qua res ita eſſet in vno loco vt non eſſet in alio, illa eſſet finita quantū ad locū nam hac ratione in ſuperiori queſtione diximus (omnē creaturam diffiniri loco) ergo a ſimili ea eſſentia eſt finita q̄ ita eſt hec, vt ſit a quacunqꝫ alia diſtincta, Deus autem tali ratione eſt hec res vt nulla ſit alia ſed a quacūqꝫ diſtinguat ergo eſt eſſentie finite. ¶ Secundo arguitur ſic, Diuina perfectio per ſuos effectus innoteſcit, ergo ſi eſſet infinitus duratione ab eterno produxiſſet mundū, Conſtat autē vt ſupra concluſum eſt, non fuiſſe niſi in tēpore, nulla ergo ratione colligere poſſumus illum eſſe duratione infinitum. ¶ Tertio arguitur ex eodē principio. Si Deus eſſet infinite virtutis, id nobis inde innoteſceret, quod poteſt producere infinitū: illud autē lib. 3. monſtratū eſt eſſe impoſſibile: ergo non eſt infinite virtutis. Et cōfirmatur argumentum. Si eſſet infinite virtutis, poſſet mobile in inſtāti mouere: nam quo virtus maior eſt, eo mouet minori tempore ergo ſimili proportione illa virtus que eſt infinita mouebit in non tempore: cōſequens aūt eſt impoſſibile: ergo [illegible]cedēs. ¶ Quarto deniqꝫ arguitur contra te[illegible]partem queſtionis Ariſto. nulla alia ratione probat, primū motorē





eſſe indiuiſibilem, quam ex eō quod eſt virtutis infinite, que eſſe nequit in magnitudine: ergo. Si ratio illa falſa eſt, fit vt concluſio ſit falſa. ¶ In cōtrarium eſt autoritas Ariſt. qui tex. 49. ⁊ infra docet primum motorē eſſe perpetuū: tex. aūt. 86. ex perpetuitate motus colligit eſſe infinite virtutis: et quia talis eſſe non poteſt in magnitudine, concludit tandem eſſe impartibilem.

¶ Quæſtionem hanc, tum quia in cōmentarijs, quantum ſe extendūt Ariſto. rationes, ſatis eſt enodata, tum q꜡ firmiores alias adhibere, negotium eſſet Metaphyſicum atque Theologicū, breuibꝰ expediemus, ſingulis ꝯcluſionibꝰ ad ſingulas triū partiū rn̄dētes. ¶ Prima eſt, Deus eſt ſempiterne durationis. Hanc Ariſto. ex ꝑpetuitate motus elicuit cuius demōſtrationē habes a textu. 49. ⁊ infra ſatis expoſitam. At vero cum rei veritas non admittat mundum fuiſſe eternum alia eſt probatio expetēda. Illud autem principium ꝙ potuit ſaltem angelos ⁊ celos ab eterno producere, parum preſenti negotio deſeruit: quando quidem illud eternitatem Dei ſupponat potiuſqꝫ probet. Eternitas ergo Dei (vt probe ait S. Thom. 1. p. q. 10.) ex eius immutabilitate colligitur. Enimuero cū Deus idē ſit, quod ſummum ens, et purus actus, ab omni ratione potētie immunis, fit vt neutiqꝫ ſit ab aliquo producibilis: a ſe autem ipſo produci, contradictionem implicat, vt ſupra dicebamus: neceſſe eſt ergo vt ſit per ſe ipſe perpetuus. Quin vero neceſſariū eſt, vt eius eſſentia intelligi nequeat niſi exiſtens. Noſtra enim ⁊ omnium creaturarum eſſentia ⁊ quidditas, non vtiqꝫ ſua natura includit exiſtere: nam hominem eſſe animal rationale, ⁊ quatuor ⁊ tria eſſe ſeptem, vt ait Auguſt. quanuis mundus non eſſet, haberent perpetuam ⁊ neceſſariam veritatem: ſed tūc huiuſmodi quidditates, eſſe, acq̄ſiuerunt, quando mūdus conditus eſt: eſſentia vero Dei de ſua intrinſeca ratione includit exiſtere: tum quia Deus omnem cōplectitur perfectionem: ⁊ exiſtere perfectio eſt: tum maxime ꝙ ſi ſua eſſentia non includeret eſſe, nullꝰ relinqueretur excogitabilis modus, quo poſſet illud acquirere. Adde ꝙ Dei eternitas non ſolum in hoc conſiſtit, ꝙ neqꝫ initium habuerit, neqꝫ habiturus ſit finem, verū in hoc ꝙ nulla ſit in eo ſucceſſio, aut mutabilitatis vmbra, ſed omnia ibi ſint immobiliter permanentia. In Deo inqꝫ neqꝫ gignere eſt aliud ꝙ̄ꝫ genuiſſe: ſꝫ ſemper genuit ⁊ generat: intellexit ⁊ intelligit: voluit ⁊ vult: ſine aliqua temporis differentia. Hec autem iam lineas excedunt huius loci. Igitur ad ſecundum argumētum, quod huic cōcluſioni obijciebatur, negatur cōſequentia. Potuit nanque Deus mundum, quantum ad partes eius perpetuas (vt ſupra diſputatum eſt) condere, non tamen decuit, ob rationes quas ſupra explicuimus. ¶ Secunda concluſio Deus eſt infinite virtutis. Et hanc quoqꝫ concluſionem Ariſtoteles cap. vlti. ratione motus a poſteriori demonſtrauit, hoc pacto. Deus mouet infinito tēpore: ergo poſſet mouere infinitum mobile, ſi ex parte rei mobilis eſſet poſſibile. Probatur conſequētia. Mouere infinito tempore eſt efficere motum infinitum per accidens: mouere autem infinitum mobile, eſt efficere infinitum motum per ſe. Ea autem que ſunt per accidens, reducūtur tanqꝫ in cauſam, ad id qđ eſt per ſe: vt ea que ſunt accidentaliter calida ad ignem qui eſt per ſe calidus: ergo Deus habet virtutem quantum eſt de ſe mouendi infinitum mobile: hoc autem arguit infinitam virtutem: ergo Deus eſt infinite virtutis. Exponuntur ambe partes prioris aſſumpte. Motum eſſe infinitum contingere poteſt duobus modis, videlicet aut ratione magnitudinis hoc eſt ſpatij per quod fit motꝰ, aut ratione ſubiecti quo mouetur. Ratione ſpatij accidentarium eſt ꝙ motus duret in infinitū: ex eo ſcilicet quod circulare mobile finitum identidem repetit ſpatium infinities: ⁊ ideo ſufficit ad hoc virtus finita motricis intelligentie, que ſit perpetua ⁊ infatigabilis. Per ſe autem motus eſt infinitus quādo mobile eſt infinitum, verbi gratia, ſi ſecundū longitudinem eſſet infinitū, tunc ſi tranſiret per certum ſignum, nunquam abſolueret motum. Concludit ergo Ariſtoteles ꝙ primus motor debet quantum eſt de ſe habere virtutem ſic mouēdi: quāuis repugnet, non ſolum mobile dari infinitum, verum ⁊ ipſo dato repugnet moueri vt li. 3. demonſtratum eſt. Hec ergo demonſtratio intra lineas naturaliū principiorū aliquā habet ⁊ energie dignitatem. At vero ꝙ̄uis diuina attributa, vt bonitas ⁊ ſapientia, ⁊ reliqua per ea que facta ſunt intellecta, vtcunqꝫ conſpiciantur, tamen omnipotentia eius infinita qꝫ virtus, nō plene poteſt per eius effectum innoteſcere. Infinitum enim maior eſt ipſa, ꝙ̄ꝫ potentia creaturarū receptiua. Credo enim ſatis mōſtratum fuiſſe in tertio libro, nullatenus Deum poſſe producere infinitum in actu, puta vel infinitam eſſentiam (nam illa eſſet Deus) vel infinitam corporis molem, vel infinita actu ſeparata. Non quidem ob imbecillitatem diuine virtutis, ſed ex eo quod rebus ipſis creatis ratio infiniti repugnat: ſicuti non poteſt facere vt res eadem ignis ſit ſimul et aqua, infinita ergo virtus Dei, quā fides nos noſtra docet, a priori monſtranda eſt ex eſſentie infinitate. Primo nanqꝫ principio (vt lib. 3. textu. 25. et 30. viſum eſt) antiqui omnes philoſophi infinitū tribuerunt: licet errabant, credentes eſſe corporeum. Ratio ergo infiniti in re materiali imperfectionem dicit. Eſt enim materia de ſe infinita, id eſt, non limitata ad certam ſpeciem vel quantitatem: finitur autem per formam, cōſtituentem certam ſpeciem, quam certa conſequitur quantitas. Materiam autem ſic finiri a forma, eſt perfici: ⁊ ideo infinitum materiale dicit imperfectionem. Ratio autem infiniti in forma vice verſa dicit perfectionem: quoniam formam receptibilem eſſe in materia per quam coarctatur ad eſſe huius indiuidui, imperfectio eſt ſimpliciter. Quocirca ratio infinitatis in Deo hec eſt, quod ſua eſſentia non habet eſſe quoquo pacto receptū, ſed (vt ſupra dicebamus) ſit per ſe ipſum eſſe illimitatum, atqꝫ adeo eminenter omnes in ſe perfectiones continens. Creature etenim materiales habent formas in materia ſuſceptas, atqꝫ adeo limitatas: angeli vero eſſe ſaltē receperunt in ſua creatione participatum: Deus autem per ſe eſt ens. Ratio eſt metaphyſica qua S. Thom. 1. p. q. 7. vtitur: ſed profecto alia ad rem eſſe non poteſt aptior. Nam munus metaphyſice eſt altiſſimas contemplari cauſas: que cum a noſtris ſen-

ſibus ſint alieniſſime, nihil mirum ſi non ſint nobis adeo peruie, ſicut q̃ ſunt ante oculos. Hinc colligunt philoſophi, Deum non eſſe in genere, ſed eſſe extra omne genus, quia per nullam contrahitur differentiam: contrahi enim infinitati aduerſatur: vt in predicamentis dicebamus.

¶ Igitur ad primum argumentum in contrariũ, quo arguebatur ex eo quod Deus eſt vna res ab alijs omnibus diſtincta, eſſe finitum, negatur cõſequentia. Non enim diſtinguitur indiuiduo ſicuti inter ſe creature. Hec enim materialis res differt ab illa numero ſub eadem ſpecie: quia habet formam receptam in hac materia hoc loco ⁊ tempore ⁊c. que faciunt rem eſſe finitam: angel⁹ autem differt ab alio, quia limitatam habet ſpeciem ab alio diſtinctam. At vero Deus nõ ſic: ſed quia per ſe abſtractus eſt a quacũq; aliorum ratione, differt ab alijs: ſeu potius alia differũt ab ipſo: quia in ipſo nulla eſt differentie ratio. Ad tertium autem iam reſponſum eſt quod non plene eius virtus innoteſcit per eius effectus: quia neq; poteſt tota extra ſe effundi: eo quod creatura non eſt capax infiniti. Et pari modo reſpondetur ad confirmationem. Negatur em̃ conſequentia. Si Deus eſt infinite virtutis poteſt mouere in non tempore: quia repugnat intrinſece rationi motus fieri, niſi in tempore. Poteſt quidem Deus vnam rem in duobus ſimul locis ponere, ſed quod ab vno per motum tranſeat in alterum in inſtanti non eſt factibile. Si que autem rationes ab effectu infinitatẽ Dei, vtcunq; monſtrare poſſunt, prima eſt ſuppoſita creationis fide. Aliquid enim ex nihilo producere, videtur arguere virtutem infinitam. Neq; cauillatio quorundã vim eneruat argumenti. Aiunt enim, rem quampiam, vt lapidem, non excedere ipſum nihil maiori diſtantia q̃ ſit perfectio eiuſdem lapidis, que eſt finita: ⁊ ideo producere lapidem non arguere niſi virtutem finitam. Quod autem hec cauillatio ſit potius, q̃ reſponſio, patet: quoniã virtus producentis non tantũ e re producta eſtimanda eſt, verum ex modo etiam producendi, alias concedendum eſſet, non requiri maiorem virtutem ad creandum ex nihilo lapidem, q̃ ad educendum eum de potentia materie. Igitur ſi rem educere de potentia materie, arguit aliquã perfectionem: educere de minori potentia maiorem arguet, vt inflammare lignum viride, q̃ ſiccum. Unde quanto educitur de minori potentia tanto maior requiritur virtus: ergo producere ex nihilo, arguit infinitam. Alij cõtendunt id demonſtrare ex perpetuitate mundi. Fieri nanq; poteſt per Dei omnipotentiam, vt mundus creatus in tempore perpetuo duret: poteſt ergo ſucceſſiue infinitas producere res. Sed hoc profecto, licet arguat virtutem Dei eſſe ſempiternam, non tamen palam monſtrat eſſe infiniti vigoris, etiam ſi omnes conſeruaret: quoniam nunq̃ peruenietur ad infinita in actu. Illud autem potentius eſt argumentum ad id demonſtrandum: puta ꝙ quacunq; rerũ ſpecie data poteſt Deus perfectionem producere. Etenim q̃uis iſto modo aſcendendo deuenire nequeat ad ſpeciem infinite perfectam. Eſt tamen argumentum ꝙ virtus Dei quẽcunq; excogitatum perfectionis gradũ excedat. Id autem non intelligitur poſſibile niſi illa virtus ſit infinita. Sed de his ſatis. ¶ Tertia 3. Conclu.
cõcluſio, Deus eſt incorporeus atq; omnino indiuiſibilis. Concluſio eſt Ariſtot. in calce huius libri. Sed non aliter eam demonſtrat quã arguẽdo ex infinita virtute hoc pacto. Primus motor eſt infinite virtutis: infinita autem virtus eſſe nõ poteſt in quantitate: ergo eſt impartibilis. Minor autem innititur illi principio ꝙ virtus in quãtitate agit ſemper ex neceſſitate nature ſecundũ vltimum ſue potentie: atq; adeo produceret infinitum, ⁊ moueret in nõ tempore, quod eſt impoſſibile. At vero probatio hec ſupponit quod virt⁹ que eſt incorporea nõ poſſit agere per intellectũ ⁊ voluntatem libere: ſed ſicut ignis aut ſol. Verũ tamen hoc non eſt neceſſarium. Nam licet intellectus ⁊ volũtas potẽtie ſint indiuiſibiles, haud tñ repugnat eſſe in corpe, ſicut ſunt ĩ nobis: Ariſ. ergo licet demonſtret ꝙ virtus infinita non poſſit eſſe forma extenſa, non tamen demõſtrat Deũ nõ habere corpus ſicut habet homo. Demõſtratur autẽ ex alijs eius principijs, que in hoc phyſicorum opere habentur. Nam res corporea non mouet niſi mota, vt inductio per ſingula demonſtrat. Celi quippe non influunt inferiora niſi moti, neq; res vlla harum inferiorũ mouet niſi mota. Primus autem motor demonſtratus eſt eſſe immobilis: ergo eſt incorporeus. Et preterea cũ ſit omnium cauſa debet carere omni potentie ratione: corpus autem omne rationem habet potentie: nam quando aliã nõ haberet, ex eo qđ eſt continuum, eſſet diuiſibile. Preterea id demonſtratur ex eius nobilitate. Deus enim eſt entiũ nobiliſſimum: ſpiritus autem corpore nobilior: ergo nihil in Deo eſt, quod non ſit ſpiritus. Quin vero cum neq; ex materia ⁊ forma componatur, vt res materiales, neq; ex quantitatis partibus, vt forme corporee, neq; ex ſubiecto ⁊ accidente, qualis compoſitio eſt in angelis, neq; aliũde recipiat, neq; (vti modo dicebamus) ex genere proprie ⁊ contrahente differentia conſtet, ſit vt non ſolum ſit impartibilis, verum rerum omniũ ſimpliciſſim⁹. In quo noſtra eſt beata felicitas: qua vtinam per eius gratiam perfrui ad eius gloriã mereamur per infinita ſeculorum ſecula. Amẽ.

Finis Quæſtionum octaui atque vltimi Phyſicorum.

# Arnoldi Schurerij Brabanti,

## Caſtigatoris typographici,

Δωδεκάστιχον.

*QVi volet implexos Phyſicorum euoluere libros,*
*Inde Labyrinthos fugere & Symplegadas omnes,*
*Et complêre ſimul quæ Commentaria tradunt*
*Aedita iam dudum: Phyſices arcâna tenêre.*
*Quæ Naturalis docet Auſcultatio diua,*
*Ardua pars Sophię: comites* Ζητήματα *ſumat*
*Iſthæc quæ primùm, ſtudiorum, crede, tuorum*
*Conſultor Soto, iam perfeciſſe fatetur:*
*Pòſt non ſit fœtus lambendus vt ille parenti.*
*Hæc promit fauſto Iani modò menſe peracta,*
*Excuſa immenſo tibi Portonarius ære.*
*Hinc ingratorum fugias fac nomina Lector.*

## Idem A. S. candido Lectori Salutem.

QVISQVIS es Lector optime, qui volumen hoc Quæſtionum Phyſicarum in Ariſto
telicos Naturalis auſcultationis libros, ſummoperè tuis ſtudijs cõducturum, vt illud Com
mentarijs eiuſdem authoris optimè ſemper de te meriti coniungas, es comparaturus: te ad-
monitũ volo, in tuam hîc nos gratiam, dictiuncularum aliquot quanquã paucisſimarum,
& quidem non adeò magni ponderis, quæ inter relegendum ſe oculis prodidêre, meliorem lectionem
aſſcripſiſſe. In quibus porrò, non tam vel à nobis, vel à typorum collectoribus hallucinatum iure abs te
dici poteſt, quàm ab ijs qui prælum trahunt, importuna præ feſtinãtia peccatum. Ij enim omnis moræ
impatientisſimi, vt ſuum penſum temporiùs abſoluant, ægerrimè inter opus ſe interpellari à nobis pa-
tiuntur, vnius alteriúſve elementi corrigendi gratia. Vnde fit non ſemel, vt nonnunquàm litera aliqua
vel non ſuo loco poſita, vel coniuncta disiunctáve præter fas, cùm coniungi disiungive contrà debebat,
vel inuerſa, vel præpoſterè collocata, vel pro alia ſumpta, vel etiã deniq; omiſſa, reperiatur. Quare, cùm
feſtinãtibus vſqueadeò operis, medela leuiculo adhiberi malo non commodè poteſt, æque lector, qua
es humanitate, in hac nos cauſa non incuſaueris temerè aut indiligentiæ aut ſocordię: nam ſi tu hic ſis,
aliter ſentias. Verùm nunc iam quæ occurrerunt in poſterioribus libris (quandò priores tres ab eo
cui ſuffecti ſumus ſedulò caſtigati ſunt. Neque verò decebat, noſtram in illius meſſem mittere fal-
cem) in commodam ſeriem digeremus, quò tibi omnibus modis gratificari nos velle non dubites. Pri-
mùm igitur quæ coniunctim verbis ſingulis legenda ſunt, etſi disiunctim habeantur, hæc ſunt: Pagina
58. columna prima, linea ab imo decima, legito, intercalare. itidem linea omnium infima, pronomine.
pag. 93. colum. 3. linea ab imo. 11. hexagona. pag. 107. col. 3. linea ſuprema, Enimuerò &c. In his metatheſis
vitioſa eſt commiſſa, id eſt literarum tranſpoſitio ſeu præpoſteratio, pag. 58. col. 2. lin. 29. lege, non. pag.
77. col. 4. lin. à ſummo. 14. partem. pag. 92. col. 1. lin. ab imo. 18. affrictus. In reliquis ferè elementũ vnum
vel redundat vel deſideratur &c. vt pa. 57. col. 2. lin. 22. legas, controuerſa. pag. 61. col. 3. lin. 6. à ſummo, con
ſeruarer in. pag. 71. facie. 2. titulum ſupremum legeris Super quartum Phyſ. item & pag. ſequenti, facie
eâdem. pag. 73. col. 2. 4. ab imo linea, ſit ſenſus. pag. 76. col. 1. linea à ſummo. 11. oppoſitæ. pag. 98. col. 1. lin.
ab imo. 16. diuerſos. Poſtremò, pag. 107. col. 3. lin. 7. legendum ſicut, non autem ſunt. Porrò ne arbitreris
in omnibus hæc exemplaribus eſſe commiſſa, ſcire te volo, in ſex ſeptémve duntaxat hac opûs fo
re animaduerſione, ijs nimirum quæ premebantur intereà dum poſtremò relegerem, tum
ilico imprimenda: in quorum aliquod ſi fortè incideris, hoc pharmaco eius morbo me-
deberis. Hoc volebam neſcius ne eſſes amice Lector. Iam vale & lege
fœlix. E chalcographia Portonaria. Octa-
uo Calendas Februarias.

SALMANTICAE.
Excudebat Andreas à Portonarijs,
8. Calẽ. Februarias. Anno.
M. D. LII.


A D
P